R-13654

IOANNIS ANDREAE
I. C. BONONIENSIS
OMNIVM CANONICI IVRIS
INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS

In Primum Decretalium librum Nouella Commentaria

AB EXEMPLARIBVS PER PETRVM VENDRAMAENVM
in Pontificio Venetiarum foro Aduocatum mendis, quibus referta
erant, diligenter expurgatis, nunc impressa.

His accesserunt doctissimorum virorum annotationes,

Cum Summis eiusdem nouis, & Indice locupletissimo.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

VENETIIS, M D LXXXI.
Apud Franciscum Franciscium, Senensem.

R-13659

IOANNIS ANDREAE
I. C. BONONIENSIS
OMNIVM CANONICI IVRIS
INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS

In Primum Decretalium librum Nouella Commentaria

AB EXEMPLARIBVS PER PETRVM VENDRAMAENVM
in Pontificio Venetiarum foro Aduocatum mendis, quibus referta
erant, diligenter expurgatis, nunc impressa.

His accesserunt doctissimorum virorum annotationes,

Cum Summis eiusdem nouis, & Indice locupletissimo.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
M. C. N.

VENETIIS, M D LXXXI.
Apud Franciscum Franciscium, Senensem.

IOANNIS ANDREAE VITA.

IOANNES Andræas, natione Italus, patria Bononiensis, Iurecõsultus omnium admiratione celeberrimus, fons canonum, & dubiorum cautissimus interpres, ingenio clarus, scientia profundus, eloquio compositus. Qui contra consuetudinem hominum nostri temporis, quamuis vxoris esset vinculis alligatus, incredibile tamen studium literis impendit: vt nihil illi dulcius, quàm scribere aliquid ad posteritatis ædificationem, esse potuerit: quod eius præclara Volumina testantur: quibus nomini suo memoriam comparauit æternam. Moritur tandem peste, Bononiæ sepultus, sub Carolo Imperatore quarto: & Clemente Papa sexto: Anno Domini M. cccxlviij. indictione prima.

ELENCHVS TITVLORVM
alphabetico ordine digestus.

Aliena.iudi.mutan. cau.fa.	car.306
Arbitris.	307
Authoritate,& vsu pallij.	140
Biga.non ordinan.	184
Cleri.non peregrinantibus.	187
Constitutionibus.	11
Consuetudine.	54
Corpore vitiat.	182
Electione.	182
Aetate,et qualitate.	162
Filijs presbyterorum.	173
Gregorius in procemio.	3
His,quę vi,metusve causa fiunt.	395
In integrum restitutione.	295
Maioritate,et obedientia.	262
Oblig ati.ad ratiocin	181
Officio archidiaco.	188
Officio archipresbyteri.	194
Officio primicerij.	195
Officio sacristæ.	ca.
Officio custodis.	ca.
Officio vicarij.	196
Officio delegati.	198
Officio legati.	238
Officio ordinarij.	243
Officio iudicis.	260
Ordina.ab episco.	162
Pactis.	272
Postulando.	278
Postulatione prælatorum.	67
Procuratoribus.	280
Renunciatio.	143
Rescriptis.	29
Sacramentis iterandis.	172
Sacra vnctione.	170
Scrutinio in ordine facien.	161
Seruis non ordinandis.	178
Sindico.	290
Supplenda negligentia prelato.	153
Summa Trinitate,et fide catholica.	6
Temporibus ordinand.	155
Transactionibus.	274
Translatio.episcoporum.	137
Treuga, et pace.	271

FINIS.

ILL. AC REVER. D MARCOLINO MONSIGNANO mi VTRIVSQVE SIGNATVRAE S. D. N. REFERENDARIO.

Franciscus Franciscius Senensis Bipliopola F.

ADMIRABILIS *illa tua humanitas,& suauitas morum,qua cum cæteris tot,tumq; præclaris virtutibus tuis coniuncta,incredibilem omnium tibi conciliat beneuolẽtiam,& amorem, me quoq; olim cum tu Patauium iuri operam daturus proficiscens, hac iter faceres,in tui admirationem traxit,& vehementiorẽ quandam voluntatis meæ erga te propensionem excitauit. Ad quam cum postea maxima, & innumera tua in me beneficia accesserint,quibus tu,quotiescunq; occasio se se obtulit,aut rationes meæ postularunt,ità me iuuare, & augere semper perseuerasti, vt omnibus meis prosperis, atq; aduersis rebus promptissimum in tuo patrocinio,& firmissimum præsidium constitutum fuerit, non ne ego omnis penitus sim humanitatis expers,nisi te vnum omnium hominum maximè diligam,colam,omni studiorum,& officiorum genere prosequar? Quod sanè facio, quantum in me est, libentissimè, & memoriam beneficiorum tuorum assiduè colo. Ac tibi quidem animus meus planè perspectus esse potest,& quæ tua liberalitas est,nullam vt tibi gratiam referam expectas; si habeam in eo,abundè me tibi satisfacere putas. Verumtamen,quoniam nullum adhuc meum grati & memoris animi testimonium extat, venit mihi sæpenumero in mentem vereri,ne ab alijs, quorum plerique quàm multa tibi debeam non ignorant,mea requiratur in tuendo officio meo,vel diligentia,vel fides. Quãobrem, quamuis ego beneficiorum tuorum magnitudinem nullis meis meritis exequari posse iamdiu facile intellexerim,& ad te,cui omnia præclara,& eximia adsunt, nobilitas,dignitas, opes, ingenium, rerum vsus, atq; peritia,leue aliquid,& vulgare deferre, cuiusmodi sunt,quæcunq; à me proficisci possunt, ineptum fortasse uideatur; tamen diutius ferre non potui,quin tu aliquid à me acciperes,in quo amoris,fidei, & pietatis in te meæ significationem & quasi speciem quandam omnes agnoscerent,cũ præsertim,quantulum id cunq; sit, quin tibi gratum, & acceptum futurum sit, eadem illa humanitas tua dubitare me non patiatur. Hos igitur Ioannis Andreæ I. C. celeberrimi in ius cano*

nicum commentarios, nouis, elegantioribusq; typis nuper apud nos excussos, longèq; cæteris omnibus pleniores, & emẽdatiores, tibi inscribere, tuoq; nomini dicare constituì. Quos ideo quoq; non ingratos tibi fore putaui, quod maximis sæpe laudibus te illos commendare memini, & huius generis scripta, pro eo, quod generis apud S. D. N. Refer. munus quotidie tibi voluenda sunt. In quo quidem munere obeundo, quanta tu cum summi Pontif. approbatione uersaris? quanta cum iustitiæ, pietatis, & prudentiæ laude? vt certè magna quotidie fiat tibi apud omnes bonos authoritatis, & gratiæ accessio, maiorem indies tui expectationem commoueas. Gratulor itaq; tibi de fœlicitate tua, deq; tot præstantibus bonis, uerèq; & ex animo gratulor; Et Deum opt. Max. precor, vt quem tu in pulcherrimo isto totius orbis terrarum theatro, ad summos honorum, & dignitatis gradus cursum fœliciter instituisti, cum ità fortunet, vt breui summa omnia consequutus, cum maxima totius Reip. Christ. vtilitate, tuiq; nominis fama & gloria sempiterna, vota, spesq; nostras fœlicissimè aliquando expleas. Vale.

IOANNIS ANDREAE
BONONIENSIS

IVRIS CANONICI FONTIS VBERRIMI,

In primum Decretalium Librum Commentaria (quæ Nouellas appellauit) Acutissima.

SVMMARIVM.

1 *Offerre debet vnusquisq;, quod potest, in tabernaculo Dei.*
2 *Tabernaculum Dei est etiam in ecclesia militante.*
3 *Operis dedicatio Bertrando episcopo Hostiensi, & quare numero 4.*

1 2 Ieronymus Horta tur in prologo libri Regum, vnũquemq; †in Dei tabernaculo offerre, quod potest. Est autem †Dei tabernaculum etiã in ecclesia miliante, de quo Apocalyp. 21. A. Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus, & habitabit cum
eis. ¶Vobis igitur reuerendo in Christo patri & do
3 mino meo domino Bertrando † Dei gratia episcopo Hostiensi, qui in huius tabernaculi regimine penes Christi Vicarium primus estis, ego Ioãnes Andreæ familiaris vester nouellam hanc prædecessoris vestri, ac alijs antiquis & nouis ornatam floribus offero: precorque suppliciter, vt vos, quem ex familiari mihi constat obsequio, sic singulis virtutibus singulariter abundare, ac si reliqua non adessent, & qui Christi bibliothecam de pectore vestro feciſtis, vt hæc de Nepotiano in illius epitaphio scribit ipse Hieronymus. a Cuius simile loquitur de Scipio-
2 ne Africano Valerius libro 6. c. fi. propter quæ meritò teneo, quod illum clauigerum intra vos hospitẽ habeatis, sine cuius claue liber signatus aperiri, vel exponi non potest, vt dicit Hiero. in epistola ad Pau-
b linum. b 5. c. huius libri scripta, cuius scientię magisterium obtinetis, dignemini examinanda, & refor
4 manda suscipere, vt † per vestrum ministeriũ hospes vester Deus, cui semper est magisterij doctrina seruanda, teste Hieronymo in prologis Ioã. & Apoca. in fi. non solum errari non sinat: sed etiam vobis, & mihi, ac etiam in ipsa nouella studentibus piè concedat illa in terris discere, & docere, quorum scięntia in cęlis cum fructu salutifero perseueret, vt dicit Hiero. ad Paulinũ. vt sic recipi in æterna tabernacula mereamur, Lucæ. 15. post prin. & consequi perfectius tabernaculũ non manu factum, ad Hebręos. 9. Quod interceſſione virginis gloriosæ, & ipsius beati Hiero. vestrisq; suffragijs ipse concedere dignetur, qui est benedictus in sęcula sęculorum. Amen.

ADDITIONES.

a ¶Hieronymus. Habetur in epistola Hier. ad Esuperantium de epitaphio Nepotiani.
b ¶Paulinum. Habetur in prologo bibliæ. & in capitu. sancta. 2. quæstio. 7.

SVMMARIVM.

1 *Opus Nouellæ Compilatio glossarum nuncupatur, & nomen genitricis ac genitæ gerit.*
2 *Operis difficultas, & quibus ex causis.*
3 *Compilatio Gregorij ex constitutionibus & decretalibus epistolis Authoris ex diuersis apparatibus in hanc Gregorij, & anteriores compilationes editis à iuris prudẽtibus.*
4 *Additio quæsit authoris apparatibus compilatis.*
5 *Compilationum antiquarum interpretes qui.*
6 *Eorum scripta quot numero fuere.*
7 *Ex multitudine scriptorum quid mali nascatur.*
8 *Ordo seruatus ab authore ferè perpetuus in opere scribendo, 9. & 10.*
11 *Commenti modum cur non seruauit auctor, remissiue.*
12 *A lectoribus quid author optet.*
13 *Stylo quo sit usus idem.*

a 1 Ouella a † Glossarum cõpilatio, genitricis & genitæ nomen gerens. Nouella nuncupetur, vt est; quam propter prosequendi laborem, deficiendi timorem, & doctrinæ verbalis occupationem,
2 difficulter † aggredior, cognoscens, quòd tam ardua scandere transcendit mearum virium quantitatẽ. Terret etiam non modicum posterorum detractio, cui non solum per doctrinæ verbum volatile, sed etiam per scriptum mansibile toties me summitto. Inuitauit illius cõfidentia, qui dixit ad Moysen Exo. 4. Ero in ore tuo, & docebo te, qd loquaris. Ipsius. n. potẽtia spero vires augeri, timorem euelli, & suppor tabilem mihi fieri hũc laborem. Dixit enim, Petite, & dabitur vobis, Lucæ. 11. Ad hoc spes præmij, & pęnæ pauor inducit, ne illi seruo sim similis, qui domini talentum ad opus sibi commissum abscondit. Matth. 25. Ad hoc proficiendi desiderium excitat, & hortatur instans requisitio, & futura sociorum vtilitas, quorum zelo iam vincor vt non solùm lingua, sed etiam calamo doceam hoc volumen, detrahentium terrore depositо: qui secundùm Hie. in prologo paralipome. sæpè rodẽtes ore canino in publico detrahũt quod legunt in angulis. Et alibi de detractoribus suis sic loquitur in prologo Ezechielis, in fi. Si amici mei & hunc subsanauerũt, dicite illis, ꝙ
b nemo eos compellit, vt scribant. Et super b Ephe. 5. Te in ius non traho, quia nostra non scribis. Conue
3 niunt autem † Gregoriana compilatio, & hoc opus ex intentione auctorum. Sicut. n. fuit intentio Gregorij diuersas constitutiones, & decretales epistolas dispersas in diuersa volumina, aliquibus suis constitutionibus additis, ad communem vtilitatem, resecatis superfluis, in vnum volumen reducere; sic est mei Io. An. in hoc opere principalis intentio diuersos apparatus à summis huius iuris prudẽtibus

editos ſuper hac compilatione, vel ipſius conſtitutionibus compilationis; vt per hæc etiam apparatus antiquarum compilationū includam, cum diligentia ſumma reuoluere, & quicquid in eis ſuper ordinarios compilationum huius, & decretorum apparatus vtile fuerit, ad literam, vel ad mentem attribuendo ſemper quod ſuum auctoribus, ne vt informis cornicula alienis floribus me adornem, vt
c dicit Hiero. c in præfatione translationis Didymi. B. Ad communem vtilitatē reſecatis ſuperfluis in vnū
4 quàm breuius potero, compilare † volumen, additis in eo ſummationibus caſuū, diuiſionibus, quotationibus, opinionum cōcordijs, vel ipſarum approbationibus & reprobationibus, vtiliſſimis remiſſionibus; per quas quicquid in apparatu decretorum eſt vtile comprehenderur, & aliis neceſſarijs, & vtilibus, quæ iuxta nouorum iurium exigentiā, vel aliàs expedire putaui, aliquibus moralibus interſertis, q̄ certo ſigno in illis tantùm fiendo facilè cognoſcentur, vt ſic deinceps ſtudenti non ſit neceſſarium librorum numeroſitatem euoluere, cui breuitas hic collecta offert ſine grandi ſui labore, quod quæret: in hoc imitatus Valerium ſummè gratum, qui in ſui operis principio dixit, ſe illud compoſuiſſe, vt documenta ſumere volentibus longæ inquiſitionis labor abeſſet. Ceſſent igitur librorum non modici ſumptus. Ceſſet obtenebratio textuum, animorum diſtractio, ingeniorum hebetatio, ſtudentium perplexitas: quæ ex diuerſitatibus gloſſarum vt dixit Gof. in principio ſuę ſummę, ſolent ſępius
5 obuenire. Antiquarum † enim compilationum habuimus recolendæ memorię notatores, Ber. Papi. Io. Galenſem Vulteranum antiquum. B. Compo. Rufinum, Silueſtrum, Ricardum, Rodoicum, Petrum Hiſpanum, Bertran. Dama. Ala. Lau. Vin. Io. Theutonicum, Tan. G. Naſo. Iaco. de Alben. de quorum apparatibus, ſcriptis, & reportationibus aliquibus additis, Bernardus Parmenſis canonicus Bo. ſuper hac compilatione apparatum, quo nunc vtimur, compilauit. Ex quibus ſi qua dimiſit vtilia, me offero ſuppleturum, ne quid egregium iaceat in obſcuro, vt dicit Sen. de conſo. ad matrem circa finem, & Hiero. in prologo Eccleſiaſtici dicit, ſe inueniſſe libros derelictos, qui erant non paruæ neq; contemnendæ doctrinæ. Demum contemporanei
d Bernar. d eiuſq; ſequaces ſuper hac compilatione ſcripſerunt profundiſſimæ ſcientiæ patres. ſ. predictus Vin. Gof. Phi. Inn. Ho. Pe. de Samp. Abbas. Ber. Compoſ. qui diuina prouidentia non perfecit. Egy. Bon. Bonaguida de Aretio, & Fran. Vercellen. Poſt hæc reportationes habuimus ſuper textu, & gloſſ. poſt Boatinum de Mantua, & Guidonem poſtea arch. Bon, ſuper gl. etiam tantum habuimus ſuffragiū monachorum, opus quidem ſuperfluitatibus, deſectibus, & falſitatibus plenum (& liceat ſic verum loqui) ex eo ſaltem, quòd ignoramus auctorem. Et opus fratris Iacobi canonici ſancti Io. in Monte, qui ad hoc ſolum laborauit, vt ſolueret gloſſarum con-
6 traria non ſoluta. Horum autem ſcripta † pluſquam ad octingentarum petiarum numerum aſcenderūt ita quòd præter alia ſcripta, quæ non per modum apparatuum manauerunt, computatis Ber. & prædeceſſorum apparatiibus, plusquā mille petias ſcri-
7 ptorum habuimus. O † quoties experientia docuit ex tanta ſcriptorum multitudine oculis nebulam, capiti dolorem, & menti faſtidium generari. Et hoc fugiunt diuites, plurimum delicati, copiam librorum ad ornatum potius, quàm ad ſui profectum habentes. Studioſi verò & fortis capitis hunc laborem ſuauiter ſupportarent: ſed eis ſæpiſſime defectus pecuniæ librorum abundantiam non permittit. Fuit igitur hęc prolixitas reſecanda, maximè cum ex repetitione dictorum quidam ex libris ipſis parū ſint vtiles; ita, quod congruè dicere poſſum, quod in prologo libri Iob dixit Hiero. querelando. Memini me ob intelligentiam huius voluminis Lyddeum quēdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemiſſe numis; cuius doctrina quid profecerim, neſcio. hoc. n. ſcio, non potuiſſe me interpetrari, niſi quod ante intellexeram. ¶ Studioſi cuiuſcunque ſint ſtatus, lætanti
8 animo ſuſcipiant opus iſtud, in quo † præſciant cōmuniter ordinem hunc teneri: quia poſt rubricarū continuationem & concordantias voluminis decretorum, ad illas ſubmiſſis etiam decretalibus, q̄ poſſent titulis coaptari, ſuper ſingulis ferè capitulis caſus ſummarij deſcribuntur. Magni. n. artificis eſt totum comprehendere ſub exiguo, vt dixit Sen. ad Lucilium epiſtola. 53. ad finem. Secundò capitulorū diuiſio ponitur: quia, vt dicit Tullius in primo Rheto. Partitio perpiſcuam, & illuſtrem totam orationem facit. Et Sen. epiſtola. 88. in princ. Facilius per partes in cognitionem totius adducimur. Et vide, quod not. in prooemio inſtit. §. igitur e quomodo partitio animum incitat, mentem præparat, & memoriam reformat. Sequitur tertiò literalis proſecutio, quę cuiuſq; gradus ſtudentes refi-
9 cit copioſe. Venientes † ad gloſſas inuenient alia tria, quæ, vt quod quiſque deſiderat, facile inueniet, vt dicit Plinius Secundus ad Veſpa. in fin. per tres varios paragraphorum vnum, duos, & tres dentes habentium formas facile diſcernent. Primò. ſ. epilogū, de quo 81. diſtin. §. 1. 1. breuiloquum modum ſummationis ipſarum. Secundò ſuffragium. i. expedientes caſus, mentes, vel textus legum allegata rum in ipſis. hic tamen ſtudentes aduertant, quod
f inter in, & ſuper, f allegatio eſt diuerſa. Sciant † etiā
10 legem ſemel poſitam non facile alibi repeti, ſed remitti, & hoc tum breuitatis cauſa, tum propter materias catenandas, & quia ſæpe inuenient in remiſſionis loco aliam melius propoſito coaptatam. Sub tertio. §. ſuppletiones inuenient gloſſarū ipſarum per apoſtillas, remiſſiones, & alia recitan-
11 da. Quærens † autem, quare modum commenti communiter non ſeruaui, videat quod ſcripſi de teſtibus, fraternitatis, in princip. Ex meis igitur ſuos labores ſtudentes alleuient, & facilius & amplius
12 ſic alleuiati proficiant. Et, cum eis † per fructū ſcientiæ iucundus ſtatus aduenerit, non imitentur prępoſitum pincernarum, qui ſuccedentibus proſperis oblitus eſt Ioſeph interpretis ſui, Gen. xl. in fin. ſed ſaltem animæ laboranti beneficia tot impendant, quòd per ipſorum ſuffragia vnà cum eis ſalutem conſequi poſſim optatam; quod interceſſione gloriosæ virginis, beatiq; Hiero. trinitas prę-ſtare dignetur per ſecula benedicta, Amen. ¶ Sty-
13 lo † plano & pedeſtri, qui delectat, prooemiare ſic placuit. vti. n. altiori licuiſſet, ad quem ſi non attingeret ingenium proprium, docuiſſent innumeri, & maxime Alanus de planctu eccleſię; quem fidēter exquirat, qui mulcetur in his, de quo vide in fine Hieronymiani. Io. Andreæ.

ADDITIONES.

a ¶ Nouella Io. Andr. fuit opus nobiliſſimum, ita appellat Bald. quem pulchrè refert do. Baptiſta de ſancto Seuerino in l. 1. ff. ſi cer. pet. alibi dicit Bald. in conſi. 226. in 1. parte, & in cōſi. 389. in 5. parte, quòd Ioan. And. fuit fons & tuba iuris canonici, & ita etiam dicit do. Barto. Socinus in conſi. 77. colum. fin. in princip.

b Et ſuper. Habetur in Hiero. parte. 4. per Io. An.

c ¶ Hiero. Habetur in Hiero. Io. An. parte. 4. in litera. P.

d ¶ Bernar. Vide Io. And. in prœmio ſpec. vbi ponit nomina eorum,

rum, qui ſcripſerunt, & demum nomina, qui in practica fecerunt opera.

e ¶ Igitur. Ibi vide gloſſ. & facit inſti. de lega. §. ſed non vſque, & ff. de lib. ex. l. 1. & ibi gloſſ. & etiam. D. Ange. de Are. in d. §. igitur, in ea. glo. in fi. qui approbat dicta per Io. And. hic.

f Et ſuper, aliquando ponitur pro præter, not. in l. 1. C. eo. de le. in gloſ. in ver. ſuper his, quandoque ſignificat acceſſionem, ita no. Barto. in l. liberti. C. de oper. li. in 12. col. & vide pulchram expoſitionem domini Bal. in d. l. 1. C. communia de le. in ver. no. hic de dictione, ſuper, quam exponit, ſuper his. i. pro ſecuritate eorum, inducen. pro. q. ad q. ſtatuti dicētis, quod in cauſis vertentibus ſuper inſtr. guarātigiæ procedatur ſummarie &c. quod idem ſit, ſi agatur hypothecaria, quæ ad ſecuritatem debiti interuenit; quod eſt verū, dicit ibi dominus Baldus, ſi agatur contra debitorem: ſecus, ſi agatur contra ſingularem ſucceſſorem, vel alium poſſeſſorem, quod no. quia pluries hæc in facto habui, & obtinui per hanc doctrinam Bal. Quādo iſtud ver. ſuper, inducit pignoris conſtitutionē, vt puta ſi lego vſum, & habitationem ſuper tali domo, not. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de le. ij. & in l. fundus, quem, cū ibi pulchre no. per Bart. ff. de annuis le. & aliqd per moderniores in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pa. & in l. ād diem. ff. de verborum obligation.

SVMMARIVM.

1 *Progmia quidam authores recentiores apparatuum ſcripſerunt.*
2 *Vincentij iuriſconſulti operis inchoatio qualis.*
3 *Innocentij. 1111. Papæ qualis.*
4 *Henrici item epiſcopi Hoſtienſis.*
Goffredus compoſuit ſummam poſt apparatum.
5 *De Hoſtienſi aliorum ſcriptorum ordine.*
6 *Compoſtellani apparatus exordium quale.*
7 *Petri itidem, & Abbatis,*
8 *Bonaguidæ.*
9 *Franciſci, Egidii, & Boatini, Suffragij.*
10 *Fratris Iacobi.*
11 *Nomina ſua quidā ex his authoribus aſcripſerunt operi ſuo, quidam tacuerunt, & an ea ſint ſcribenda.*
12 *Suppletio gloſſarum & num. ſequen.*
Scribentium mos eſt primam gloſſam expedire.
13 *Argumentum gloſſæ primæ.*
14 *Titulus libri qui.*
15 *De materia gloſſæ primæ remiſſiuę.*
Eam quidam ad breuiorem ſummam redegerunt, & quomodo.
16 *Compilationes multæ editæ ante Gregorianam, & à quibus, & cur.*
17 *Compilationis Grigorianæ cauſa quæ.*
18 *Materia libri Gregoriani quæ, & nu. 19.*
19 *Collocare quid in hoc loco. Compilare quid.*
20 *Cauſa finalis proxima vtilitas, & remota beatitudo.*
21 *Studii humani cauſæ quinque.*
22 *Ethica quid, Ethos quid.*
23 *Philoſophię uaria diuiſio, una quarum in theoricam, practicā, & logicam.*
24 *Theorica diuiditur in tres partes intellectualem, naturalem, & mathematicam, uel, quod idem eſt, in Theologicam, phyſicā, & mathematicam.*
25 *Vnaquoq; earum circa quæ uerſetur.*
26 *Tertia quarum ſubſecatur in quatuor ſpecies, Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, & Aſtronomiam, & de quibus ſingulæ tractent.*
27 *Practica altera pars philoſophia diuiditur, in Mechanicam, & Ethicam.*
28 *Mechanicæ ſunt ſpecies ſeptem, Lanificium, Armatura, Nauigatio, Agricultura, Venatio, Medicina, & Theatrica.*
29 *Ethicæ officium, & diuiſio trimembris in Monaſticam, & quid doceat num. 30. Oeconomicam, & quid tractet nu. 31. Politicam, & quid tradat, nu. 32 & 33.*
34 *In his capeſſendis quidam debet eſſe gradus, uel aſcenſus, & qualis.*
35 *Logica quid, Eius partes, Demonſtratiua, quæ ad Philoſophos, Probabilia, quæ ad rhetores, & dialecticos, Sophiſtica, quæ ad ſophiſtas pertinet.*
36 *Magica non ſpectat adphyſicen.*
37 *Cauſa formalis quod ab aliis appellatur, modus agendi eſt gloſſę, & eius ſubiectum.*
38 *Modus agendi multiplex.*
39 *Senſus corporis quot.*
40 *Abſque ſenſibus idoneus iudex eſſe non poteſt, & quibus.*
41 *Humores humani, qui, remiſſiuè.*

1 GRegorius † Vt nihil remaneat deciſè non poſitum, ſcire debes, quòd † ex modernis, de quibus. §. dixi.
2 aliqui fecerunt prooemia ante, quàm ad textum deſcēderent. Et † Vincen. nomen ſuum apponēs, & ſuper imperfectione operis veniā poſtulans ad hoc principaliter intendebat, qūo poſtius naturale, quod proceſſit ab exordio rationalis creaturæ, & poſtius propheticum, euangelicum, & apoſtolicum manauerunt iura poſitiua à concilijs tradita, & à Romanis pontificibus. ſuper quorum iurium reſecatione, additione, & declaratione Grego. 1x. ppter cauſas expreſſas in textu laborans, de ipſis vnam compilationem mandauit fieri, in quas ſuas conſtitutiones inſeruit. Phi. & Gof. ſua nomina non ſcribentes ſimili ſermone vſi fuerunt; vltra id opus iſtud diuidētes, vt dī in prima gl. Ber. ¶ Inn. papa † 1111. ſ. dominus Synibaldus de Fliſco de Genua ſine nominis ſcriptione fundās operis ſui principiū ſuper auctoritate Ezechielis. 3. ca. qua dicitur,
3 Venter tuus comedet, & viſcera tua implebūtur, auctoritatem exponens, dixit ventrem comedere, cum ſcripturarum notitiā recipit. viſcera dixit impleri, cum deſiderabilis intentio ſcripturarum ſapore ſa-
a tiatur. legentes a. n. & vacuos remanentes dixit ſimiles his, de quibus dixit Iere. 14. c. venerunt adhaurię dam aquam: ſed vaſa ſua reportauerunt vacua. Monuit ergo cōſtitutionum huius libri lectores ipſarū intellectum ſanum in ventre percipere, & frequenti meditatione digerere, & infra ventris viſcera reponere conſeruandum ad veritatem ſciendam & producendam in opus non ad diuitias congregādas, vel vanam gloriam conquirendam. Et vt facilius conſtitutiones ipſæ poſſent intelligi, dixit ſe quaſdā compoſuiſſe gloſſas, in quibus multa vtilia decidūtur ab antiquis omiſſa: monens doctores, vt in ſcholis aliqua ſumēdo ſibi, reliqua cameræ ſtudio reſeruarēt. Submiſit demum, quomodo de huius compilationis regiſtro has decre. correxerat, quæ communiter habentur in textu corruptæ. prima de elec. c. bonæ. ſecunda, eo. ti. auditis. tertia, de of. ord. quāto. 4. de re iudi. cum inter vos. quinta. eo. titu. cum I. & A. ſexta, de ap. cum ſpeciali. 7. eo. tit. conſtitutis. 8. de cle. non reſi. ex tuę. 9. de prę-ben. pro illorum. ſuper ipſis verò decretalibus nota bitur, qualiter corrigantur. ¶ Ho-
4 verò † ſ. dominus Henricus, qui fuit de Secuſia, vt notauit de reſcri. ſuper litteris, & de rebus ec. non alie. c. pe. in prin. prius Archiepiſcopus Ebredunen, & demum epiſcopus Hoſti. ante, quàm ad nigrum deſcē deret in ſuo apparatu, etiam ſine inſcriptione narrauit, quomodo prius ſummam cōpoſuerat; quā & meritò multipliciter commēdauit. ¶ Et ſcias, quod Gof. è cōtrà poſt apparatum ſummam cōpoſuit. di-
5 cit † demum Hoſ. ſe quaſdam huius voluminis decretales commentaſſe. quod cum ad ſcholaſticorū notitiam peruenisſet, dicit ſe rogatum ab eis, vt pari ſtylo proſequeretur ſingulas ipſius voluminis decretales. Quorūpcibus nolens ſuū laborē, ipſorū vtilitatibus, ſubtrahere cōdeſcēdit. Monēs lectorē, quod ſi in ipſo ſuo apparatu, & in ſumma prædicta cōtraria narrata videret, quæ concordiam per diſtinctionem caſuum, locorum, vel temporum, conſuetudinum, rigoris, & æquitatis, vel aliter nullo modo reciperent, deberet ſuis opinionibus apparatus velut poſterioribus adhærere. Excuſans ſe verſum inducēdo

poetæ dicẽtis.Opere in longo fas est obrepere ſomnum.Monet etiã eos,q̃ peripicatioris eſſent ingenij, vel quos minus impediret occupatio,quòd inuidia & detractione ceſſantibus fraterna charitate, quæ
6 minus bene dixit,emendent. ¶Ber. verò † Compo. nomen inſcribens loquendo cum Sen.dixit ſe prius quam ſcriberet,ſuam ignorantiã ignoraſſe: ſed ſcribẽdo dixit ſe ſuum cognouiſſe defectum,& ſe ſponte-
7 naum reprehenſioni ſubmittere. Nam ſcriptura, 8 quæ dixit,retinens & diuulgans, ſi lapſus fuerit, teſtis,& accuſator exiſtet,ſubmittens, quomodo miſericordia Dei confortatus, opus ſuum aggreditur in quo dixit ſe principaliter inſecuturum de mandato ipſius domini Inn.notabiles quæſtiones de ipſius apparatu, ſolutiones ipſarum in cauſarum deciſionibus approbatas,aliquibus vtilibus, quæ ex ſapientium dictis exercitio cauſarum collegerat, annectendis.Pe.verò†de Samp.& Abb.ſine alia præfa-
8 tione deſcenderunt ad textũ. ¶Bonaguida †de Aretio nomen inſcribens fecit etiam proœmium, dicẽs quòd cum legeret decretales, compoſuit quaſdã gloſſas,in quibus multa erant vtilia,quæ collegerat aduocatus exiſtens in curia tempore Inn.4.quibus lectis petit non ponderari auctorem, vel arborem,
9 ſed auctoris meritum,& fructus effectum. ¶In† Frãciſco,Egi. Gui. & Boa.non habuimus proœmium. ſuffragium etiam caret proœmio, & ignoramus au-
10 ctorem. ¶Frater†laco. fecit proœmium, & nomen ſcribens dixit ſe id ſolum facturum, quod prædixi.
11 ¶Et † quiapatet ex prædictis ſuis operibus aliquos inſcripſiſſe nomina,aliquos non, an ſint ſcribenda, proſequar in Mercu. de reg.iu.li.6.in vlr.quæſtione.
12 ¶Et † quia de more legentium eſt primam gl.expe-
13 dire prius,quam veniatur ad textum,hunc modum etiam in his ſcriptis ſeruãdo ſuppleamus in illa ſup-
14 plenda.& hæc gl.quærit†de quinque in librorũ principijs vſitatis,& illa proſequitur.Et primo ibi, [*Titulus*]adde,hæc duo vltima ponit pro vno,& iſtud vlti-
15 mum non proſequitur:ſed dic, quòd † titulus libri eſt.Incipit compilatio domini Gregorij papæ noni. Et ſi materiam†gl.vis plenius proſequi, vide in ſumma Ho.in prin. Et vltra ibi no.ſcire debes,quod quidam prima tria, & quinq; cum comprehẽdunt ſub vno.iſtſub cognitione cauſæ. Quærentes de quadruplici cauſa,materiali,efficienti,formali, & finali.alij dicunt duplicem cauſam eſſe.ſ.eſſendi,& fiendi.primam diuidunt in materialem,& formalem. ſecundam in finalem,& efficientem. Ad primas duas allegant.32.q.2.quod verò,de conſe.diſt.2.quia corpus, c.panis.& diſtin.4.in ſynodo.Ad ſecundas allegant. 23.q.5.de occidendis,&c. non fruſtra.de alijs. ſ.patebit.de efficienti dicunt,quod eſt ipſe Deus per miniſtros ſuos Romanos pontifices, & principes iura promulgans,& promulgata componens. 25.q.1.violatores. C.de præſcrip.lon.tem.l.fi.16.q.3.c.fin.8.diſt.
16 quo iure.ſ.ti.i.c.i.¶Et ibi,[*Compilationes* 5.] ſ.†approbatas.nam poſt compilationem decreti factã à Gratiano multæ decretales epiſtolæ emanauerunt à curia,de quibus Ber.circa Papi.præpoſitus, poſtea Fauentinus epiſcopus fecit primam compilationem, quædam antiqua iura interſerendo, poſt illam alię decre.ab aliis apoſtolicis manauerũt,de quibus Gilibertus fecit aliam:poſt illum Alanus aliam fecit,
a de quibus Ioan.Vualen.vnam compilationem a fecit,quę olim erat ſecunda. Et dicebatur prima,liber primus.Secunda compilatio,liber ſecundus.Ber.aurem Arch.Compo.moram trahens in curia de regiſtro Inno.3.extrahens quaſdam decre.de illis vnam fecit compilationem;quæ Romana compilatio vocabatur.In qua erant quædam inſerta, quæ Roma-
na curia non approbat.vnde ipſe Inn. per magiſtrũ. P.Beneuentanum notarium ſuum compilationem fieri fecit,quæ tertia dicebatur. Et fuit de decretalibus per ipſum editis vſq; ad 12. an. ſui pontificatus poſtquam adhuc fecit quaſdam alias decre.& in cõcilio generali quaſdam conſtitutiones. ſ.71.de quarum ordine dicam.ſ.de accu.c.ſicut,de quibus fecit quartam compilationem. Demum Honorius fecit quintam,quam magiſtro Tancre. antiquo doctori noſtro,& Arc.Bon.direxit,de quibus omnibus Gre-
17 gorius fecit vnam.Et dicũt†quidam, quòd impulſiua cauſa huius compilationis fuit, quòd cum corã Grego. allegaretur ſecundo anno ſui pontificatus decre.coram, de elec.& nõ reperiretur in compilatione,quia erat extrauagans, idcirco compilationẽ hanc fieri iuſſit.ſed falſum eſt, quòd decre. coram, eſſet extrauagans.erat.n.eo.tit.j.in 4. compilatione.
18 ¶In eadem gl.ibi [*Collocate*] Si gl.intelligeret, quod ipſa † collocatio decret.eſſet materia huius li.iſtud nihil eſſet dicere: quia ſecundùm id idem eſſet ma-
19 teria,& liber,cum collocare ſit†compilare: compilare eſt librũ facere.Sed credo, quòd gloſſ.intendit, quòd ipſę decretales extrauagantes, & conſtitutiones ſuperadditę.ſint libri materia:& quod de collocatione dixit,non dixit ponendo materiam, ſed nouam ſituationẽ materiæ.Dicunt alij,quod ſatis placet,quod bonum communem, quod eſt materia & ſubiectum in ethica,ſit materia huius li.pro quibus facit l.1.in prin.ff.de iuſti.& iu.ibi,ius eſt ars boni & æqui,&c.Si ars,ergo eſt de bono & æquo.ergo bonũ & æquum eſt ſubiectum & materia artis, & huius ſcientiæ poſitiuæ. Sed pro primo dicto facit.§.ſanè, & C.de vete.iu.enu.l.1.§.1.& quod no.in prin. ſſorũ ſuper prima reſpon.dicebat Ho.quòd materia erat
20 quæſtiones,& ſolutiones ſanctorum, & apoſtolicorum.¶In ea.gl.ibi [*vtilitas*] † quod alij dicunt cãm finalem,vt prædixi. & ſcire debes quòd glo. dicit & ponit hic cauſam finalem proximam: cauſa vero finalis remota eſt felicitas,& beatitudo,quæ ſequitur ex cauſa proxima; ad hoc canon.ſ. allegatus, & in proœmio. ſſorum §.diſcipuli.2.in fi. & ibi [*Sciamus*]
21 de quinq; † cauſis,de quibus homines ſtudent, ſ.vt ſciantur,vt ſciant, vt ædificent, vt edificentur,& vt lucrentur,vide per Hoſt.in proœmio ſummæ. §.fin.
22 ¶Et ibi [*ethica*] ethica†mos.ethos ſcietia quaſi mo-
23 ralis ſcientia,diuidunt aliqui Philoſophiam † in tres partes,in theoricam, praticam, & logicam.alij in duas tantùm,& hi etiam variãt: quia quidam diuidũt in ſpeculatiuam, & actiuam,quam aliqui vocant operatiuam. Alij in theoricam, & praticam.
24 Theorica†diuiditur in tres. Intellectualem,quæ eſt circa cognitionem diuinorum.Naturalem,quæ eſt in cognitione inferiorum, & mathematicam, quæ eſt in cognitione terrenorum: vel, quod eſt idem, in theologicam,phyſicam, & mathematicam. pri-
25 ma†de inuiſibilibus,& inuiſibilium eſſentijs. ſecunda de viſibilibus,& viſibilium cauſis. tertia conſiderat
26 quantitatem abſtractam.Cuius quattuor† ſunt ſpecies. Arithmetica,quæ tractat de numeris. Muſica, quæ tractat de proportione. Geometria de ſpatio.
27 Aſtronomia de motu. Pratica † verò diuidit in me-
28 chanicam, & ethicam. Et ſub † mechanica ſunt.7. ſpecies.ſlanificium,armatura,nauigatio, agricultu-
29 ra, venatio,medicina,& theatrica. Eſt autẽ†Ethica quæ habet mores informare, & virtutibus ornare, & diuiditur in tres partes.Eſt ethica monaſtica,quæ
30 docet†quem bene regere ſeipſum, vnde dicitur monaſtica,quæ curam ſui gerens,ſe virtutibus exornat, nihil in vita committens,quo non gaudeat,nihil fa-
31 ciens pœnitendum.œconomica† docet patrem famili-

mili.bene regere familiam.Familiaris.n.officij curã mediocri diſpoſitione componens bene diſtribuit.
32 Politica†ad rectores vrbium ſpectat,docens rem pu-
33 blicam bene regi. nam reipublicæ † curam ſuſcipiens,cunctorum ſaluti medetur ſuæ prudentiæ ſolertia,Iuſtitiæ libra,fortitudinis ſtabilitate, ac tem-
34 perantiæ patientia.Et ſecundùm has partes† debet fieri aſcenſus. Eſſet.n.abſurdum, quòd carens monaſtica promoueatur ad œconomicam. ſ.de æta.& quali.indecorum.Et vide Hiero. ſuper Parabolis.B. & carens œconomica ad Politicam.47.diſt.§.neceſſe,& 48.diſt.per totum.Inde Valerius li.2.c.1.adduci non poſſum,vt credam vrbi vtilem, quem domi ſceleſtum cerno.& facit de verbo.ſigni.forus, in fi.
35 Logica†eſt ſcientia ſermocinalis, de qua & de alijs ſex liberalibus,quid doceant,ſatis per Hoſt.in ſumma,de magiſtris.§.3.Diuiditur autem in demonſtratiuam,probabilem,& ſophiſticam.Prima ad philoſophos.Secunda ad rhetoricos,& dialeticos.Tertia
36 ad ſophiſtas pertinet.Magica†vero non pertinet ad phyſicam.¶In ea.gl.ibi,de ſecundis nup.l.j.& 6.diſ. §.vlti.& 19.diſ.c.1.in prin.& in proœmio.6.li.§.2.in fi.ibi,Morum correctionem, & ibi, In moribus diſciplinam, cum concor.& in proœmio cle.in fi.ex
37 ordij.¶In ea.gl.ibi, [*Modus†agendi* b] quod alij vocãt
b cauſam formalem:& ponit hic formalem cauſam, & modum agendi ex parte tractatus, ex parte verò tractandi,& tractatus in ſingulari cauſa formalis, &
38 modus †agẽdi c multiplex communius eſt: tamẽ eſt
c iſte modus ſtatutiuus, conſultationis, reſponſiuus, vel cauſæ diffinitiuus,vel commiſſiuus. Eſt tamen interdum aſſertiuus.ſ.tit.1.c.1.Narratiuus, de reſc. c.1.de de iura.calum.c.pe.Præceptiuus. ſ.titu.2.c.1. Conſultiuus,de offi.dele.ſuper quæſtionum.§.verũ. Inſtructiuus,de reſcri.cũ contingat,de offi.deleg.cõ ſuluit,ſi fi.Diſputatiuus,de reſti.ſpo.lras.de ꝓbitero non bapti.c.fi.Expoſitiuus,de plus peti.cap.vno, de verb.ſigni.cum olim.Declaratiuus.ſ.tit.2.c.fi.Diſtinctiuus de reſcrip.ſuper literis,de or.cog.c.2.Innouatiuus,de treu.& pa.cap.2.Confirmatiuus,de confir. vti.vel inuti.c.pe.Priuilegiatiuus, de deci. ex parte j. Diſpenſatiuus,de elec.quia diligẽtia.Proteſtatiuus. ſ.tit.j.c.2.verſi.in nullo.Determinatiuus,de cleri.ex. c.fi.Modificatiuus,de iura.calum.c.j.ad fi.Exemplorum poſitiuus,de renun.poſt tranſlationem. Cauſę redditiuus.ſ.tit.2.c.2.Comminatiuus, de exceſ.præla.c.1.Fulminatiuus,de ludæis, ita quorundam. de pœnis,in quibuſdam.Probatiuus,de iudi.nouit.Approbatiuus, de fer.capellanus. Reprobatiuus conſuetudinis,de cõſue.c.1.3.4.& 5.Iuris antiqui, de ꝓſcri.c.3.& 4.opinionis ſ.tit.1.c.2.in prin.& in fi.Iura noua,per quæ probantur prædicta,ideo non induxi quia de formali cauſa huius compilationis nunc agitur. [*Et ibi,Pœnis eorum*] ad moſtrandum hunc ordinem Hoſti.dabat verſus. Iudex, iudicium,clerus,
39 ſponſalia,crimen. [*Et ibi,Senſuum*]† qui ſunt hi, viſus,
40 auditus,guſtus,odoratus,& tactus. [*Et ibi, Idoneus* † *iudex*] vt de quibuſdam probatur. 3.q.7.§.tria. ff.de iudiciis,cum prætor.§.non autem, & eo.tit.l.cęcus. de poſtulando.l.j.§.caſum,& de hoc.ſ.de offi.deleg. cum viceſimum, de reſcr.ſciſcitatus.& ibi, Humo-
41 rum,† de quibus.ſ.de cele.miſ.in quadam. ¶In ea. gloſſ.ibi,[*Non debet*] ſimile de conſe.diſt.4.de trina.& 16.diſt.ſeptuaginta,in fi.& 13.q.2.quia alij.Sed ſimilitudinariæ ſunt & non vrgentes hæ rationes,vt dixi de reſcri.ſi quando.& in prædicta decre.non debet: vnde aliqui dicunt hanc diuiſionem ad ſimilitudinem.5.librorum Moyſi,quos cõtinet pentateuchũ, de decimis.cap.j.vel ad ſimilitudinem. 5.virginum prudentum, de quibus Matthæ. 25. ſecundùm Fran.

ADDITIONES.

a ¶Legentes. Vide ea,quæ ſcribit etiam pulchrè idem Ioan. An. in nouella in proœmio.6.& ibi etiam inuehit multùm contra illos,qui ſimiliter ſtudent gratia contradicendi: quia ſimiliter poteſt aſcribi id,quod hic dicitur:& dicit,quod Machabei ſtudio contradicendi perdiderũt ſanum intellectũ, vt ibi per eũ.

b ¶Compilationem. De duplici compilatione decreti, vi. Io. An. in Hiero.parte vltima in vltima carta.

c ¶Agendi. Alibi dicit glo.in c.hoc quippe. 3.q.6.quòd ſemper modus agendi diligenter eſt inſpiciendus. Et de duplici modo agendi vide pulchrè & latè per do.Iaſo.in l.2.§.quòd ſi in patris,in 10.no.ff.ſol.ma.& ibi etiam allegat inter alia Bal.in l.j. in penul.col. C.qui accu.non poſ.quare dicit ponderandum eſſe & attendendum modum agendi,& ibi Bal.dicit illam gl. in d.c.hoc quippe,eſſe ſingu.& ſcribendam literis aureis.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio proœmij prior.*
2 *Poſterior.*
3 *Præfationem Papa a quo ſumpſit.*
Operis partes ad inſtar quinq; ſenſuum diuiſa.
4 *Salutationis verborum interpretatio,remiſſiuè.*
5 *Gregorius Papa Hugonis nomine appellabatur ante pontificatum eius patria,ingenium & etymo.*
6 *Nomen imperatoris in inſtrumentis præponendum.*
Item Papæ.
De indictione remiſſiuè.
In ſalutatione nomen ſuum poſtponebat olim papa, imperator pontifici ſuum præponebat.
7 *Papa Vicarius eſt Chriſti, Imperator eſt eius filius.*
Papæ magna poteſtas,& qualis.
8 *Inſcriptio epiſtolarum Papæ ſcribens abbatiſſis & alijs.*
9 *Doctores vniuerſitatem conſtituunt.*
Monopolium in eis prohibetur.
10 *Vniuerſitas non eſt quælibet pluralitas, vel ſigillum poteſt habere.*
11 *Doctorum appellatione ſcholares conſtituuntur,ſed non ſemper numero 14.*
12 *Communis res facit & nomen eſſe commune.*
13 *Familia dominum.*
Populus plebs ſenatores includit.
14 *Capituli appellatio includit decanum,vnde quãdoq; decano & capitulo,quandoq; capitulo tantum ſcribitur.*
15 *Monachus quis eſſe non deſinit per abbatiam, ſed ſcholaris per doctoratum contra.*
Rectores ſcholarium nomine ſcholarium comprenduntur.
16 *Compilatio decretalium miſſa Bononiam,& Pariſius.*
17 *Domicilium mora decennii conſtituit.*
18 *Schiſmatico,excomunicato,vel alii priuato gratia ſedis apoſtolicæ,qualis ſalutandi formula.*
19 *Benedictio apoſtolica inſcripta Papæ literis vnde proficiſcatur.*

1 Gregorius. Hoc proœmiũ poteſt diuidi in 4.partes.In prima ſalutatio.In ſecũda, ibi, Rex pacificus, exordiũ. In tertia,ibi, Sanè,narratio.In quarta,ibi, Volentes,concluſio. poſſet etiam diuidi in
2 duas tantùm.ſ.in ſalutationem,& epiſtolam.Epiſtola in tres,& ſic non longè diuerſum.Hoſ.verò†diuidebat in duas partes in ſalutationem, & ꝓſam, vel epiſtolam. primam ſubdiuidebat in tres partes. In prima dicitur quis ſcribit,vſq; ibi,dilectis. In ſecunda quibus ſcribit, vſq; ibi, ſalutem. In tertia ponit, quid optat. ſecundam ſubdiuidebat in 5.ad huius operis ſimilitudinẽ.primam vſq; ibi, Sed effrenata in qua ponit creationis hominis qualitatem. ſecunda vſq; ibi,Ideoque, vbi ponit pronitatem hominis ad peccandum,& vnde procedat, & quomodo temperetur.tertia vſque ibi, Sanè,in qua ponit cauſam promulgationis iuris. quarta vſque ibi; volentes.In quarta ponit ſuam intentionem, in qua ſecundum
a eũ nos reddit dociles:quia gaudent breuitate a mo-

derni.Beneuolos, vbi dicit, ad communem vtilitatem.attentos,vbi dicit, addijcientes ; & hoc eſt proprium ſcripturarum, hæc tria, vel eorum alterum operari,vt dixit Hiero.in prologo Ioelis . In quinta præſentem confirmat compilationem,& aliam fieri prohibet.Et dicit † Gof.quòd Papa ad inſtar iuris conſulti præfationem poſuit.ff.de ori.iuris.l.j.de re. cre.l.j.Aequiparabat autem Hoſ.quamlibet ex his partibus vni corporeo ſenſui.Primam viſui. Secundam guſtui. Tertiam auditui . Quartam palpatui. Quintam odoratui.de qua æquiparatione:quia parum vtilis,& quia conuerti poſſet,nō curo . Eodem modo æquiparare voluit ipſis . 3.ſenſibus. 5.libros huius compilationis eo ordine,quo.ſ.& illud etiam propter prædictas rationes omitto. Quod etiam videre potes per eum in proœmio ſummę.§.quis modus.¶ Ad intellectū,† autem verborum huius ſalutationis , & eorum , quæ dici ſolent in ea,videas & hic repetas,quę notaui in ſalutatione ſexti libri.Gregoriusſprius vocatus Hugo de Araneâ, vel Hugolinus ſecundùm Boa.& fuit Campanus , ſicut in not. 3.dixit Vin.quòd iſte Gre.fuit perſpicaciſſimi ingenii,& eminentiſſimæ ſcientiæ in vtroq; iure.Et dixit Philip.quod non ſedit excellētioris ingenij, vel eminentioris ſcientiæ in cathedra piſcatoris. quod verbum de Bonifacio ponit Archid.in proœmio ſexti libri.Interpretatur autem vigilans.& bene vigilauit hoc opus faciens, vel fieri procurans ſecundùm Pe. & Abb.Et etymologizando dicitur quaſi gregem regens,vel quaſi gregem ligās doctrina fidei,vel morum.¶ Et ſcias† quòd ſicut nomen imperatoris b in inſtrumento præponitur, in auth. vt nomen imperatoris.do.in prin.col.5.ſic & nomen c papæ;& in dictio præponi debet.de indictione vide,quod dicā ſuper data ſexti libri in quæſtione de nomine . contra.12.q.1.dilectiſſimis,ſecundùm Vicen.ibi ſe papa in ſalutatione poſtponit. dic illud fuiſſe ſecundùm ſtatū & vſum eccleſiæ primitiuæ , ſecundùm quem etiam interdum imperator ſe Romano pontifici p̄mittebat.27.diſtin.victor.ſic & Plinius Secundus in prin.libri naturalis hiſtorię ſe Veſpaſiano præmiſit, & adde quod dicā. ȝ.de cri.fal.quàm graui.[*Seruus.*] contra, nonne † ipſe vicarius eſt Chriſti, de tranſla. quanto.& imperator eſt eius filius.96.diſt.ſi imperator.C.de ſum.tri.inter, & 10.diſt.vides . dicit Vin. ꝙ magna eſt eius poteſtas:ſed debet eam conformare publicę vtilitati,de fo.compe.c.vlt.[*Dilectis,*]Amore ſpirituali,non carnali,de præb.graue, vt ec.benef.c. vno,Egi.[*filiis*] in Chriſto,non in carne, Egi.non tñ † exprimitur,in Chriſto,niſi cum ſcribitur Abbatiſſis, ſororibus,regibus, vel reginis ; de hoc in ſpec.de reſcri.præſen.§.ratione formæ,in princ. [*Doctoribus,*] qui vniuerſitatem† faciunt.ȝ.de conſti.ex literis. Caueant tamen,ne faciāt monopolium,puta, ne vnus recipiat ſcholarem alterius . C.de monopo.l.i.non tamen† quelibet pluralitas eſt vniuerſitas,vel poteſt habere ſigillū;de hoc.ȝ.de exceſ.præla.dilecta, Vin. ¶Scholaribus, quæro † an appella.ſcholarium doctores d includerentur?dicit Egi.ꝙ ſic, per decre.vltimam de ſimo.ȝ.de ꝓcura.quia in cauſis,cū hoc,ꝓ † quo ſcribit,ſit cōe,non ſingulare,ad hoc de reſcri. edoceri.vnde ad maiorem expreſſionem poſitum eſt de doctoribus.alle.ff.de verb.ſigni.familiæ, inſti. de iure natu.§.plebs autē,vbi familia † dominū,populus,& plebs ſenatores includit.all.in contrarium de cōceſ.præb.poſt elec.vbi appellatio † capituli nō includit decanū.rñdet,ꝙ illud eſt allegatio , cū aliàs bñ includatur,de exceſ.prel.quia cunctis.§.j.li.6.vñ quandoq; ſcribitur decano,& capitulo,de poſtulando.c.j.de elec.cum nobis olim.quandoq; tñ capitulo,de poſtulan.c.fi.de elec.Meſſana,cum ſi.tu dicas, quòd quò ad thema huius proœmij ſuperflua eſt quæſtio, vt patet ex.3.gl. Sed quò ad alios caſus dic verbum,ſcholarium , poſitum in reſcriptis ad lites vel priuilegijs odioſis non includere doctores aliàs non ſcholares. ad quod facit de reſcri.ſedes, de reg. iu.odia,li.6.de locato.c.1.& quod dixi in quæſtione de priuilegijs huius ſtudij in Mercu.de reg.iu.cum quid prohibetur,li.6.non obſtat decre.vlti.de ſimo. & ibi dicam.vel aliter per Abbatiā† non deſinit quis eſſe monachus:ſed per doctoratū deſinit eſſe ſcholaris;vnde illud.c.& ll.prędictę,fateor, quòd ꝓbāt appella.ſcholarium comprehendi rectores ipſorum. [*Bononię.*] aliàs† Pariſius.vtrobiq; . n.fuit miſſa compilatio,Ho.[*commorantibus,*]elapſo† decennio intelligitur ibi habere domicilium.C.de incolis . l.2.li.10. quod intelligo præſumi ex curſu tēporis.ff.de vſur. cum de in rem verſo,Vin.adde,quod not. Accur.in prin.l.2.[*Salutem*] hæc ſubticetur† in literis,quas papa dirigit,Hoſti.ſchiſmatico , excommunicato, vel alteri,cui ſubtracta ſit gratia ſedis apoſtolicæ. facit. 32.q.1.admonere,in prin.ſed ſcribitur , ſpiritum cō ſilii ſanioris,vel ea pati,quæ agere meditaē ſm Boa, ſm quē tacetur hic verbum ex vſu,vel præuio mentis affectu,& loquitur Papa in tertia perſona , quaſi ſumat vicem, vel perſonam nuntii ſecundùm eum [*Apoſtolicam*].i. quæ data † fuit apoſtolis. uel ſic dicitur,quia datur ab apoſtolico ſecundum Egi.

ADDITIONES.

a Breuitate.vt l.ampliorem.§.in refutatoriis. C.de appel. & per gl.in l.j.ff.quod met.cauſa, & per Imo. hic & per doc. legiſtas in locis ſupra allegatis.

b ¶Imperaroris.Vide Bartolum, & ibi pulchrè ſcribentes in rubrica ff.de oper.no.nun.& latè d.And.Barba. in repe. deſi.inſtru.4.fol.

c ¶Nomen.Et per Cardi. hic in ver. nunquid in inſtru. & uide per gl.& Io.And.in c.inter dilectos, de fide inſtru. & ſpec. de inſtru.edi.§.ij.in 1.col.& in §.inſtrumentum,ver.item ꝙ non eſt,& per d.Bar.in auth.vt præponatur no.impe.in 1.no. qui enumerat, quæ ſunt illa, quæ debēt in inſtrumentis apponi. & plenius in l.generali.C.de tabu.li.10 & per cano. in d.c. inter dilectos & quod no.in c.quoniam contra falſam,in gl. antep. extra de proba.& propterea dicit gl.in d.auth. vt præponatur no.imper.in 1.no.plurimā auctoritatem dari inſtro ex memoria principis.alle.no.C.de teſta. l.omnium,& per Io. de Imo. in proœmio decre.in 3.col. qui recitando Ioan.Andre.tenet, ꝙ hic & per Ioan.Andre.in data 6.in nouella.Quod idem firmat.d.Abbas hic in 4.col.& per d.Alex.& Mod.in rubr.ff.de noui ope. nunti.Et ibi ponunt moder.vnam pulchram.q.melius examinatā,quàm alibi, ꝙ Chriānus cōficiens inſtrm inter duos Iudæos tenetur inuocare nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti,&c.& ita obſeruat conſuetudo,&c.& vide do.Bar. in 1.cōſti.fforum qui per illum tex.hoc tenet in v.col. in ver. ex quo optime colligitur.

d ¶Doctores.vide hic Feli.de iſta quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium & ſcopus pontificis in hoc exordio, & quare ius poſitiuum fuerit promulgatum.*
2 *Exordii huius, & Ioannis Papæ in Clementinas conſtitutiones differentia.*
3 *Pacificis appellatione hic intelligitur Chriſtus, & nu.4.Etymologia pacifici.*
Regum proprium.
4 *Cæleſtium & terrenorum deus diſpoſitor .*
5 *Modeſti ſi eſſent ſubditi, non fuiſſet neceſſarium ius poſitiuum.*
Si lis nulla eſſet, non indigeremus actibus iudiciariis.
6 *Cupiditas occupat omnis profeſſionis uiros.*
7 *Pacis æmula quid ſignificet Auari, & Dominationis cupidi natura.*
Litis appellatio tam extraiudicialem, quàm iudicialem amplectitur .
8 *Lites ut odioſe reſtringuntur.*
Nobilitas quid pariat. Iurgium ad iudicium refertur.
9 *Quotidie pro aſſiduè item ſemper, & perptuum.*
10 *Authoritate ſua quis poteſt obuiare defenſionis ſuæ cauſa.*

11 *Impli-*

11 *Implicitum quid.*
12 *Ius compoſitum ad ſeruandum humanum fœdus.*
13 *Abuſus uariis pœnis punitur.*
14 *Repudium & Diuortium quorum.*
15 *Exulare quid.*
16 *Legis officium, & etymon.*
17 *Deſcriptio.*
18 *Prodere quid hic.*
19 *Noxius quis.*
20 *Regula quid.*
21 *Lædere nec ſeipſum quis permittitur .*
22 *Operis huius commendatio, & utilitas.*
23 *Epiſtolæ decretales habent uim conſtitutionum.*
De conſtitutionum diuerſis nominibus, & remiſſiuè.
Decretum quibus modis dicitur..
24 *Similitudo interdum utilis & quæ ſequenda.nu.25.*
26 *Confuſio uitanda.*
27 *Variare, & uacillare quid.*
28 *Vigilantibus iura ſunt prodita.*
29 *Raimundus compilator qualis, & vnde.*
30 *Actio ex ꝓmiſſo non datur apud Catelanos, tenētur tñ de dolo.*
Compilationes antiquæ decretalium quales.
31 *Decretalis extra hoc volumen allegator qua pœna teneatur & item iudex.*
32 *De principiis decretalium ſuperfluis quid dicendum, remiſſio.*
33 *Snia lata per contrarium intellectum, quid agendum, remittit.*
34 *Declarator eſſe poteſt aliquando, non iudex.*
35 *Tantùm, aduerbium reſtringendi uim habet.*
36 *Edictum de compilatione eſt prohibitorium.*
37 *Rubricæ ne auctenticæ decretalium ſint.*
38 *Per conciliorum compilationē hanc quid tollere intelligatur auctor.*
39 *De compilatione antiquata quid allegari poſſit.*
40 *Allegatio huius compilationis qualiter nunc , & qualiter olim facienda.*
41 *Legis generalis nota, remiſſiue.*
42 *Factione prohibita an prohibeatur allegatio.*
43 *Epilogus gloſſarum.*
44 *Ex Suffragio gloſſarum.*
Seruum appellat ſe imperator, & quibus uerbis.
Omne bonum debet eſſe manſuram.
Iudices contenti eſſe debent fiſcali ſalario.
Quid honeſtum ſit, non ſolum quid liceat , conſiderandum.
Via conceſſa per fundum, per omnes eius quoque partes uidetur conceſſa: Ciuiliter id tamen intelligendum.
45 *Ex Suppletionibus gloſſarum.*
Studii priuilegia habet curia Romana.
46 *Reſcripta ad lites non extenduntur ad alias perſonas, neq; res.*
47 *Compilationis huius exempla ad ſolennia ſtudia miſſa.*
Ex ſuppletionibus gloſſarum in proœmium.

5 *Executorum ad beneficij collationem poteſtas an expiret per mortem re integra,& quæ nam eorum poteſtas,nu.6.*
7 *Exceptio de taciturnitate iuramenti poteſt opponi uſque ad ſententiam,cum ſit peremptoria; ſed non ſemper ita eſt,nu.8.*
8 *Gratia poteſt fieri ſine literis.*
9 *Statutum an facere poſſit decanus,& capitulum.*
10 *Iuramentum,& confirmatio papæ videntur adæquari. In canonicum receptus,non vacantę prębenda an uiuet de communibus fructibus ad vſq; vacationem,nu.11.ad finem.*
12 *Capituli,cum dilectus.2.de pręben.intellectus.*
13 *Epilogus,& gloſſarum*
14 *Suffragium & nu.15. In ſingulari quod loquitur, etiam in pluribus locum habet,& è contrario quandoque.*
15 *Reſcinditur contractus pro parte adoleſcentis,& nõ pro parte curatoris,qui emerat communiter cum eo, niſi in caſu & quo.*
16 *Supplementum gloſſarum,& nu.ſeq.*
17 *Periuri ſunt recipiendo quem canonici non ſublato iuramento, quo numerus canonicorum firmatur,& quando non ſint, numero 18. De iuramento excipere,& non excipere quando tenetur, ibid.*
19 *Iuramenti taciturnitas nullius momenti gratiam facit, & refert,quando,& an malitioſè,preſtitum, nu.20.*

CAP. XIX.

1 ONſtitutus. Caſus. † Non va-
let reſcriptum exe-
cutorum ſuper canonicatu, & præbenda eccleſiæ vltra numerum impetratũ, & non facta mẽtione de numero prius
2 iurato.& vt dicit Hoſt.tria†facit: ponit impetrationem,exceptionem ꝯ ipſam, & diffinitionis cõmiſſionem,2.ibi,verum,3.ibi,diſcretioni [*tunc*] ſ.tem
3 pore† datæ reſpectu alterius impetrãtis,vel in tempore receptionis reſpectu capituli ſm Hoſti. [*vacaret*] tacitè† ponit numerũ,de præb. c.dilecto,de cõceſ.præben.ex parte.& facit ad fi.primæ gl. [*vacaturam*] hoc eſt ſolius papæ, de conceſ.præben. propoſuit,& c.conſtitutus. [*Mandatum*] monitorium [*admittere*] i.adimplere,Vin. [*Executoribus*] nunquid po
5 teſtas † executorum expiraſſet per mortem re integra,no.hic Goff.& Hoſt.de quo dic,vt ſ.de off.dele. ſi ſuper,& de præben.ſi cui,libr.6. [*deputatis*] ad cõ
6 pellendum cognitione† præmiſſa ſecundùm Inno. & Compo.contra hoc,quod dicam ſuper verbo, ꝑbendam,ſcđm Hoſt. & hic.ſ. deciditur, quòd executores fecerunt proceſſus,quos per ap.vel per que relam capitulum impugnabat [*Iureiurando*] excep
7 tio iſta†de raciturnitate iuramenti opponi poteſt vſq; ad ſententiam. Eſt enim verè peremptoria peri
8 mens nedum literas,ſed etiam gr̃atiam,quę† poteſt fieri ſine literis, & ſemper literas præuenit. ſi verò aliqua exceptio competeret mihi contra litteras tãtùm, vt ſi iurafti non impetrare literas contra me, hanc in prin.& non poſt li.conre.opponere debeo. C.excep.l.vl.ſecus,ſi iurafti, vel pactus fuiſti, quòd me non conuenires: quia tunc perimit actionẽ ſecundùm Inn.vide quod dicam.ſ.de excep. paſtoralis,ad fin.magnæ glo.& de litis conteſt.exceptionis, lib.6.ſuper glo.2.& ſ.eod.ad audientiam, ſuper vlt. gl.in fi.& in Spe.de excep. §.dicto,ver.ſed quæro [*Petrus*] cui Cel.dederat literas contra capitulum,Vin.
9 [*per decanum*] argu.decanum†& capitulum ſtatutũ facere poſſe.ad idem de ver.ſign. cap.2.lib.6. vbi de hoc.contra de conſue.cum conſuetudinis. ſed hic non dicitur ſtatutum valere, ſed eos non cogendos propter iuramentum in literis non expreſſum: vel confirmatum fuit à papa,ſecundùm Inn.vel hic nõ dicitur,quòd ſtatuerunt,ſed quòd iurauerunt [*Fir-*
10 *matum*] de confirmatione non repetit, quia † alterũ ſufficit ſecundùm Hoſti. [*Prębendam*] de canonicatu non dicit:quia fortè per executores fuerat inſtitutus.ad hoc.ſ.ibi, Quicquid &c.ſecundum Hoſti. Sed hæc porerunt remitti, de conceſſ.præben.cum
11 noſtris. [*Si vacat*] ergo non facta†mentione de numero non habebit prębendam etiam vacãtem. Et eſt mirum,cum numero, & iuramento nõ fiat prę-iudicium per collationem canoniæ, vel prębendæ vacantis. Dicit Compo.quòd non fuit intentio papæ, quòd prouideretur iſti in eccleſia habente numerum,ſed ſolùm in ea, in qua per receptionẽ ſuã a princi.numero, vel iuramento præiudicium fieri non poſſet,ſicut facta mentione de numero nõ extenditur litera ad eccleſiam, vbi non eſt numerus, remittit.ſ.eo.capitulum.Ego credo, quòd ſi tempore date prębenda non vacabat, licet modo vacet, non debeatur propter ſurreptionem literæ à principio nullæ;& hoc dico põderato iuramento,nõ ſimpliciter numero,per id,quod dixi ſuper verſi. vacaret.Sed ſi tempore datæ vacabat, tunc fit obiectio, & illi ſtandum. [*Aſſignari*] quòd ſi non vacat, expectabit, & viuet interim de reditibus communibus. ſ.de præben.dilectus.2.in fin. ſecundùm Hoſ.ſed il-
12 la decre.†loquitur,cum capitulum contempſit con
13 ferre illam,de qua mandabatur. ¶ Prima†glo.quærit,arguit pro & contra.& ſoluit,in fi.fortificat textum,cui dicto obiicit,& ſoluit. ¶ Tertia glo.obiicit,
a ponit opinionem Io.a & ſoluit, ſecundo quærit,& ſoluit.tertiò arguit,alle.contrarium, & ſoluit.in fi. dat vnum ſimile ¶ Penul.& vlti.gloſ.arguunt,& re
14 mittunt. ¶ In†glo.1. [*ibi.l.1.§.1.*] vide in præ.c.cum ſuper,in vl. & ibi Melius. [*l.2.*] lex 2.nõ facit.Et qđ dicat,videbis.ſ.c.cũ contingat, ſuper 1.gl.fortè vult dicere.§.2.quia ibi dicitur,quòd edictum, licet ſingulariter de tutore loquatur, etiam in pluribus tutoribus locum habet.ſic à contrario plura mandata habeantur pro vno,vt ex quo in parte pareri non poteſt &c. [*et ibi,Si communem*] vide de re iu.ca.pe.in 1.gl. [*et ibi,et §.1.*] vide de ordine cognitionum.ca.
15 2.ſuper gloſſ.ſi iſti [*et ibi,Tutor.§.1.*] ſi curator†adoleſcenti

lescentis vendidit rē, quam habebat cū illo cōem, ille postea restituitur, contractus rescinditur solùm pro parte sua, nisi emptor, qui nō fuisset empturus partem, velit totum rescindi. ¶In 3.gl.ibi [*Imperatores*] vide in c.venientes, super gloss.no.quod [*& ibi videamus*] hanc & se.vide de iura, cal. in pertractandis,
16 super.4.gl. ¶In†gloss. 1.ibi [*tutor.§.1.*] facit de consec.dist.2. comperimus.ff.de admi.tu, cū quæritur. [*Et ibi, Non volebant*] hic soluit contraria, quasi di.si literæ valuissent continentes diuersa mandata, teneretur ad alterum, si vtrique pareri non poterat,
17 ¶In gloss.sed in omni [*ibi, Non obstante*] si ergo† expresse non tollat iuramentum, recipiendo illum essent periuri.& est mirabile, quòd quis teneatur excipere secundùm Vin.nec mirum, quia & propter iuramentum quis tenetur non excipere, qui tamē potest agere, de iureiu.c.1.& ca.debitores, dicit etiā
18 Vin. quòd si papa expresso iuramento† mandat capitulo, vt recipiant illum in canonicum, vel dent centum, licet illi dando centum possint seruare iuramentum, eum tamen recipiendo nō erunt periuri. sic cum disiunctiuè scribendo dat eis electionē, insti.de ac.§.plus autem, sicut legatario remittitur iuramentum.ff.de condi.insti.quæ sub conditione.
19 §.iureiur. Si verò papa †fuisset inscius iuramenti,& mandasset illum recipi, aut cētum dari, dicit rescriptum non valere ita, quòd nec ad centum tenebuntur, ad q̄ papa illos præcisè teneri noluit [*& ibi, Ante præsentationem*] executoriarū, [*& ibi, iura, ex quibus*] secundùm Host. hęc non est sufficiens solutio, cum adhuc appareat illa connexa, ergo, quod de vno dicitur &c.de consti.translato. Quid autem hic dixerit, dicam.ĵ.de regu.Ioannes. ¶In gloss.pe. [*ibi, Ante*
20 *monitorias*] nec obstat, q̄ dicitur per† monitorias negocium quasi ceptum, quia illud verum est secūdùm Innocen. quò ad hoc, quòd de honestate tenetur perficere. quod incæpit, Pe.de Samp. dixit, quòd papa hunc impetrantem grauauit in vno, vt si ante executorias, & post monitorias iuratus esset numerus, non valent literæ, quòd secūdùm eum fuit grauamen, cum inspiciatur tempus præsentationis.ĵ. de præben. dilectus.2. Sed alleuiauit in illo.s. quòd si certus numerus fuisset statutus, & cōfirmatus sine iuramento, quòd valent literæ tacentes numerum. Host. dicit, quòd clericus se obligauit ad probandum, quòd post executorias hoc factum fuerat, nam idem, si post monitorias in elusionem mandati apostolici hoc statuissent. infra de appel. memini mus, & c. suggestum. vel subaudi, idem, si post præsentationem monitoriarum: aliter fieret illusio. vel de executoriis dixit, quia de ipsarum processu quærebatur; & ideo tempus datę ipsarum debuit ponderari, Ioan.And.

ADDITIO.

a ¶Opinionem Io. Adde, quòd dominus And. Bar. hic saluando opi. Ioan. refert, dom. Abb, hic, vt non subintelligatur conditio, quæ suspendit actum in euentum ipsius, vt est text. in c. verum, de conditio. appo. & sic dicit ipse iuramentum non ligare ante approbationem papæ, quod est falsum, quia iuramentū ligat; sed Io, de Imo. hic dicit, quòd ea, quæ tacitè insunt, non faciunt conditionem. l. conditiones, de condi. & de. allegat ēt Io. de Imo. gl. in cle. 1. de offi. deleg. qui refert ita dicere Io. de Lig, & licet ista tacita conditio nō impediat transmissionem, vt d.l. conditiones, tamen suspēdit actum, sicut expressa, vt est gl. in l. item quia, ff. de pac. & tamen dicit ipse, ista conditio nō est per modum suspensiuum, sed per modum resolutionis: quasi pa. vult vti sua potestate non obstabit iuramentum, nec illi canonici erunt periuri; quia tunc adimplebunt mandatum papæ, sed vbi noluerit vti papa sua potestate, remanebunt ligati suo iuramento, in dubio autem non præsumitur papa uti sua potestate, licet mandet, quòd recipiatur &c. sed omissis inuolutionibus istorum patrum, dicit hic d. An. concordando istas opi. doc. & inquantum hic in ista gl. q̄ in iuramento non subauditur conditio, vtrum subaudiatur conditio †specialis in iuramento, & tunc secundo peroptime locum est, vt nō insit cōditio. aut loquimur de conditione generali, quæ subauditur vl. & tunc inest conditio generalis in iuramento, & de hoc ipse dominus And. allegat glo. formalem non allegatam à doc. hic in c. non solum. 32.q.vlt. & gl. in c. beatus. 22.q.1. & gl. in c. quemadmodum, de iureiu. & ideo per tales conditiones generales dicit ipse subintellectas à iure nō redditur iuramentū conditionale. c. significasti, de elec. & ad hoc ipse d. And. allegat tex. valde sing. in l. fi. C. de non nu. pec. vbi confessio pecuniæ receptæ habet conditionem, ☞ pecunia fuerit numerata, & vltra prædicta alleg. etiam text. in c. 1. de for. fide. in vsi. feu. vbi dī, si vasallus iurat domino fidelitatem, in tali iuramēto inest conditio. s. si dominus erit fidelis vasallo. quem text. do. And. hic in 24. colū. valde comendat, & exclamat dicens esse tanctum, & æquum contra tyrannides, quæ sanguinem populorum exhauriunt & absorbent, & vix precarium dimittūt spiritum, & vide ad prædicta Bald. in d.l. fi. de non nu. pec. quærentem, quando inest tacita conditio in iuramento, adde tu p̄dictis, q̄ inquantum supra allegauit. d. And. Bald. in l. fi. C. de non nu. pec. quòd idem tenuit Iac. de Are. in auth. generali. C. eo. & Iac. Bu. in d.l. fi. in princ. per eadem verba, quæ ponit Bal. in prin. l. fi. quę verba Bald. credo fore sublata à domino Iacob. Bur. ibi, & vltra. s. allega. adde Bal. in l. rogasti. §. si tibi, ff. si cer. pet. in fin. & in l. fin. ff. qui satisd. co. quæ dicta domini Bal. si uis bene intelligere, vide ibi, vbi dominus Bal. enumerat omnes casus, in quibus quis non cogitur seruare iuramētum, & vltra prædicta vide Host. in sum. de iuramen. cal. quot species sint, & vltra prædictas quotas vide alias multas per d. Bal. in apostillis suis in d.l. fi. qui satisf. co. vbi in breui in hac materia multa bona dicit, quæ hic transcribere non curaui. & omnes illæ gl. allega. s. per d. An. quas sibi appropriat, sunt alle. à Bal. in apostillis in d.l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Rescripto impetrato quando quis carere debeat, & nu.4.5.6. 7.8.23.25.26.*
2 *Diuisio decretalis.*
3 *Regulæ tres in hac decretali traduntur, & quæ.*
4 *Verum quando tacetur pro dolum, prima cum exemplis, falsum cum exprimitur, secunda cum exemplis, non valent, & numero 5. & nu.12.*
6 *Verum cum siletur, falsum si exprimatur simplicitate vel ignorantia, cum exemplis. & nu.7.*
8 *Falso tacito vel expresso simplicitate vel ignorantia, & nihilominus princeps literas dedisset, exempla, & nu.12.*
9 *Exceptio peremptoria non opponitur hodie contra rescriptum ad lites.*
Surreptionis probatio cui incumbat, remissio, ibid.
10 *Rescripta indifferēter, licet per malitiam, vel ignorantiam uel simplicitatem quid tacitum, vel falsum expressum esset, cur non valere quidam tenebant.*
11 *Simplicitas ius, ignorantia factum respicit.*
Discretio pro distinctione, vnde procedit.
12 *Ex rescripto malitiose impetrato commodum nullum quomodo consequi quis non debeat, & quid si pro simplicitatem, si mò opponatur, nu.13.*
24 *Dedissemus, ideſt de iure dare tenemur, vel consueuimus, verbi resolutio in alia.*
15 *Ex rescripto per simplicitatem vel ignorantiam aliquo tacito, vel expresso falso, quando posse procedi per iudicem intelligatur, & nu.22. & 25.26.*
16 *Cap. pastoralis, §. eodem. quando non habet locum.*
17 *Epilogus glossarum.*
18 *Suffragium.*
Subueniendum simplicibus, & rusticis, & quibus aliis. ibi. & nume.19.
19 *Supplementum glossarum, & nu.seq.*
20 *Opiniones variæ de validitate rescriptorum quæ.*
21 *Dolus, uel fraus quomodo probetur.*
22 *Petitorium & possessorium quando videatur commissum.*
26 *Rescriptorum substantialia quæ, in his quicquid scribatur, consideranda intentio papæ, nu.27.*
28 *De surreptione qua loquatur hęc decretalis.*
29 *Rescriptum valere eo casu, quo non valet, si iudex pronunciat, tenet pronunciatio, & processus, nisi appellatur.*

30 *Falsi exceptio si opponatur contra literas verè falsas, si iudex pronunciat illas veras, & procedit in negocio, & fert diffinitiuam in principali, non valet, & nu.31. & quid agendum sit à iudice, nu.32.*
31 *De incidenti cognoscere non potest iudex, si dicantur literæ falsæ.*
33 *Veritas semper attenditur.*
34 *Falsum instrumentum debiti si iudex pronunciat verum, ualet, nisi appelletur: secus si sit instrumentū procurationis, nu.35.*
36 *Tutorem iudex dare potest.*
Procuratorem minimè.
37 *Falsi exceptionem an admittat executor datus ad exequendum sententiam.*
38 *Sententia an teneat contra citatum vigore appellationis falsæ, vel nullæ.*
39 *Innocentij locus declaratus in c. si duobus, de appellat. in gloss. Quid ergo, uer. hoc etiam.*
40 *Declinatoriam in iudicem si quis opponat conuentus super maleficio, vel contractu dicens, deliquisse se, uel contraxisse in alia diœcesi, cognoscet iudex, coram quo fit contentio, & tenebit sententia, nisi appellabitur, melius tamen excipiet, vt hic consulitur, nu.41. si verò dicat locum delicti non esse iurisdictionis illius, quid iuris, nu.42.43. & 44.*
41 *Officium iudicis non habet locum, vbi est, qui accusat.*
44 *Possessio nō perditur sine animo, licet ea turbetur, nisi eiiciatur & non extenditur in iurisdictione nisi ad causas, de quibus cognoscitur.*
45 *Contra rescriptum non competunt exceptiones contingentes personam iudicis impetrati, & 46. & quę competant, ibid. à contrario, & nu.48. & 49.*
46 *De exceptionibus declinatoriis non est necesse mentionem facere in rescripto, & non contingunt processum negocii, uel causam principalem, licet interdum admittantur, & quæ.*
47 *Exceptiones omissas à procuratore potest dominus excipere, & quando, contra rescriptum.*

CAP. XX.

1 Vper litteris. Casus. † Qui per malitiā tacet verum, vel falsum exprimit in rescripto, caret impetratis. Idem in eo, qui hoc fecit ignorantia, vel simplicitate. Si verò quod tacuit, expresso, vel falso, quod expressit, tacito, literas nō habuisset. Si verò nihilominus saltem in forma cōmuni litteras habuisset, ſm iuris formam procedet iu-
2 dex. Et sunt† tres principales partes. In prima ponit casum, super quo erant doctorum opiniones contrariæ, quas recitat. 2. illas per distinctionem bimēbrem. in secundo casu subdistinguendò concordat tertiò dat regularē doctrinam. 2. ibi, nos igitur. tertia ibi, nisi forsan, vel ibi, vt sic. Et quia principaliter difficultas decre. est videre exempla illarum trium
3 regularum, quarum† quælibet subdiuiditur. s. in verum tacitum, & falsum expressum, ideo primò circa id instemus. Et in prima circa† verum tacitum p
4 dolum pone exemplum in litigiosis in eo, qui dolo sè tacuit primum rescriptum in secundo, vel processum habitum per illum, vel litis pendentiam. s. eod. cæterùm. de re iudi. inter. de testibus, cum causam, quæ in beneficialibus pone exemplum, s. c. ad
5 aures. circa falsum† expressum per dolum in litigiosis pone exemplum. s. cap. sedes, in fi. in beneficialibus. ĵ. eodem. si proponente, de transactio. ex literis.
¶In 2. quò ad ordinem sumandi non quò ad ordi-
6 nem textus s. de vero † tacito simplicitate, vel ignorātia, quo expresso litteras non habuisset, & de falso expresso &c. Competunt etiam exempla predicta, si vis specialia in litigiosis de vero tacito simplicitate, vel ignorātia, pone exemplum in illo, qui tacuit appellationem aduersarij. ĵ. de confir. vti. vel inuti. bonæ, vel tacuit terminum appellationis præfixum ab homine. ĵ. de app. sæpe, in fi. In beneficialibus pone in eo, qui tacuit perpetuam vicariā, vel minus sufficiēs beneficium simplicitate ductus. ĵ. c. postulasti, & c. si proponente: vel eadem simplicitate tacuit alterius possessionem coloratam, de concess. præben. cum nostris, & ca. litteras. vt vnum scias, quòd licèt in beneficialibus vera sit regula in tacito per simplicitatem, non tamen in tacito per ignorantiam, vt ĵ.
7 c. gratia, li. 6. De falso † expresso pone in litigiosis in eo, qui contra sententiam impetrans expressit se appellasse, vel ĵ. decendium appellasse, & hæc erant falsa. ĵ. de app. Romana. §. si verò, libr. 6. In beneficialibus si dixit falsò monitorias præcessisse. ĵ. eod. ex insinuatione. Item. s. de consti. cum accessissent. In ter
8 tia† verò regula gloss. ponunt specialia exempla de vero tacito, vel falso expresso simplicitate, vel ignorantia, quo vero expresso, vel falso tacito nihilominus princeps dedisset literas. & vltra illa, quorū aliqua licet competant casibus, non textui, vt dicam super glossis, melius in vtroq; potest exemplū poni in eo, qui contra seruum suum eo ignorante ordinatum ad minores impetrauit, quòd sibi restituere tur, & ex ignorantia tacuit eum ordinatum ad sacros, vel ex ignorantia expressit falsò ipsum ordinatum ad sacros, & impetrauit, vt restitueretur, nisi daret vicarium his casibus, dato, quòd illud verum ex pressisset, vel illud falsum tacuisset, literas habuisset sub secunda forma in primo casu, & sub prima in secundo: & sic procedit iudex. Item in vtroque secū dùm Host. pone, quòd ego in Anglia institutus hæ res impetraui cōtra possessorem hæreditatis, quòd sine libello causa terminaretur intra tres menses: quia asserui talem consuetudinem esse in Regno Angliæ in causis testatorum; quod credebam verum ex quadam falsa relatione: vel è conuerso impetraui, quòd libello oblato secūdùm formam iuris procederetur, tacito de prædicta consuetudine, quæ verè erat in regno, quam ignorabam, vtroque casu procedet iudex, sed non secundùm formā rescripti. Item secundùm Inno. in falso expresso pone, quòd ex ignorantia procuratoris impetrantis Abbas non Cistercienſis dixit se Cistercienſem, & impetrauit cōtra plebem, quæ exigebat ab ipso decimas laborum, vel noualium; procedetur secundùm formam iuris partibus conuocatis &c. Item secundùm Host. in vero tacito pone, quòd impetrauit contra Crucesignatum hoc tacito, simpliciter, vel ignorantia, quòd intra annum cogeretur debitum reddere: ipse priuilegiatus erat de quinquennio: procedet iudex, seruato tamē priuilegio. Item pone secundùm Inno. & Compost. in eo, qui tacuit peremptoriam competentem reo, contra quem tamen sibi competit replicatio, sed hodie peremptoria† non opponitur contra rescriptum, quod dic, vt
9 a de litis conte. c. 1. lib. 6. vbi dicam a in vltima gl. cui incumbat probatio, cum opponitur surreptio. Itē secundùm Compo. in eo, qui tacuit primas literas, quæ tamen poterant per exceptionem elidi. de hoc s. eod. ex tenore, in fin. primæ gloss. & hæc sufficiant exempli gratia. Et vide quod dicam de appel. super eo. i. super glo. videtur ergo. [*Diuersa*] ponit hic Hostien. illud Oratij. Tres mihi conuiuæ sunt, properè dissentire videntur, quid debet: quid nō debet, re
nuis tu, quod petit alter &c. [*aliis*] s. Placentino, &
10 & sequacibus, quorum opinio† sic probatur. Iudex si per mendacium impetratus est; ergo per dolum: sed de dolo suo nullus debet fructum cōsequi. s. eo. sedes. ĵ. eodem plerunque. ff. de dolo, si legatarius. C. de transac. transactione. Ergo non valet rescriptū Secundò probatur per l. si quis obrepserit. ff. de fal. vbi dicitur, quòd non valet rescriptum impetratū

per

per obreptionem,& impetrans punitur vt falsarius sicut de liberto per obreptionem arrogato dicitur, ff.de in ius vo.sed si hac.§.patronum. Tertiò sic,de-
b cretum per mendacium interpositum non tenet.b vnde dicit lex, quòd manet actio integra pupillo, cum prætori obreptum est.ff.de rebus eorum.l.magis.§.fi.ad idem. ff.de fideicom. liber.l.cum verò.§. subuentum.à simili ergo nec rescriptum. Quartò sic, conditio de præsenti adiecta concessioni,si falsa est, illam vitiat.ff.si cer.pe.cum ad præsens,de iniusto rup. te.cum in secundo: sed in rescriptis secundùm legem ponitur conditio,si preces &c. C.de diuersis rescriptis.l.fin.vel secundùm canones subintelligitur.§.c.2.Si ergo falsa est, vitiat effectum in totum per leges prædictas Quintò & præcipuè inducebatur lex,& si legibus, quã allegat gloss.Huic vltimo,& ei,quod allegabatur primò & secundò satisfit per diffinctionem huius tit.ad id,quod allegabatur tertiò, respondetur periculosius esse decretum, q̃ rescriptũ: quia illud diffinit. Istud verò dat iudicẽ ad diffiniẽdum. Ad id,quod allegabatur quartò, in-
17 quantum inferiori distinctioni resistit, respondetur q̃ in rescripto duplex est actus, vnus in cognoscendo, alius in condemnando;& hunc secundum respicit illa conditio,& non primum. vitiabitur ergo cõmisto quò ad effectum.s.condemnationis fiendę, si conditio illa de præsenti deficiet. i.si narrata non sint vera [*Prorsus*] ita,quod nec secundum formã rescripti,nec secundùm formam iuris procedet iudex [*Preuenior*] s. qui præces porrigit impetrando [*aliis verò*].s.Ia.Bald.Io.& Azo.& sequacibus [*& si forma*] (speciali,ad quã concedendã mouit principẽ suggestio falsi, vel taciturnitas veri, Hosti. [*Et illos, qui*] concor. 1.q.1.excellentissimus [*Simplicitatem*]
11 hoc† propriè respicit ius: ignorãtia,quæ sequitur, q̃ priè respicit factum,& cõcor de sen.excom. cum illorũ [*Discretionem*] i. distinctionẽ. sic dictum, vt appareat distinctiones ex discretione procedere [*Nul-*
12 *lum*] s.nec †fm formam rescripti,nec fm ius cõe;& hoc statim exponit [*super hoc*] s.super veritate tacita,vel falsitate expressa per dolum.& not.fm Inno. hoc locum habere,etiam si qui obtinuit, aliter obtenturus fuisset. Illa.n.distinctio locum habet solũ in falso expresso,vel vero tacito per simplicitatem, vel ignorantiam,vt sequitur [*cognoscat*] exceptione
13 † oppolita fm Egi.de hoc ĵ.ad audiẽtiam. Et quod hic dicebat Compos.vltra illam gloss.ibi addam;& hoc casu vera sit primorum opinio. [*Nam si*] ponit primum membrum subdistinctionis, in quo vera
14 est opinio secundorũ [*Dedissemus*] 1.de iure † dare tenemur,vel consueuimus,Inn. [*Non sequens*] exempla igitur, quibus delegatus sequitur formã rescripti,non bene competunt,vt dicam super glo. [*pro-*
15 *cedat*] hoc†intellige,si id,super quo procedere vult comprehendi possit sub verbis rescripti positis in narratione,& conclusione ita etiam,quòd euitetur æquiuocatio. facit quod dicã de officio delegati,cũ olim.1.in gloss.vnde iudices. pone exemplum,impetraui rescriptum in causa mutui, volo agere in causa donationis,non possum,quia licet hoc posset includi in verbis conclusionis de restituenda pecunia,non tamen in verbis petitionis ponit Compos. in eo,qui dicens se electum, & confirmatum, petiit sibi dari iudicem ad possessionem tradẽdam, & papa dedit largiorem conclusionem. s.partibus conuocatis,quod canonicum &c.coram isto iudice nõ poterit peri electionis confirmatio, quam si iudex faceret,non valeret,& sic dicit Compo.obtinuisse: quia iuxta modũ petitionis &c.de fim.licet.In casu conuerso pone,quòd impetraui super restitutione possessionis, qua dixi me per vim spoliatũ,volo illã dicere mihi per fraudẽ fuisse ablatam, vel vẽditam, non possum: quia conclusio non patitur.de æquiuocatione pone exemplum.ĵ.c.significante,& cap. Rodulphus, fm Vin. [*Si verò*] fm membrum sub distinctionis, in quo etiam habet locum primorũ opinio [*Nullas prorsus*] vel non de leui.ĵ.c.postulasti, in fi.[*procedendum*] cõtra.ĵ.de priui.ex parte.i.vbi videtur, ex quo ignorauit, taciturnitas non dẽt obesse.ſo.ibi Hosti. [*cognoscat*] sic.§.§.1.in fin.ĵ.ca.dilec-
c tus.c 2.de offi.deleg.significantibus.& sic patet†se-
16 cundùm Hosti.quod non conueniunt hic iudices: sed cognoscunt hi, coram quibus, & contra quorũ literas excipitur,& sic non habet locum. §.c.pastoralis.i.respon. [*Interponat*] sup.& è conuerso, vbi delegans in cognitione procedat fm Host. ¶Glo.1.po-
17 nit†quattuor similia.¶Quarta gl.p simplicitate allegat.8.iura,& duo in contrarium,& soluit.¶Sexta glo respon.per quæstionem.¶Gl.ex hoc, ponit.20.
d casus, d quibus expressio falsi, vel taciturnitas veri
e vitiat rescriptum.e ¶Antepenut.glo. dupliciter ex-
18 ponit illud,forsan. ¶In † quarta gl. [*ibi,§.viti.*] si p rusticitatem aliquod leue de his, quæ prætor iussit, fuerit omissum, non per id partium denegabitur possessio [*& ibi,Cum de indebito*] vide de solu.capitulo fina.in gl.2.[*& ibi.§.vlt.*] subuenitur illis,qui ob ætatem,rusticitatem, vel sexum lapsi non ediderũt [*& ibi Minori*] sequitur. 25.annis succurrendum est, & fortè mulieri propter imperitiam [*& ibi, quicunque*] non obest per rusticitatem,facti ignorantiam, vel absentiam non petiuisse possessionem intra tẽpus iuris [*& ibi.§.si quis*] parcitur rusticitati illius,q̃ vocatus in ius non venit [*& ibi.l.2.*] non parcitur liberto vocanti patronum in ius sine venia,cum ratione naturali honor illi debeatur [*& ibi.l.11.*] domus,vel fundus,vbi falsa moneta cuditur,fisco vindicatur,si dominus erat in vicino, etiam si ignoraret,vt incuria vel negligentia puniatur. ¶In gl.simile.25.ibi [*ordinata*] vide de sent.excom.per tuas, in gl.antepe. [*Et ibi,Lite ordinata*] sequit,in possessione libertatis is,de cuius libertate quæritur, constituit, & interim pro libero habeẽ. ¶In gl.[*ex hoc,ibi.l.vlt.*] vide.ĵ.eo.nonnulli,in glo.per rescriptum. ¶In glo. antepe.[*ibi,si quis ex aliena*] vide de accu.ueniens, super vltima gl. [*& ibi,in criminali*] uide de foro com-
19 peten.si diligenti,in gl.nunquid.¶†In gl. [*simplicitari,in fi.*] s.in iure naturali,& in falsa moneta,vt dicit
f Host.reprobatur etiam simplicitas i in promouendo.39.dist.Petrus.& in magistro,de translatione,inter corporalia.de feriis,capellanus.¶In gl. [*per hanc*
20 *ibi,solutiones*] dicebant † enim aliqui tunc demum procedi per rescriptum surreptitium, cum consen-
g tiebat g is, contra quem fuerat impetratum: aliàs
h nõ,ad quod inducebatur lex, filio.ff.de iniuſ. h rup. & irrito testamento,ubi testamentum,quo præteritus est filius, nullum est,filio hoc uolente:aliàs nõ, facit de præben.cum in ecclesijs,libro sexto. alii distinguunt inter priuilegia,& rescripta. Tertii distinguebant, ut in principali membro distinctionis. Quarti distinguebãt,ut in subdistinctione hic posita,& has duas coniungit hic papa.Quinti distingũt mendacium,quod respicit processum iudicii, ut litis pendentiam;& tunc non ualet:& id quod respicit principale negocium,& tunc ualet. de testi.causam.de lit.contest. c.1.lib.6.¶In glo.s. [*per fraudem,*
21 *ibi,qui dolo*] idem Inn.& Abb.& probatur † per coniecturas,de renuncia.c.2.lib.6.no.C.de iura.calum. l.2.§.sed quia,in fi.magnæ glo. quod hoc casu iurabitur de calum.Host.dicebat hic probari fraudem per probationem scientiæ.ff.de proba.uerius. C.de
i dolo,dolum, i nisi esset rescriptum communis formæ. infra de crimine fal. accedens: uel secundùm eum

k eum distinguitur,an sit impetrans homo k simplex, an curiosus,hanc tũ distinctionem non approbat, nisi per aliquas piecturas releuet; quod committit arbitrio boni iudicis,ne viã apperiat &c. arg.ĵ.e.nõnulli,vt eccl.bñficia.c.vno,in fi.¶In gl.simile, [*in fi.*] de sep.sacris,vbi de hoc.¶In gl.puta si [*ibi,committi*]
22 hoc † putat verum Hos. si ex forma litteræ hoc possit haberi, q̃ petitorium,& possessorium fuerit commissum,de seq.pos. c.j. vel pone fm Abb. in duplici possessorio retinendæ,& recuperandæ per l.j.ff.de vi & vi ar.§. si autem.s.in eo, qui fugit de turri videns cum multitudine exercitus inimicum venientem, qui sæpe fuerat sibi comminatus expulsionem, impetrauit,& narrauit.primò turbationem possessionis,& postea expulsionem,& habuit conclusionem generalem. Idem fm Host. si eiectus in curia à Romipetis id audiuit, hoc casu iudex procederet, fm formã iuris super interdicto vti pos.& si non fm formã rescripti super interdicto recuperandæ [*& ibi, Vel tacet*] hæc melius coniungeretur glo.seq.quæ loquit de veritate tacita,& istud exemplum, vel illud, quod ponit gl. sequens quò ad totam orationẽ textus,non sunt bona: qa in his bñ procedunt iudices, fm formã rescriptorum:& iõ posui cõpetẽtiora exẽ
23 pla,q̃bus prætermittat formã rescripti,in prin. capituli. ¶In † glo. [*ex hoc patet,in prin.*] casus istos ponit glo.& alios quosdã Host.hic ponebat per 9. versus,si priuilegium, si dispẽsatio,pactum &c.quos decido. & si videre vis illos,require in summa huius ti.§.pe. in 3.colum.Goff.autem posuerat hic solùm primos duos,& vltimum [*& ibi, Si proponente*] adde quod ibi no.[*& in fi.*] si singulari sermone vsus est pro plurali.ff.de act.empt. Iulianus, aliàs inter eum.§.idem Iulianus fm Io.¶In gl.sequenti [*ibi,Tuæ*].ĵ. de testa. c.2.vbi de hoc.& forsan fm Io.& Vinc.[*& in fi.*] & ĵ. de accu.veniens,in vlt.gl.¶In gl.pe.[*in fi.*]& fm hoc
24 intellige.C.de fal.nec exemplum. vbi † dicitur, q̃ si dolus interuenit, morabitur cognitio iudicis: verũ est super principali: quia prius cognoscatur de dolo Vin. ¶Expeditis addendis ad gloss. est sciendum, q̃ Host.hic formabat quandam distinctionem,in qua
25 textum † repetens dicit, q̃ si in rescripto expressum est falsum,vel tacitum est verum:aut per dolum,& tũc facta de hoc fide iudici nullo modo cognoscet. 25.q.2.& si legibus, & hoc in prin. aut id factum est simplicitate, vel ignorantia: & tunc aut ex falsitate expressa, vel veritate tacita princeps motus fuit ad dandum rescriptum,aliter non daturus,& hoc casu idem, quod supra, quod fortius seruandum est in gratiosis,& legendis,quàm in non legendis.ĵ.de crimfal.c.pen.In vtroq; tñ casu de precum qualitate cognoscet, vt hic. aut princeps nihilominus rescriptũ dedisset saltem communis formæ,& tunc refert,an possit inde elici æquiuocationis fallacia, & tunc iudex simpliciter non procedet.ĵ.c.nonnulli,& c.fina. vñ non potest conueniri diœcesanus, pro ciuitate vel econuerso,vel vnus pro alio.licèt eiusdem noïs. ĵ.eo. significante, & c.Rodulphus. aut non:& tunc aut erratur circa substantialia, vel principalia, sine q̃bus iudiciũ esse non põt, puta personam iudicis, actoris,vel rei,vel q̃nis,& tunc similiter iudex non procedet,vt in præal.c.Aut erratur circa accidentalia,vel accessoria, & tũc procedet iudex fm ius cõe, q̃uis non sequatur formã rescripti, vt hic. Item putat ipse Host.si fuit erratum in noïe, tamen per circũlocutiones cõstat de persona,vt dicam.ĵ.c. significante. de errore verò qualitatis dicit, q̃ non nocet, ponit exemplũ,q̃d posui in prima gl. ver. in vtroq; : quia licet per illũ motus fuerit papa ad dandam aliquã specialitatem:certum est tñ, q̃ voluit iudicem iudicare saltẽ fm formam iuris, quam ipse tuetur.
26 s.de electio.ecclesia, 2.In substantialibus verò nocet error,alleg.29.q.j.§.j.ff. de hæredi.instituẽdis.l.quoties.C.e.l.fi. & vocat † substantialia nedum præmissa: sed omnia,quæ omissa,vel suggesta vitiant rescriptũ,vbicunq; expressum inueniatur iuris exemplũ, vt in gl.magna.Item locus est de substantia.ff.de iu. & iur.l.pe.de arbitris,si cum dies,de offi.deleg. consuluit.unde ciuitas,& dia sunt substãtialia in rescriptis,maximè hodie.ĵ.e.statutum, lib.6. Et quicquid
27 scribatur,dicit † considerandam intentionem papę supra c.2.& hoc in fi.de prolixa.gl.sufficit hoc collegisse: Sciendum est etiam, q̃ quasdam quæstiones formauit hic Inn.de quibus Host. non curauit:tamẽ Compo.prosecutus est aliquas ex illis.notant igitur
28 q̃ † decre.ista loquitur in surreptione,quę procedit ex expressione falsi,vel taciturnitate veri; non de illa,quæ reddit literas falsas, vt si dicantur emanasse præter conscientiam papæ, vel officialium ad hoc deputatorum,de crimine falsi, dura, & c.licet,&§.
29 eos.& in casu † decret.si iudex pronunciet rescriptũ valere eo casu,quo non valet,tenet pronunciatio,si non appellatur ab illa: nam & teneret processus,si non excipieretur.infra eod. ad audientiam, & facit, quod dicam.infra de concess.præbend. cum nostris,
30 sed quid † si contra literas verè falsas opponitur exceptio falsi,iudex pronunciat illas veras,& procedit in negocio,& fert diffinitiuam in principali, quæro an ualeat? de hac quęstione,& sequenti vide in Spe. de rescripti præsen.§.j.igitur.versi.pen.& vlt. dicunt quidam; quòd valet propter errorem litigantium, arg.ff.quod cum falso tu.l.j.§.sed & si.ff. de offi. prætor.l.Barbarius. Et q̃tia res iudicata,à qua non est appellatum,saltem quò ad partes pro veritate accipitur.ff.de sta.ho.ingenuum. 2. q.6.§. si sententia. & ratione dubij iurisdictionem habuerit,vt hic,ad quod inducunt,quòd sicut non tenet sententia incompetentis iudicis, ita non tenet sententia contra sententiam.C.quando prouo.non est necess.l.j. & tamen si reuocetur in dubium, an prima sententia fuerit lata necne, valet secunda.ff. de condi. indebiti,elegan ter.§.j.& ff.quæ sententiæ sine app.rescin.l.j. & no.ĵ. de re iu.inter,in vl.gl. Sic p̃ dubiũ iudex cognoscet de qualitate rescripti, & sñia p̃ eũ lata sup hoc trãsibit in rẽ iudicatam. nec valet sñia, qua pronunciauerunt falsas lras veras esse, nec sequens processus
1 habitus in negocio principali, & hoc p̃ defectum iurisdictionis,l de offi.vica.sua. C. si à non comp.iudi.per totum.Item de falso quęritur post sententiã. C.de fal.querelam.ĵ.de procur.in nostra, & de proba.licet,vbi de hoc. contraria loquuntur de iudice, qui iurisdictionem habuit cognoscendi de incidenti, & demum de principali, pronunciato incidẽtem non obstare.vnde poterat iudex, coram quo opponebatur de prima sententia,de hoc cognoscere:sed
31 vbi littera † dicitur falsa, iudex hoc incidens diffinire non potest,sed superior.19.dist.in memoriam,de re iudi.de cætero, faber enim falsi rescripti sicut nõ potuit illũ facere iudicẽ in principali,ita nec in incidenti.si dicas † secundùm hoc quilibet impediet
32 p̃cessum iudicis dicendo litteras falsas, ex quo ipse cõgnoscere, vel interloqui non potest. tñ non impediet:quia si iudex videt probabile,quod contra literas opponitur;supersedebit,& ad superiorẽ remittet. Si verò nil videt,quod ipsum moueat, procedet in negocio, si appareat postea rescriptũ falsum, p̃cessus pronunciabitur nullus:aliàs non, etiam si appellatum ab eo non fuisset: quia procedebat pendẽte quæstione falsi: bonum tamen esset, q̃ ad instructionẽ suã iudex aliqua inquireret de exceptione opposita, sed non diffiniat: quia nil operatur diffi-
33 nitio.semper enim † veritas attenditur, vt si falsum

sit,non valeat processus:si verum, valeat. ¶Quid si
34 instrm̃ † debiti ꝯ me productum dico falsum,iudex
pronunciat illud verum,cum verè sit falsum,& per
illud me condẽnat,q̃rit,an valeat sẽtẽtia.Sol. valet
si ab illa non fuerit appellatũ:qa hoc casu iudex est
& est quasi expressum.C.de fid. instru.l.fi.secus, si in
35 †instrumento ꝓcurationis:qa si pronuncietur verũ
eũ sit falsum,sententia , vel processus cum illo ꝓcu-
ratore habitus non valebunt in prejudicium dñi ab
sentis,nisi dñs vellet rãtum habere expresse,vel taci
tè appellando.ff.rem ra.haberi.l.3.§.falsus: quia iu-
dicium nullum.C.de procurato.licet.ff. de iud.licet
& dicam de proc.c.i,nec dicas,iudex iurisdictionem
habebat:qa nõ habebat quoad dñm absentem, nec
obst.si dicas:ꝙ edictũ de falso tutore auctore cesset,
si iudex auctorizauit, vel decreuit cum illo falso tu-
tore licitè geri negocium.ff. qđ cum falso tutore,l.j.
36 §.penu.Iudex † enim tutorem dare poterat pupillo:
sed parti procuratorem constituere non poterat,vi-
de in ſpecu. de ſyndico, versicu. quid si iudex,an ve-
37 rò datus † ad exequendam sententiam admittat ex
ceptionem contra sẽtentiam, quòd sit lata per fal
sos testes,vel falsa instrumenta,de quo hic per Com
pòstella.vide nota de officio delegat.pastoralis.§.qa
38 verò.Item † quæro , Petrus finxit se appellasse con-
tra me, cum verè non appellasset, vel non valebat
appellatio : quia non ex causa rationabili, vel quia
tertiò emissa, iudex me vocat, nunquid teneor ire:
dic ꝙ sic, & nisi vadam, & iudex pronunciet contra
me super principali, tenet sententia, nec quæretur
postea an fuerit appellatum, vel non : quia ratione
dubij iudex habuit iurisdictionem, licet potuisset
per exceptionem elidi;& sic dicit Comp. se obtinuis
se per Innocen.in quadam causa Mediolanen. licet
ipse videatur notare contrarium.j.de appellatio.si
duobus,vbi vide in glo.quid ergo, versi. hoc etiam:
39 sed dicit eum forsan †ibi loqui,quando absens non
fuerat legitimè citatus:vel loquitur ibi, quãdo pars
præsens dolosè dicebat appellatum, cum sciret ap-
pellatum non esse.In causa verò Mediolanen.crede
bat appellatum, hanc quæstionem ad litteram po-
suit Archidiaco.de appellatio.Romana.§.si verò,li-
bro sexto.Et Guil.in ſpecula.de citatione.§.j. in fine
40 versicu.item pone.Quærit † Innocen.conuenior su
per maleficio, vel contractu:confiteor : sed declino
iudicem,dicens me in alia diœcesi deliquisse,vel cõ
traxisse : respondet, quòd cognoscet iudex coram
m quo fit contentio & si pronunciauerit suam iuris-
dictionem , nisi appelletur, tenet diffinitiua , quam
super principali proferet:ratio, super hoc incidenti
certum est ipsum iurisdictionem habere.ff. de iudi.
si quis ex aliena.vnde tenet sententia super hoc per
ipsum lata. & vide quod dicam.j. de dilation.c.2. &
de verborum significatio.ex parte.i.& de fo. compe
tenti.Romana,libro sexto, super versic. ibidem nec
obstat,si dicas, ꝙ alius etiam iudex pari ratione co-
gnoscere poterit,& iudicare:quia nõ potest, ex quo
sub eo non conuenitur:& si sub eo etiam conueni-
retur de eodem, excipiet,quòd non potest eum sup
eodem facto conuenire coram diuersis. supra capi-
41 tulo,ex tenore:& melius † est sic excipere,quàm de-
clinatoriam proponere,ꝙ non deliquit,vel contra-
xit in sua iurisdictione , & nec sententia super hoc p̃
judicaret primæ sententiæ,nec ex officio de malefi-
cio poterit iudex inquirere: quia officiũ locum non
42 habet,vbi est,qui accusat,vt hic. Sed quid si † cõstat
vbi commissum est maleficium, sed dicit accusatus
illum locum non esse iurisdictionis illius iudicis, co
ram quo accusatur, nunquid de hoc cognoscet iu-
dex.non videtur propter grande prejudicium , qđ
fieret vero iudici,saltim super possessione, quam p-
dit patiendo istum cognoscere.ff.de seruitut.quoti.
43 Si autem † constaret de possessione, cognosceret, q̃
est in possessione . Sed quando non constat, puniat
superior,ne remaneat impunitum maleficium , &
quia supplere debet subditorum suorum defectum
9.q.3.cum scimus,vide quod dicam de concess.præ-
bendæ:quia diuersitatem super verbo , donare, vel
differt,donec diffiniatur hæc quæstio de possessione
& iurisdictione,ar.3.q.vltima,si crimen,de testibus,
veniens. Alij dicunt,ꝙ isti iudices simul conueniãt,
vt iudicent, cuius sit iurisdictio.s̃.eo. pastoralis. hoc
non placet Innocen.quia illud loquitur,quando fi-
niri potest dubitatio ex litterarum inspectione, &
cum nulli prejudicatur in iurisdictione: vel secun-
dùm Innocẽtium fortè melius dicitur, ꝙ iudex, qui
negatur per accusatum possidere,de hoc cognoscet
& si sẽtẽtiauerit se possidere, & etiam si cognoscat
de principali,non fit alteri prejudicium ignoranti,
44 cum possessio † non perdatur sine animo, & ignо-
rans non habet animum amittendi.ff.de acquiren-
da possessione,l.possideri.§.in amittẽda: vel melius
secundùm eum,licèt iudex iudicet,quòd spectat ad
eum cognoscere de maleficio , vel contractu in tali
loco cõmisso: quia de sua iurisdictione est, per hoc
nõ fit ꝓiudiciũ nisi partibus,& licet cognoscat alius
non perdit possessionem , vel iurisdictionem : quia
res inter alios acta,& cætera.Item licet turbet posses
sionem,alius eam non perdit , nisi eijceretur de to-
ta per modum notatum de capel.mona.dilectus,&
ibi dicam in gl.intelligas, & infra de postula. bonæ.
2.super.3.glo. & de seruis non ordi.c.2. super glo. 2.
licet enim de una,vel pluribus causis cognoscat,nõ
extenditur hæc iniusta possessio, nisi ad causas,de q̃
bus cognoscit.ff. de acquirẽda possessione , quod in
eo.§.finali.& contra hunc intentandum est interdi
45 ctum,†vti possidetis,nõ vnde vi.j. de probatio. licet
secundùm Inn. Quæro secundùm Inn. & Compost.
an contra rescriptum possit opponi,ꝙ iudex,vel im-
n petrator est infamis,n, criminosus,vel homicida? di-
cunt tales exceptiones nõ admitti contra rescriptũ:
o non dicunt exceptionem infamiæ o non compete-
re contra delegatum, sed non competere per viam
surreptionis contra rescriptum. vnde subdunt, quã-
uis si papæ dictum fuisset,non dedisset iudicem infa
46 mem.nam tales † exceptiones sunt declinatoriæ,de
quibus in rescripto non est necesse fieri mentionẽ,
& quæ non contingunt processum negocij:vel cau-
sam principalem ; licèt interdum etiam tales , quæ
non contingunt principale,vel processum, admittã
tur contra rescriptum,vt si dicatur per excommuni
catum, vel pro excommunicato obtentum , vel fal-
sum, vel surreptitium , vel ꝙ impetrator renũciauit
litteris impetratis,& impetrandis non de cõi cõsen
su.j.c.ex parte , vel ꝙ litteræ nimis sint generales, s̃.
47 eo.ad hæc.Quærit Cõpo. procurator † contradicẽs
litteris ꝓsensit in iudicem cum impetrante, nunqd
dñs põt contra rescriptũ obiicere de veri suppressio
ne,vel falsi suggestione,vel de aliis exceptionibus.vi
det ꝙ non,arg.de cã possess. cum olim. ipse tenet, ꝙ
potest,dicens,ꝙ consensus ꝓcu. valet ad impedien-
dam recusationẽ iudicis,vt in præalleg.c.non tamẽ
ad hoc,ꝙ impediat dñs per id contra rescriptum ex
ceptiones proponere , quas forsan procura.ignora-
nit,& vide in spec.de rescrip.præsen.§. ratione defe-
48 ctus,in fi.Sed quid de † dilatorijs soluendi, vel faciẽ
di.dicit Inno. quòd non debent proponi contra re-
scriptum,nec ad declinandum forum , sed ad diffe-
rendam intentionem actoris , vnde per litteras pro-
ceditur post tempus moratoriæ dilationis,vel prius
agitur,licet so.differatur.C.de prob.ad probationẽ,
nec facit quod dicam.j.de resti.in inte.coram,in vl.
glo.

49 gl.Sed nunquid sunt aliquæ † peremptorię, quæ op
ponantur contra rescriptum:dic ꝙ sic, quando peri
munt gratiam,& rescriptum, vt dixi.s̃.eod.constitu-
tus,& dicam de lit.contesta.c.i.libro sexto.Quedam
alia hic nota.per Compo.scribam.j. capitulo ad au
dientiam,super fi.vlti.gloss.

ADDITIONES.

a ¶Vbi dicam.Et per Io.An. de clande.de spon.in spec.super ru
brica,& per Bar.in l. 2.C.si contra ius vel vti.pu.adde, ꝙ est in
ver.quomodo,& quando istæ exceptiones &c.in vlti.colũ.vbi
Bar.dat practicam proponendi exce.mendaciorum adde etiã
d.Inn.in c.cæterùm, & in c.auditis , & melius, in c.cum dile-
cta,de rescrip.quem alle.Bar.vbi.s̃.in v.col. Et multa alia pul-
chra circa prædicta,& alias remissiones vide per d.Alex.in d.
l.in dicto ver.supra allegato,quẽ vide: & licet doct. in d.l.2.s̃.
alle.variè loquantur an opponens surreptionem debeat illam
probare,an verò obtinens rescriptum,vide licet impetrans de-
beat probare vera esse omnia,quæ narrat,vide pulchrum con-
silium domini Pe.de Anc.nu.31.post per mediam co.vide etiã
plene per d.Bal.in d.l.2.C.si contra ius,vel vti.pu. in exceptio
ne in pluribus exemplis ibi pulchrè adductis per eum,& ad-
de,ꝙ dictum consilium d.Pe.est in ordine meo,qui est impres
sus.33.& vide etiam de hoc.34.q.2.c.dicenti.§. uniuersa,vbi
est canonizata.d.l.2.s̃.alleg.& melius per Albe.de Rosin d.l.
2.qui recitando lec.anti.dicit,ꝙ ista excep.tu impetrasti rescri
ptum per mendacium est excep. peremptoria, & non impedit
litem contes. quam.l.2. ipse Albericus dicit esse canonizatam
cum l.se.25.q.2.c.præscriptione & c.se.& quæ ibi no.in gloss.
per Arch.qui dominus Albe.in d.l.multa pulchra dicit in hac
materia,& non fru.allega.a moder.supra.

b ¶Tenet.Vide Pau.de Ca.consi.89.inci.super eo, qđ quæritur,
& vide Iaso.Ma.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.
procon.& leg.

c ¶Dilectus. Sed an possit cognoscere de non iurisdictione dele
gantis,vide per Bal.in l.j.& in l.si militaris.C.si a non compe.
iudi.adde tu.d.Saly.in d.l.j.& 2.supra alleg.qui referen.Bald.
tenet idem,& per pulchra verba.

d ¶Casus.Vide etiam in materia aliquid per Ludo.Ro.in consi.
362.incipi.non video causam,&c.

e ¶Rescriptum.Adde,ꝙ licet ista gl. dicat etiam de statuto iura-
to debere fieri mentionem in rescripto , ex ea colligit hic do.
An.Barba. Quòd in generali expressione statutorum nõ com
prehenduntur statuta iurata, & dicit ponderan. esse gl. multũ
singulariter in cle.dudum.§.pe.in ver.pacto,de sepulc. ꝙ non
veniant pacta iurata, tamen allegat gl.in d.c. cum non deceat,
quæ tamen loquitur, dicit ipse,in statuto iurato,& licèt cõmu-
niter omnes doc.reputent illam gl.in d.c.constitutus,esse vni-
cam,& singularem,tamen dicit ipse,hic est glo .originaria,quã
adde ad d.capitulum,constitutus, ita dicit hic in 40.col.

f ¶Simplicitas.Vide in l.2.C.de in ius vo.per dominum Bar.de
Salyce. adde d.Albe.in d.l.2.qui allegat hoc capitulum, super
litteris.

g ¶Consentiebat.Pro hoc etiam facit, qđ no.de contractu dolo
facto,qui est nullus decepto volente, aliàs non, prout nota. in
gl.in l.eleganter.ff.de dolo,& in l.si dolo.C. de rescin. vendit.
& vtrobique per docto.

h ¶Filio.ff.de iniust.Adde Bart.ibi in 13.col.in versiculo,oppo.
insti.de exhære.liber.vbi d.Bar. dat contrarias concor. ad illã
gl.in d.l.filio,quæ faciunt ad opi.Ioan.An.hic,adde ꝙ a præto
ribus milite ignorante non potest nullum approbari testamen
tum, vt hic dicitur in pagano , qđ reputat mirabile dominus
Bald.in l.si cum vel in vtero.C. de testa.mili.vbi dicit hoc esse
nouum,licet dom.Alex. in d.l.si cum vel in utero, idem putet
forte esse in pagano,qđ no.ꝙ idem tenet Pau. de Castro in d.l.
si cum vel in vtero,licet.d.Ang.teneat ibi contra,quæ omnino
plenè videas per do. Alex. in d.l.si cum vel in vtero, in 2. col.

i Dolum.Ibi vide gl.& do.quibus adde dicta per Ioan. And. &
doc.in c.ex parte.s̃.eo.& ibi vide gl.in ver.constitutus.nã do-
lus probatur,& præsumitur ex perspicuis indicijs.quibus ad-
de,ꝙ dolus habet quandoque latiorem interpretationem,ali-
quando mitiorem,vt colligit.l. si seruus communis.§. ꝙ non,
& melius.in §.seq.ff.de fur.per Raph.in l.si fideiussor,in prin.
ff.de mi.ꝙ autem culpa dolo proxi.sit dolus,tex.videtur aper
tus in l.j.§.j.ibi,si culpa dolo.&c.ff.si quis te.lib.esse iuf.fue.&
quis & qualis debet esse dolus,vt reuocetur actus, vide But.in
c.cum dilectus,de his,quæ vi,me.ve.ca.fi.

K ¶Homo.adde hic vnum notabile dictum Bal,relatum per d.
Iasonem in auct.iubemus.C. de iudi.dum vult, ꝙ rescriptum
obreptitium nocet,etiam si esset sanctus,qui impetrauit.

l ¶Iurisdictionis.Sed ad hoc facit,qđ no.Imo.de dila. præterea,
de eo,qui nullo modo iudex erat,ꝙ citatus comparere nõ te-
netur.Sed tamen contra hoc facit tex.in c. ex parte decani.j.
eo.vbi ille omnino nullam iurisdictionem habebat: quia im
petratæ apparent literæ reuocatoriæ: tamen ibi , quia dubita-
tur de nullitate,valuit processus,& pronunciatio,qua pronun-
ciauit se competentem.Sic etiam dicimus in hoc dicto:potest
responderi,ꝙ ideo,quia hic non habuit istud rescriptũ falsum
primordium veritatis;ibi verò habuit: quia emanauit fałtẽ de
cancellaria.facit dictum Lapi alias Io.Mo.j.eo.c.j.li.6. de ex-
communicato rescriptum impetrante, de quo tamen dubita-
tur,ꝙ iudex potest cognoscere de eo.Bal.

m ¶Contentio.Vide do.Baptistam de sancto Seuerino in repet.
l.j.C.de sum.trini.& fi.ca.

n ¶Est infamis. Vide duasnotabiles decisiones, quas ponit De-
cius in l.causas.C. de transac.

o ¶Infamiæ. Adde an de talibus exceptionibus poterit cogno-
scere iudex,& sic an sua sit iurisdictio, vltra Bal. & alios doct.
vide.d.An.Bar.hic vbi vltra do.enumerat omnes casus,in qui
bus iudex possit super talibus exceptionibus pronunciare,& in
quibus sua non sit iurisdictio,quos vide hic enumeratos in 41
42.43.& 44.col.quem vide,vbi multa peregrina & bene dige-
sta inuenies per x.col.

SVMMARIVM.

1 *Abbas in causa monasterij conuenitur ex rescripto non faciẽte mentionem conuentus,nisi res omnino sic discreta.*
2 *Diuisio decretalis.*
3 *De prælato priore, Episcopo , Rectore,gubernatore, commendatario ecclesiæ, & in rescripto,quando sit mentio facienda, & nu.4.5.*
5 *Principalioris mentionem facere sufficit sacerdotis.*
6 *Conuentus,Concilij,Synodi, & cætus etymologię , quæ remiss.*
7 *Rationabilis causa dicitur,quæ sit in iure scripta.*
8 *Prælati,& clerici ad quædam tenentur,quædam eis licèt, quædam prohibentur.*
9 *Diuisa seu discreta bona dicuntur diuisa administratione, & numero 10.*
De cõibus bonis quis cogitur respondere pro parte sua,ibidem.
10 *Discretum quod dicatur,& nu.9.*
11 *Diuisio , vel coniunctio quando possit fieri in collegijs. siue monasterijs.*
12 *Epilogus,suffragium,glossarum.& nu.13.*
In ecclesiæ item pupilli causis quis conueniatur,& nu.24.
Legatum sub conditione,si in patris,dominiue potestate mansisset,patri,dominoue legatum uidetur. idem ,si seruo fiat.
14 *Supplementum glossarum,& nu.seq.*
15 *Monacus,cui commissa sit administratio & quæ agere possit.*
16 *Clericus secularis potest agere per præbẽda sua nomine suo,sed melius nomine præbendæ.*
17 *Agere potest,& conueniri quicunque habet administrationem sine alterius consensu,& respondetur iuribus. quæ videntur obstare nu.18.uide nu.19.20.*
19 *Episcopus generalem et perpetuum procuratorem , qui omnia cõmuniter negocia ecclesię gerat,facere de consensu capituli debet,& idem in arduis,consuetudo tamen in his. vel consilio attenditur.nu.20.*
fecit omnia vt canonicus.ĵ.ti.j.Cumana,& c.in gene-
ſi,de præb.dilecto,de regulari.vidua.Secus, ſi is,
f cui fit præiudicium hoc ignoraret;quia tunc nullū
ius acquireretur.ff.de acqui.poſ.clam poſſidere.f§.
fina.Sed quando hæc ſcit & patitur,ſibi præiudicat
niſi ſibi prouiderit,ſecundùm quòd no.ĵ.de reſt. in
inte.c.2.& vide de capel.mona.dilectus,& quod ibi
dicam in glo. intelligas. Et quòd de ſcientia eius
18 præiudicatur,hic dicitur,non † ob.C.de præſc.lon-
tem.l.fi.ad fi.quia de corporalibus loquitur, vt no.
C.de ſerui.l.2.in 1.gl.ſecūdùm Azo. & ibi vide Cy.
in 6.& 7.q.hoc autem,quòd intēdebat vti iure ſuo,
& quòd aduerſarius ſuus hoc ſciebat, & alia ſupe-
riora ex qualitate perſonarum,& actuum, atq; fre
quentia,& modo petendi,& exercendi, & aliis cir-
cunſtantiis arbitrabitur bonus iudex; & his penſa-
tis refundet in alterutrum onus probādi ſecūdùm
Inn.arg.in eo,quod legitur & no.ĵ.d̄ teſtibus,præte
19 rea.§.fi.& c.in noſtra.Quantum †autem ad acqui
ſitionem poſſeſſionis nō eſt neceſſe, q̄ intendat vti
quis iure ſuo,cum & predo ipſam acquirat.ĵ.de re
ſti.ſpo.in literis,ſecundùm Inn.vbi de hoc.hoc ve
rum ſecundùm Hoſ.ſaluis beneficiis,vt patet in eo
quod no.ĵ.de clericis pere.c fi.ĵ.de conceſ.præb.cū
noſtris,§.auditor. Sed neceſſarium eſt quantum ad
præſcribendum ſecundùm Inn.vt no.ĵ. de præſcri.
20 ſi diligenti.Hoc † autem intelligitur in præiudiciū
alterius fieri,etiam ſi ſolummodò poſſidebat, vel
quaſi. Multo fortius ergo, ſi dominus ſit,vel loco
domini habeatur, vt ſunt canonici quantùm ad i'
eligendi. tales autem non poſſent acquirere ſeruī-
tutem,ſicut nec dominus ī re ſua; quia propria res
nemini ſeruit.ff.de ſerui.vrba. prædio.in re cōmu
ni,ſic canonici quò ad ius eligendi, ſed eo ipſo ha-
bent ius,quòd ſunt canonici.ĵ.de præben.relatum,
& ſic habent poteſtatem eligendi , ſicut & domin'
poteſtatem eundi per fundum ſuum ſine alia ſerui
21 tute caſuali . vbi † autem dominus non poſſideret
fundum ſuum , videtur quòd poſſet acquiri etiam
domino ignorante poſſeſſio ſeruitutis;quia ex quo
non poſſidet,non poteſt ei fieri præiudicium ſuper
poſſeſſione.Dicunt etiam aliqui non improbabili
ter, quòd aliud eſt in domino quò ad proprietatē,
quæ ab eo īſeparabilis eſt, & ideò ſemper habet po
teſtatem eundi: aliud in canonicis quò ad ius eligē
di,quod ab eis ſeparabile,& penes alios,non penes
g canonicos g conſiſtit, vt patet in eo,quod legitur &
no.ĵ.de reſtitu.in integr. capit.2.ĵ.de ver. ſi.abbate.
22 quòd ſi plures ſunt,quibus fiat præiudicium, †ſciē-
tia omnium requiritur, vt.ff.de ſerui.ruſtic. prædio
rum,per fundum , niſi eſſent iura adeò ſeparata,
quòd vni poſſet præiudicari, & alii non. verbi gra-
tia, coniuncta ſunt in eadem parochia iuriſdictio
epiſcopi,& plebani ſui, vt no.ĵ.de off.or.cum ab ec
cleſiarum,& plenius in c.conquerente,vbi vide in
gl.per hoc.ſi quis igitur in illa eccleſia vtranque iu
riſdictionem.ſ.epiſcopalem, & plebanalem acqui-
rere vellet,vtriuſque ſcientia requireretur. Si verò
ſolam plebanalem, ſufficeret ſcientia plebani,quā
uis epiſcopus hoc ignoraret , dummodò epiſcopo
non præiudicaretur.Idem in ſimilibus, puta aliqs
intrat poſſeſſionem rectorię, vel præbendæ, quam
alius poſſidet,non intendens acquirere ius eligēdi.
hic.n.non requiritur ſcientia aliorum,ad quos ſpe-
ctat electio: ſed ſufficit , quòd poſſeſſor eccleſiæ
hoc ſciat; & ſi eccleſia vacaret, nullius ſcientia re-
quiri-

quiritur.Sed tamē contra inuadentem eſſe poterit
offm iudicis, & vel condictio ex l.illa. C.vñ vi, cum
quæritur.Alij dicunt & melius,quòd eccleſia vacā-
te requiritur ſcientia illius,qui habet cuſtodiam ec
cleſiæ,arg.ĵ.de ap.bonæ.ĵ.de inſtitu.cum veniſſent.
xij.q.ij.non liceat, ſm Inn.imò & requiritur ſciētia
epi.ĵ.de renun.admonet.ĵ.de cle.pere.c.fi,ĵ.de inſt.
23 ex frequentibus. Contra † papæ verò iuriſdictionē
ſpūalem, & plenitudinem poteſtatis nullus poteſt
acquirere ēt poſſeſſionem,q̄ ei præiudicet : tum qa
à Deo eſt hæc poteſtas, & ideò immutabilis &c. vni
uerſalis.ĵ. de iudicijs , nouit.§.j.ver.cum.n. & vide
quod no. xvij.di. §.hinc etiam , poſt prin.tum quia
contra obedientiam nō præſcribitur.ĵ.de preſcrip.
cum nō liceat.Spiritualia verò iura, & temporalia
contra ipſum præſcribi poſſunt.ĵ.de præſcri. ad au
24 dientiam.& eodem † modo papa,ſicut alius, vten-
do iure alterius præſcribere pōt: ſed vtendo ex ple-
nitudine ptātis nec poſſeſſionem quærit, nec pre-
ſcribit ſm Inn.vide q̄ no.xvj.q.4. volumus. Sed ſi
25 papa†dat ex plenitudine ptātis ſciēter aliqua ſpūa-
lia,ſicut ſunt decimæ,vel eccleſiæ ad alium pertinē
tes,plenū ius conſequitur donatarius, & poteſt ea
percipere,ſicut & papa poſſet,qui ei dedit.vbi verò
papa dat ignoranter rem alterius,non transfert do
minium,ſed poſſeſſionem tantùm.ff. de acquiren.
h rerum dominio,ſi procura.[h] præſcribit tñ recipiēs:
quia habet iuſtum titulū, dummodò habeat bonā
fidem.ĵ.de præſcrip.ſi diligenti,ſm Inno.& Hoſtiē.
26 [*& ibi,vt Proteſtetur*] ſ. q̄ gratiam † facere intendit,
& ſic non acquiretur poſſeſſio ꝯ ipſum.ff.de precā-
rio,q precario.imò ſi prius poſſidebat,deſinit poſſi
dere.ff.de acq.poſ.ſi quis añ.ff.de precario,ſi is, qui
27 pro poſſeſſore.Sed quęrit † Inno.& poſt ipſum mo
derni,q habeat probare, an qui dicit ſe iuſtè poſſi-
dere,an alius dicens ipſum poſſidere p̄cario?diſtin
guunt quidam inter corporalia,& incorporalia . In
incorporalibus,vt ſi quis canonicus dicat ſe in poſ-
ſeſſione eligendi,probabit,quòd poſſeſſio non ſit p̄
caria priuſquàm reſtituatur.ff. ſi ſerui. vind.ſi quis
diuturno . Nam ad canonicos de iure cōmuni ſpe-
ctat.ĵ.de elec.c.j.ĵ. de cauſa poſ.cum eccleſia: circa
corporalia verò,q dicit p̄cariū ꝓbare dēt,nec dēt ip
ſam, qui ſe dicit dñm, propria auctoritate inuade-
re.C.de rei vindi.l.fi.C.de Iudæis.l.nullus.C. vnā vi,
ſi quis in tantam, & per negationem fit res dubia.
C.quibus ad liber.procla.nō licet l.3.hinc eſt;quòd
28 †colonus , qui habet precariam poſſeſſionem tan-
tùm,interdictum,vnde vi, intentat.ff. de vi & vi ar-
ma.colonus,& l.cum fundum.Alij dicunt,quòd ſi
i quis petat reſtitui ī vel per interdictum, vnde vi, vel
per condictionem ex decr.querelam, de electione,
fit reſtō hoc ſolo probato,quòd erat in poſſeſſione
facti,quando fuit ejectus.ff.de vi & vi arma.l.j.§. in
ter.dictum,nec tenetur probare ſe non vi, non clā,
non precariò poſſidere: imò nec de crimine, nec de
proprietate refertur ſibi quæſtio, de reſti.ſpo. in li-
teris,& c.item cum quis.ff.de vi & vi arma.l.j.§.q a
me,& l.Fulcinius. ſi tñ excipitur, q̄ precariò poſſi-
det ab illo, à quo petit reſtitui , admitteretur exce-
ptio,qua probata patet, q̄ licet cōcedenti precariū
reuocare.ĵ.de prēcario.ca.2.ff.de precario.l.2.&l.q
præcario.Item ſibi licet de violentia ſibi facta qōnē
referre.ĵ.de or.cogni.c.fi.nec ob.ff.ſi ſerui.vind.ſiqs
diuturno:quia loquitur de intentante confeſſoriā,
in qua petens habet neceſſe docere de iure ſuo; ſi-
cut & ĵ.de cā poſ.cum eccleſia;& idē, vbi agitur de
interdicto,vti poſ.ff.vti poſ.l.j.& hæc vltima opi.pla
cet Inn.& Hoſ.q̄ aliis hic no.q Inn.remittit ĵ.ē ind.
examinata,de cauſa poſ.cum eccleſia,& c.paſtora-
lis.Pe.& Abb.hic ſimpliciter dicunt, q̄ q allegat p̄-
cariā, vel grām, dēt hoc ꝓbare q̄ dec.cū veniſſent, ā
inſ.nam ibi docebat archiep's ſe perſonaliter cōcef
ſiſſe,& niſi probet perſonalē cōceſſionē,& ſic grām
obtinet archidi.¶In gl.de mō,ibi,an ſit idone' & ā
ptrouerſia ſopita, Lau.¶In gl.ar,q̄ ibi,[*Ghiaſio*]in fi.
vbi de hoc,& 14.q.1.c.i.&ĵ.de præſcr.c.vl.in gl.fi.&
29 34.q.2.ſi virgo.& bene facit.ff.de reg.iu.non † vī rē
amittere,cuius ,ppria non fuit[*& ibi,Cum me abſente*]
tutius putarē, q̄ cōicato ꝓſilio capituli rē reſtitue-
ret,Goſ.& ſi capitulū non cōſentit,dicat,mūd' ego
&c. aliàs parum intereſt,an per ſe,vel per alium fa-
ciat,de pecu.c. pe. nec ēt nomine eccleſię dēt calū-
niari,ar.C.de aduocatis fiſci.l.penul.nec ꝯ cōſcientiā agere,de ſcruti.c.vno ſm Hoſ.& Inn. ſm Io. & ĵ.
de reg.iu.mutare,li.vj.¶In gl.ideo dicit,ibi[*Et ideò
temere*]dicunt moderni,q̄ fuit temeritas in eo,q̄ id,
q̄ fecerant cōiter,ſinguli reuocabāt.facit.ĵ.de reg.
iu.c.j.cū ꝓcor.& ff.de ſerui.ruſti. p̄diꝰ.tria prædia., &
q̄ ibi nō.in vlt.gl.vel quia certā formā habebāt ad
30 reuocādū,quā nō ſeruabāt:qa per l'raſt'nō poterāt
ꝓſenſus reuocari , niſi in cōi,vel ſaltem maior pars
k ꝓcordet in reuocādo;quo caſu vident oēs id k face-
re.ff.ad municipa.q̄ maior, & de his, quæ fi.à ma-
31 parte.c.j.Sed eſto,† q̄ alii nō curēt cōſcientias ſuas
ſaluare,vel mandatum apſicum adimplere, nūqd
alii in malo debent illos ſeq; abſit, reſpō.Inn.q̄ iſti
non ſaluabunt ꝓſcientias, cum ēt ſecundā poſtula-
tionē fecerint irreq̄ſitis ſuffraganeis;vñ non ex diſſi
dētia,ſed ex inconſtantia vident hęc feciſſe: vel ſm
ipſum Hoſ.Cōp.fuit rō, quia certa forma data fuit
in recedendo, quam neceſſe fuit ſeruari, Itē nec eſt
ſemp verū, q̄ mādatū papæ factū collegio vn' dēat
adimplere;uñ ſi papa mandat capitulo,q̄ aliquē re
cipiāt in canonicū, nūqd vnus teneāt illū recipere ſi-
ne alijs,& eā capitulū:nō tū qa ſibi nō ſcribāt.12.q.
2. q manumittit : tū qa nec valeret receptio p ipſū
ſolū,vel ēt plures ſingulares facta nō in cōi, ſed eā
capitulū.ĵ.ti.j.qa pp.lxiiii.di.c.1.& 2.et no.de ꝓſt.cū
oēs,ſm Inn.q̄ intelligit Hoſ.niſi ius capituli recidiſ
ſet in vnū, de hoc.ſ.de reſc.eā te: vel qa omnes alii
mortui ſunt.ff.q̄d cuiuſque vniuerſi.ſicut,ſiue quia
ſunt negligētes,& inobedientes, vt ſi nil oſtendunt
rōnabile , quare non debeat adimplere mandatū.
32 ĵ.de his, quæ fiunt à maio.parte cā.c.i.vt aūt † evi-
denter appareat negligētiā,aſſignādus eſſet per exe
cutorem,ſi quis eſt,vel per ordinariū,vbi deeſt exe-
cutor ad hoc de offi.or.ſignificauit terminus.ĵ. quē
recipiant , vel iuſtam cām contradictionis oñdant.
ĵ.de conceſ.præb.ſi capitulū, li.6.& hoc cāu vn' nō
vt ſingularis,ſed vt capitulū talē reciperet. Dicit āt
Inn.q̄ qū papa contulit præbendā,quilibet poterit
illū recipere,cum iam ſit illi plēnū ius quæſitū ; ad
q̄ facit de accu.accedēs,& de hoc.ſ.de reſcr.eā te,
33 vbi vide ſup gl.ar.q̄ Sed†q̄d ſi capitulū ꝓſenſerit ali
cui ꝯctui, nunqd poſſunt poſtea ſinguli reſilire?nō:
qa nec capitulū poſſet ſecundū eos.remittit.ĵ.ti. i.
l noſtri. Quid ſi canonici ſ'ptituerunt procuratorē,
nunqd ſinguli poſſunt tale mandatū reuocare? dic
q̄ nō, ſi tanq̄ capitulū hoc fecerūt , niſi id facerent
oēs,vel maior pars tanq̄ capitulū.ĵ.tit. i. in cauſis ,
& vide q̄d ibi dixi ſup gl. ergo ſi.ff. ad municipa. q̄d
maior.Ipſe Inn.vī tenere ꝯrium de prælato, vt ſcri-
m pſi de teſtibus, pūtium,li.6. [m] in prin.Si verò id fe-
ciſſent tanq̄ ſingulares in cā forſan,vel negocio eis
cōi, re integra hoc poſſent,inſti.mandati.§.rectè,&
ēt re non integra,dūmodò illis ꝓſentiat procu.licet
ſotii diſſentiant.ĵ.de procur.c.2.li.6.Si tamen feciſ-
ſent ſocietatē, vt traditur.ff.pro ſocio.l.v.& ſe.reuo
n cans obligaret ſocio ad intereſſe [n] ff.pro ſocio,ſi ꝓ-
uenerit,&l.ſe.ſm eos.¶In ea gl.[*in fi.*] ſm Io.facit
q̄d no.ĵ.ti.ꝓximo,licet,in fi.¶In gl.idē eſſet,ibi,[*ap-
pareat*]

pareret]antequã fiat electio ſm quoſdã, qđ Hoſt.dicit verũ,ſi vtraq; pars ꝓſentiat; aliter curret tps nõ
34 eligentibus.ſ.ti.j.ne prò defectu.nec†obſtat,ſi dicis eos non eſſe in mora, ex quo alij agunt: quia aut ſunt in poſſeſſione,& tunc non ſunt expellẽdi: aut nõ ſunt;& tunc collegium de iure cõi dẽt eligere, nõ expectata ſnĩa;& in fine patebit,qd iuris, ꝺ hoc de reſt.in inte.c.2.Eſt.n.mora periculoſa in electionibus;& ideò per hoc non differatur electio ſ. tit.j. cum inter vniuerſas.¶ In gl.[*ſi nondum,ibi,ſupra c.proxi.*]Ioã.præterea quidam † ex eis variauerunt, & iã miſerant nuntium ad papam pro Quinqueeccleſien.vnde non licuit procedere ad aliam, illa non caſſata,Ioan.& Phi.[*& ibi,Conſentirent*]non tamẽ eo
35 mõ.quo debuerunt,vt dixi ſuper glo. ideò dicit ſm Ho.q dicit,ꝙ illud,qđ medio tpe fuit factũ.ſ.habit⁹ ſuffraganeorũ conſenſus non retractatur, imò approbatur.ſ.§.fi.Innouatio autem non fuit facta añ,
36 ſed poſt mandatum ſuſceptum [*& in fi.*]dicit † Hoſtien.quòd neutra erat approbanda poſtulatio, de Coloce.innouata non:quia non erat mandatum, quòd innouarent, ſed per poſtulationem concordem prouiderent,& ipſi innouarunt, non poſtularũt;ad hoc de electione,innotuit,ad fi & c.bonæ.2. de transla. 2. in fin. & etiam innouatio non fuit concors:qa vnus ex ſuffraganeis non erat ad cõcordiam reuocatus.Idem Compo.nec omnes canonici interfuerunt, & ſic innouantes non ſeruarunt ſm mandatum,poſt cuius receptionem ad innouationem proceſſerunt auctoritate primi: quod tñ ꝓ ſecundum reuocatum videbatur;quod ſi nõ eſſet, ẽt contra formam primi ꝓceſſerunt:quia inxta primum oportebat omnes ſuffraganeos & omnes canonicos cõſentire.poſtulatio verò Quinqueeccle. multominus approbãda erat eadẽ ratione; quia ꝺ formam mandati, & quia per minorẽ partẽ. ¶ In gl.[*ar.quòd,in fi.*] &lxiij.di.c.i.& c.auditis,vbi de hoc dixit,Abb.primum verum, quando ab initio facta eſt electio à maiori parte, vt in c.quòd ſicut?ſecus, ſi ab initio à minori ſit facta, vt in c.auditis.ad l.per fundum,reſpon.vt no.de conſti.cum omnes,in prima gl.¶ In gl.vlt.ibi [*Inueniet*] dic quòd nullum inueniet, vt dicam infrà de vſu palij, ad hoc [*& in fi.*] Ioan.& de hoc.c.vlt.

ADDITIONES.

a ¶Procuratorem.Secus in procura.dato ad confirmationem petendã: quia illa non tenet,etiam ſi reuocatio ad procuratorem non veniat, vt no.Pau.in Cle.i.infra de renun.facit de procur.c.fi.in fi.li.6.

b ¶Admittitur.vide do. Alex. in l.3.§.fi rem,in princi.2.colum.ff.de acpoſſ.& idem Alex.in l.ſi altenam,in fi.2.colum.ff.ſolu.ma. vbi tamen melius declarat.

c ¶Suo. vide Pau.de Ca.in l.item.ff.de ſeruit.ru. prædio.& vide Alberi.de Ro.in l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vindi.

d ¶Amit.ibi vide glo.& Bar. & plenius per ipſum in l.j.§.hoc interdicto.ff.de iti.actuque priua.

e ¶Facili.in illis autem actibus,in quibus prima facie eſſet contra vtentem præſumptio, an proſit vtenti proteſtatio actualis coram aliquibus,quòd intendit vti iure ſuo,Inn.hic quòd non: quia per hoc appareret de mala fide,quod tamen hic non ponit Ioan. And.

f ¶Poſſidere. Vide Bar.in l.1.§.hoc interdicto,ff.de iti.actuque priua.

g ¶Et 6.Et ibi,vide Bal.& Saly.& Bart.in l.quotiens.ff.de ſerui.

h ¶Cauonicos. Vide Io. And.in c.j.de cauſa poſſ.in gl.rei,& Bal.in l.2. C.de præſcrip.in v.q.

i ¶Procurato.Ibi vide Bar.& glo. in l.eius,qui in prouincia.ff.ſi cer.pe ta.& in l.ſi.ff.de offi.procura.& vtrobique per Bar.& vide Bal.in l.2. C.de ſerui.in vj.q.

k ¶Reſtitui.vide do.Philip.de Peruſio in diſputatione ſua, quæ incipit ex nobiliſſima vrbe Peruſina,colum.x.

l ¶Id. Pro hoc,quod no.Io. An.infra de ſtatu mona. in ſingulis, ſuper verſi.concor.contra hoc facit gl.in Cle.ne Romani.§.eo tamen proui ſo,ſuper ver.concorditer,& ibi Pau.& idem voluit gl.in c.cupientes, §.ad hæc,in verſi.concordem,& ibi vide de elec.li.6.& hoc modo poteſt dici in hoc fuiſſe temeritas propter formam mandati, & vide Bal.in l.ſi.in prin. C.de fideiuſ.

m ¶Canonici vide do.Iaſo.may.in l.maiorem.ff.de pactis.

n ¶Li.vi.Vide Cy.Bar.Baldum,& domin. Bart.de Saly.in l.neque. C. de procurato.& Bar.in l.actor,ff.rem ra.ha.& in l.item eorum.§.quòd ſi actor.ff.quod cuiuſque vni.no.& Bal.in l.2.C.de ſerui.in q.12.

o ¶Intereſſe.vide And.Barba.in conſilio xlvii. colum.ix.& con.xxv.volum.1.Imol.conſilii.xxix.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio dependet à gratia, ſiue in concordia,ſiue in diſcordia fiat.nu.2.*
2 *Præiudicari iuri,quod non eſt.non poteſt.*
3 *De poſtulatis cathedralium, vel regularium eccleſiarum quid tenendum,reijcit aliò.*
4 *Epilogus & additio gloſſarum,& nu.ſequen.*
Præſentato per patronum quando ius acquiritur,ibid.
6 *Electi, præſentati, & poſtulati diſcrepantia, in petenda admiſſione gratię, vel confirmatione.*

CAP. V.

1 POſtulationem. Caſus †Poſtulatio dependet à gratia;& habuiſti hoc c.ſ. ꝓxi.ver.nunciis [*Celebraſtis*]de archiepiſcopo Coloceñ.[*Huiuſmodi*] factam ſola voluntate, non vtilitate,vel neceſſitate eccleſiæ ſm Hoſt.Sed Pe.& Ab. dicunt pro nihilo poni hoc verbum:quia ſiue † in concordia,ſiue in diſcordia fiat poſtulatio,totum pendet ex gratia [*Præiudicio*]iuri.n. quod non eſt, præiudicari nõ
a poteſt a ad hoc ſ.de reſcriptis,paſtoralis [*Quod*]ſup. ſi poſtulationi veſtrę vultis inſtare,& ſuffraganei in ꝺictione perſiſtere, vt ſ.c. proximo [*Inſtructos*] hodie circa†poſtulatos cathedralium,vel regularium
3 eccleſiarum, quorum negocium deuoluit ad papã appellatio,vel immediata ſubiectio,tene quod habes.ſ.de electione,cupientes,li.6.§.pe.[*Quod iuſtum*] ſ.repellendo poſtulationem, ſi conſtiterit ſuffraganeos ius hr̃e,vel de gratia illam admittendo, ſi nõ
4 probauerint,quod intendunt ſm Ho.¶Prima †gl. quærit, & ſoluit. ¶ In prima gl.[*ibi l.i.§.penul.*] vide
5 ſ.c.bonę.i.ſuper 4.gl.¶ In prima † gl. ibi [*Iam ſit facta*] dicit Hoſtien.quòd hæc glo.eſt contra textum. nam hic & publicata erat, & præſentata poſtulatio,& tamen dicitur nullum ius acquiſitum,& vni
b uerſalis eſt negatiua. Sed gloſ. ſtatim reſpondet. b [*& in fi.*]vbi ergo patronus præſentaret alium,præ-
c ſentato c eſſet ius acquiſitum in tantum,quòd caſſaretur inſtitutio per epiſcopum de alio facta. 6. q.
6 fi.decernimus,de re iudi.cum Bertoldus,vnde † ſoleo dicere,quòd electus,qui iuri pleno innititur,ſuperbè vadit coram confirmatore,ſi confidit de idoneitate formę,& ſuæ perſonæ, & non deponens captium confirmationem petit,comminando, ꝙ ſi non fiat,ad ſuperiorem appellabit.præſentatus verò à laico deponit caputium, & ſe curuauit, quia gratiam petit expeditionis, dubitans,ne præſentãs adhuc alium præſentet. poſtulatus verò etiam genua flectit,tantam petit gratiam, vt patet per notata hic,& ſupra c.bonæ.j.

ADDITIONES.

a Poteſt.& facit, quia non entis nullæ ſunt qualitates l.eius qui in prouincia,cum ibi plenè no.per Pau.de Caſt.& moder.ff.ſi cer.pe.

b Reſpondet. Quia licet non ſit queſitum illi ius, non tamen oportet ab illa recedere.

c Præſentatio.Intellige gl.in patrono laico,qui poteſt variare per iura, quę allegat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poſtulandus eſt, non eligendus, & an nulli eccleſiæ alligatus eligi poſſet, num.2.nec conſenſum habet neque diſſenſum in his liberum;vnde in hoc æquiparatur monaco ibid.intelligitur autem de voluntariè conſecrato.*
3 *Rector quilibet de vna parochiali ad aliam transfertur etiam inuitus.*
4 *Poſtulandi qui ſint,& nu.8.9.10. quales debeant eſſe quidam nu.12.& à quo poſtulandi, eiſdem nu. & num.12. 13.14.*

§ *Laicus*

5 *Laicus poſtulatus ex ordinatione,& poſtulatione ius plenum illius beneficij, ad quod vocatus eſt, & ad quem titulum ordinabitur, & poſtulantes non eligentes eum poſtea ad quid tenebuntur,nu.7.*
6 *C.cum ad noſtram,& c.officij,de electio.intell.*
9 *Contra tributum duplex perſonale, & reale quando non ſapiat ſeruitutem. Reale ſoluunt Anglici eccleſiæ,& nu.8.*
13 *Diſpenſare non poſſunt inferiores prælati niſi in caſibus expræſſis in iure,& vbi exprimantur.*
15 *Epilogus,ſuffragium,& Additio gloſſarum,& nu.18.*
Annuli delatio in prælato uinculum oſtendit.nu.17.
18 *Poſtulationis,& electionis pronunciatio ab vno ſolo, & per verba ſingularis numeri facienda.*

CAP. VI.

a
1 TSi vnanimiter. a Cas⁹. † Epiſcopus poſtulãdus eſt,nõ eligẽdus. nõ diuidit[*Eligendum*] reſiſtebãt igitur hic ſibi velle,& poſſe,de officio dele.cũ ſuper, ſm Ho. [*Alligatus eccleſię*]ergo † epiſcopus eccleſiæ ligatus eligi poſſet, de hoc dicam.ſ.de renunci.poſt transla.ſuper glo.
2 2.[*Volatum*]neque conſenſum,vnde ſi poſtulatus ꝙ ſentiat, hoc ipſo tanquàm ambitioſus caſſatur in curia.Sed nec habet liberum diſſenſum.licet.n.ab initio nemo cogatur ẽpari præciſẽ, vnde nec cõfirmatur,niſi prius conſenſerit, de vna tamen eccleſia ad aliam etiam inuitus transfertur.7.q.i. ſcias. per quod dicit Hoſt.epiſcopum in hoc equiparari monaco.7.q.1.nolo, & capit.non dicatis.& ideò à principio caueat, ne ſic indiſſolubiliter eligetur,
b ar.C.de act.b & obl.ſicut in initio, quod intelligit de voluntariè conſecrato, vnde confirmatus non videtur iuuitus poſſe transferri, cum nec præciſè cõſecretur inuitus: vnde ſufficit,quòd cedat,ſi conſe crari non vult.ſ.de transla.c.2.ver.ſed neque;aliàs tamen ſine licentia papæ non cedit, vt ibi. Quili-
3 bet † tamen rector de vna parochiali ad aliam ẽt inuitus transfertur,de quo remittit Hoſti. de rerũ permutatione,quæſitum,& uide,quod dixi de prę bẽ.auaritiæ,& de renuncia.niſi.§.propter malitiã, in prin.[*Poſtulari*]Quæro,qui ſint † poſtulãdi? vr̃ qbuſdã ꝙ oẽs hi, qui non poſſunt ſine licentia alterius conſentire. Alijs vr̃, ꝙ oẽs hi, qui non poſſunt ſine ſuperioris licentia tranſire,& horũ vtrũq; falſum eſt: nam monacus non põt ꝓſentire ſine licentia ſui prælati,& tamen eligitur,niſi aliud ſit impedimentum,propter quod poſtuletur.ſ.de elect. quorundam,& c.ſ. ſit,& c.ſi religioſus,& c.nullus, vbi de hoc.Item clericus papæ,vel alteri immediatè ſubiectus non poſtulatur,immò eligitur,licet ſine ſuperioris licentia non tranſeat, & de hoc ī gl. Reſtat ergo dicere,ꝙ regularis doctrina in hoc dari non poteſt,ſed opus hoc ſciri per expreſſionem caſuum,vnde Inn.Hoſt.& Comp.hic expreſerunt de his certos caſus. Primus ī epiſcopo,vt hic,& iſte poſtulatur à papa ſolo,vt hic.Item poſtulatur patiens defectum ordinis,vt laicus, vel minoribus tãtum,de ętate,& qualitate,à multis.vel qui patitur defectum natalium.ſ.ti.j.innotuit:vel ætatis.ſ.ti.1. cum nobis olim.Item laicus.lxi.diſt.Oſius,& §.ſed aliud.lxx.di.primatus: ſed nullum pactum inter hoc interponendum eſt,lix.di.hoc ad nos.xvj.q.vlti.per laicos:ſed illa iura loquuntur in epiſcopo. ſed an in canonlcum põt laicus poſtulari, dic ꝙ ſic fortius,quàm in epm, ar.ſ.qui filii ſint legitimi, per venerabilẽ.nec obſtat, ꝙ ius canonicatus
c non cadit in laicum,c vt not.ſ.de conſt.cum.M.& patet.ſ.de inſt.c.2.quia multominus ius epiſcopale:tamen ad vtrunque poſtulabitur à ſeipſo,vt fiat
5 clericus,& poſtea † ex ordinatione,& poſtulatiõe admiſſa conſequitur ius plenum illius beneficij,
6 ad qđ eſt vocatus,nec † ob.ſ.ti.j.cũ ad noſtrã, & c. officii,quia illud eſt ſpeciale in eo,qui aſſumiturī abbatem,cuius poſtulatio ideò non valeat, quia primò probandus eſt,vt patet ex no.in præd.c.offi
7 cij.Et dixit Ioan.ſ.c.bonę.1. quòd † talis laicus ordinabitur ad titulum eccleſiæ,ad quam eſt poſtulatus,& ſi poſtea canonici non eligerent eum, tenerẽtur ei ad ſufficiens beneficium, de iure patro-
8 natus,poſtoralis. Item † poſtulatur, qui eſt alteri obligatus,nec habet liberum conſenſum,vt ſer⁹ à dño.liij.diſt.di.c.i.libertus à patrono,qui remittit obſequium in ipſo.c. di.quicunque,perpetuus colonus & aſcriptitius, vel quiuis obligatus cõditione ſeruili rõne perſonæ,de quibus nota.ſ. de iudæis,multorum.Secus,ſi ratione rei ſuæ tributum reddunt,ſicut Anglici,qui reddunt eccleſiæ tot đ-
d narios,quot ſunt capita, d non tamen † eſt tributũ
9 perſonale, ſed reale, quia ſi terram exeunt,liberi ſunt à tributo.liiij.di.ſi quis obligatus ſm Inno. Et quia ẽt ſm Hoſt.ex ſpeciali deuotione præſtãt hoc tributum, non eſt aſcribendum alicui ſeruituti, ar.ſ.de cenſi.ex parte,de natis ex libero ventre. ca-
10 vno.Item † obligatus ex publico officio,vel adminiſtratione poſtulatur ab illo,cui obligatus eſt, de hoc de obli.ad ratioci.ca.vno.Item affrictus curiæ & ioculator,li.di.c.j.ij.& iij.Item ad omnem dignitatem curatam poſtulandus eſt, qui non eſt in ſacris.ſ.ti.j.dudum.i.& c.cum in cunctis, de ætate & quali.præterea. Item neophiti,licet ſint in minoribus,poſtulandi ſunt à proprio epiſcopo. lviii.diſt. per totum,lxviii.di.quorum vices.Item filius à patre,ſi ſit in ipſius poteſtate.inf.ti.i.officii. Item habens defectum,qui ipſum reddit inhabilem ad eligendum,quod intelligit Hoſti.niſi tantus ſit defectus,qui oĩnò reddat inhabilem.talem putat in ſeculari non experto quò ad regularem prælaturã, & dic,vt inf.ti.i.cum cauſam,& c.officii,& c.cũ in magiſtrum,vel impotentem,vt in epileptico. inf. ti.i.cum inter canonicos,vel manu altera mutilato.inf.de cor.vici.expoſuiſti. de monaco ẽt hic tractant,an ſit poſtulandus,quod decido per notata inf.đ elec.nullus, li.6.Itẽ poſtulandus eſt omnis irregularis,ſicut natus illegitimè.inf.tit.i.innotuit, & à papa,cum quæritur de dignitatibus,vel beneficiis curatis,quod dic,vt.inf.de filiis presby. c.j.li. 6.Item infamis ſiue de iure.li.diſ.qui in aliquo. C. de infamibus.l.i. &.2.quæſt. 3.notandum,ſiue de facto.lxxxi.di.tantis,& C.de digni.l.3.li.xii.dicit tñ Comp.quòd ex quo defectus infamium procedit à crimine,poſtulatio ipſorum non valet, & poſtulantes eſſent eligendi & poſtulandi poteſtate pri-
e uati.ſ.e e.c.i.Item publicè pẽnitens,li.di.canones 55.di.pẽnitentes.Item qui fuerunt hæretici.i. q.7. conuenientibus, &§. ſequen.Item qui ſe abſcidit ſponte,vel ex neceſſitate.55.diſtin .ſi quis abſciderit,& capitulo ſequen.Item corpore vitiatus, vel membro deformis,etiam ſi caſu hoc acciderit, ſiue ſit natus ſic,quod dic vt no. inf.de cor.vici.c.fi. Item bigamus,uiduę,uel corruptæ maritus,quod dic ut inf.de bigamis. c.i.& ii.de cleri.ꝺiu.ſane.Itẽ homicida,de tempo.or.c.fi.l.di.miror.Item iudex aſſeſſor, aduocatus,ſcriptor, uel denunciator in cauſa ſanguinis.inf.ne cleri.uel.mona. ſententiã, li.đi.c.i.dummodo ſit inde ſecutũ homicidiũ, uel mutilatio mẽbri, ſeu grauis deformitas ibi, & 55. di.ſi euangelica.inf.de cle.pugn.in duello.c.i.& ii. & ibi de hoc.Item uexillifer belli,capitaneus,& q libet miles,li.di.c.i.& c.ſi quis poſt. Item chirugicus,cuius culpa mors eſt ſecuta,de hoc de homic. tua nos,& idem in medico,inf.de æta. & qualit.ad aures.Item omnis excommunicatus, & ſuſpẽſus, ut nota.

vt nota. ſ. ti. j. cū dilectus. Symoniacus, de ſymo. tā ta. Item intruſus per potentiā laicalem. ĵ. ti. i. quiſquis. Item minus literatus. ĵ. titu. j. dudum. & ĵ. de ætate & quali. c. pe. & vl. Itē falſarius papę. ĵ. de crimine falſi, ad falſariorum. Item conſenſus conuictus, vel ꝺdennatus de crimine, vt patet in eo, qđ legitur, & not. de cohabi. cleri. & mu. veſtra. ĵ. de tē po. or. c. fi. de teſti. c. fi. Item ſi nō ſit cōuictus, dum modò ſit crimē notorium & enorme. l. diſt. de his verò, & in prædictis iuribus. Itē qui pro quantocū que leui crimine & occulto ad monaſterium deſcenderit cauſa pœnitentiæ, vt legitur & not. de renunci. poſt translationem, ver. q̄q̄. Item celebrans excōmunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, vel in loco interdicto, vt. ĵ. de cleri. excom. mi. poſtulaſtis, & c. ſi celebrat. ĵ. ti. i. cum inter. R. Et generaliter omnes ſunt poſtulādi, qui nō poſſunt officiū ad qđ ꝓ monentur, exercere ſine diſpenſatione. Sed cōtra ĵ. tit. j. quia diligenti. So. ibi, dicimus autem prædi
11 ctos † poſtulandos, ſiue incurrant irregularitatem ex peccato, ſiue ſine peccato, dummodo pœnitētiā egerint, aliter ceſſaretur poſtulādo propter īdigni
12 tatem poſtulati. ſ. c. j. & ĵ. ti. j. ſcriptum. Et hi † oēs ab epiſcopis poſtulari poſſunt illis caſibus, quibus poſſunt diſpenſare in aliis poſtulabūtur a papa, qđ
13 dic, vt. ĵ. de iudi. at ſi clerici. Inferiores † aūt prælati diſpenſare non poſſunt, niſi in caſibus expreſſis in iure. ĵ. de ſen. exc. cū illorū, de eo, q̄ furti. ordi. rece. c. 2. vbi idem repetam. Item quādo quis in epiſcopum poſtulatur quacunq; de cauſa, forte ſemper poſtulabitur a papa. ſm Inn. dicit Hoſt. q̄ iſtud, ſor ſan eſt philoſophicum temperamentum, de hoc de ætate & quali. a multis, vbi dicam ſuper glo. ſic
14 olim. Item † intelligibilis eſt religioſus leges, vel phyſicam audiens. Etiā habens perſonatum, niſi deſtiterit. ĵ. duos menſes, quouſq; fuerit cum tali p papam diſpēſatum, qđ dic vt legitur & notatur, ne cleri. vel monachi, nō magno. c. ſuper ſpecula. Itē minori excōmunicatione ligatus, de clerico exc. mi-ſi celebrat. ſicut autem examinatur electio, ſic
15 & poſtulatio. infra de trāſl. licet. ¶ Prima † gloſ. ratione reddit. ſecūdò ponit alios quattuor poſtulandos, ſcilicet patientes defectum ordinis, ætatis, natalium, & laicos. de alienigenis tenet contrariū. finis recitatur per quæſtionem, an valeat poſtulatio de eligibi li. ¶ In prima † gl. [*ibi, in ambiguo*] vide de officio delega. cum ſup, ſuper vltima glo. ¶ In
16 17 †glo. j. [*ibi, in uinoribus*] ad quācunque dignitatem curatam aſſumatur ſm Hoſt. & Compo. vt dixi in
e tex. [c] [*& ibi, Poſtulantes*] vide de hoc, qđ dixi. ĵ. tit. 1. Publicato, ſuper vlt. gl. [*& ibi, Alligatus*] ad cuius vinculi oſtenſionem anulum defert [*& ibi, qui ſubſunt*] dic ꝙ tales eliguntur, vt. ĵ. de elec. ſi abbatem, lib. 6. [*& ibi. §. ſt. aliud, & 63. diſt. literas, & ibi, Eligimus, & Poſtulamus*] dic, ꝙ † ab vno ſolo, & per verba ſingula
18 ris numeri facienda eſt pronunciatio. ĵ. de re iudi. c. penul. lib. 6. [*& ibi, Quod agitur*] quod dic, vt infra eod. tit. c. vno, libro. 6.

ADDITIONES.

a ¶ Et ſi vnanimiter. Facit etiam. e. cum poſtris, de cōceſ. præb. Arc.
b ¶ De actio. Vide Ioā. An. in q. in Merc. in c. qđ ob gſam, ā re. iur. li. 6.
c ¶ Laicum. Vide in repe. rubricę. infra. de iure patro. in col. 16. per modernos, vbi multa habes de iſta materia.
d ¶ Quot ſunt capita. De iſta capitatione cenſus, vide Bar. in l. j. C. de mu. & in quo loco, libro. x. & tex. iu. l. ætatem. ff. de cenſi. & cui pōt ſponi, vide. l. i. C. de c. dimi. li. xi. & vide Bal. in l. 2. C. de ſeru. & aqua.
e Priuati. ſup. Vide gl. ſi. & ſup illa. Ioā. An. & inf. e. innotuit, ī loco ſuo.
f ¶ Vt dixi in tex. Vide Io. And. inf. eo. ti. dudum. inf. in gl. not. Vincen.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio ſiue diſpoſitio huius tituli cum ſuperiori.*
2 *De electi poteſtate cur ſit additum.*
3 *De materia rubricæ vbi alibi tradatur.*
4 *Prælatum ſibi eligit liberè collegium iure communi, cui iurì tamen derogatur per ius priuatum, & quando, & nu. 10.*
5 *Eligere poteſt, ſed non eligi excommunicatus minori.*
Electiones epiſcoporum non ſunt confirmandę in camera regia, ibid.
Epiſcopale uinculum diſſoluere non poteſt niſi papa. ibid.
Eligo & poſtulo, ſi dicatur, valet, ibid.
6 *Dignitates cathedralium eccleſiarum maiores poſt epiſcopū quibus prouidetur per electionem, legati non poſſunt conferre.*
Electionem fieri impedit litis pendentia, ibid.
Electio quomodo pronuncianda ibid. & ad eam admittitur excommunicatus, pendente probatione nullitatis, ibid.
8 *Ineligibilis violator interdicti.*
In electionum cauſis quomodo procedatur ibid.
9 *Eligant qui papam, & Imperatorem. Qui prælatos eccleſiarū collegiatarum nu. 10. & ſup. 4. Qui canonicos nu. 10.*
Qui prælatum in capella. nu. 11. quando eligere. 12.
Qui eligendi. 13. 14. & ſup. nu. 5. 8. Qua forma. 15. an eligentes poſſint præmittere. 16. de electorum confirmatione & cōfirmationis officio. 17. de electionis expenſis, ibid.
18 *Electi poteſtas quæ.*

¶ De electione, & electi poteſtate. Rubrica.

1 ¶ In tertia † ꝓpilatione ſequēs rubri. p̄cedebat iſtā. Et quia poſtulatio præambula eſt electioni. fit enī vt per eam ſublato impedimento inhabilis ad eli-
2 gēdum habilitetur, ideo &c. ſm Gof. Ex quo † aūt ponebat tractatum electionis, qa dubitari poſſet de poteſtate electorum, ne ſpecialem rubricam de hoc faceret, ſubmittit de electi poteſtate. Materia
3 †rubricæ tractatur. xx. di. & di. lx. cum tribus ſequē tibus, & lxxix. diſt. xviij. q. j. 2. & 3. per totum. Repetitur autem in ſexto, & in Clemen. ad materiam facit de conſue. cum dilectus, de poſtu. & cap. fi. & de æta. & quali. a multis, de ſortilegiis, eccleſia, & pa
4 tet per ſummationes ipſarum. Item † iuri cōi, quo ſolùm collegium ſibi liberè prælatum eligit, derogatur per ius priuatum, quo poteſt ad alium ꝓ ſio pertinere, de reſtit. in inte. c. ij. vel quo exnei ad electionem debent admitti, de cauſa poſ. cum ec eccleſia. vel quo de certo collegio debet fieri electio, de verbo. ſigni. abbate. Item excommunicat⁹
5 †minori eligere poteſt, ſed non eligi, de cleri. ex. ſi celebrat. Electiones epiſcoporum confirmandæ non ſunt in camera regia, de appel. qua fronte, in princi. & ex quo cōfirmati ſunt, ſolus papa vincu lum diſſoluere poteſt, de tranſac. c. 1. & 2. Item pro pter dubium valent hæ formæ, eligo & poſtulo, ꝓ
6 ut melius &c. de poſtula. c. vno. li. 6. Dignitates † cathedralium eccleſiarum maiores poſt epiſcopum quibus prouidetur per electionem, legati conferre non poſſunt, de of. leg. c. penul. Item litis pendē tia impedit electionem fieri, ita, q̄ facta non valet,
7 vt lite pen. c. i. & ij. propter periurium † electi emergens in cauſa electionis caſſatur eius electio, de iureiur. c. fi. li. 6. pronuncianda eſt electio per vnum ex compromiſſariis, & per verbum, ideſt dictionē ſingularis numeri, de re iudi. ca. penul. Excommunicatus pendente probatione nullitatis ad eligendum admittitur, de ſententia ex. ſolet, in fi. Ineligi
8 bilis † eſt actiuè & paſſiuè qui violat interdictū. e. tit. is qui, in fi. Item in cauſis electionum procedit ſimpliciter, & de plano, de iudi. diſpendioſam, & de elect. prouincialis. Minorum, de verbo. ſign. exi
9 ui de paradiſo. §. penulti. Et ſcias † quòd nigrum circa primam partem rubricæ nos inſtruit de electione, p quem fiat. i. quis habeat ſuperiorem eligere,

gere, dicens. ſ. quòd papam eligunt cardinales. ĵ. e. licet, quod dic vt ibi, & ĵ. eo. vbi periculum, li. 6. Imperatorem principes clerici, & laici, ad quos ſpectat. ĵ. e. venerabilem, & qui ſint, vide. ĵ. de re iudi.
10 ad apoſtolicæ, in gl. penul. li. 6. Prælatos † eccleſiarum collegiatarum eligunt ipſa collegia. ĵ. eo. c. 1. & quid de partionarijs, ibi dicam. extranei non, niſi id habeant de ſpeciali iure, puta priuilegio, conſuetudine, vel poſſeſſionis cōmodo, & hoc neceſſe eſt probari. ĵ. eo. conſtitutis, querelam, Cumana, & c. in geneſi. laici nullo modo. ĵ. c. 2. & c. quiſque, ēt ſi id haberet conſuetudo, vel pactum. ĵ. e. cum terra, & c. ſacroſancta, & c. Meſſana. nec excommunicati maiori, vel ſuſpenſi. ĵ. eo. cum inter. R. nec qui ſcienter elegerunt contra concilium, cum in cunctis, vt ibi. hæc tamen pœna reſtringitur ad primam vicem, vt ibi, & ĵ. e. cum Vintonien. nec quibus eſt interdictum niſi poſt obtentam licentiam. ĵ. c. fin. li. ſed excommunicati minori tantùm bene eligūt ĵ. e. illa. Canonicos eligit prælatus cum capitulo ni ſi de conſuetudine alter ſolus hoc poſſit. ĵ. eo. cum
11 eccleſia, de his, quę fiunt à præla. ea noſcitur. pręla tum † in capella eligit, vel præſentat patronus, vel populus, ſi hoc ius poſſidet. ĵ. eo. querelam. †Secū
12 dò nos inſtruit de electione. j. electionis † tempore, & illud interdum terminatur ab homine [a] ĵ. e. cū in veteri. de iure verò diffinitum eſt. ĵ. e. ne pro defectu, de conceſ. præben. c. 2. De temporibus verò vide, quod nota. plene. ĵ. e. ſi electio, in gl. penul. lib.
13 6. ¶ Inſtruit etiam tertiò de electione. j. perſona † eligenda, & hoc principaliter. ĵ. eo. cum in cunctis. & de hoc etiam inſtruimur, ꝙ non ſciſmaticus. ĵ. eo. quia nec. aliàs repulſus vitio perſonæ. ĵ. e. ſuper eo vel minor. ĵ. e. cum nobis, vel illegitimus. ĵ. e. innotuit, nec epilepticus. ĵ. e. cum inter canonicos, nec defectuoſus ſcientia, ętate, vel ordine, pluralis. ĵ. e. dudum. i. & ii. Excommunicatus, vel ſacrilegus. ĵ. eo. venerabilem, nec ſuſpenſus à beneficio ipſius eccleſiæ. ĵ. e. per inquiſitionem, nec qui conſentit electioni de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abusū ĵ. e. quiſquis. nec ſimoniacè electus, cuius electio tunc caſſata fuit. ĵ. ca. pe. & c. ſuper eo. de eligendis
14 †verò ad prælaturas regulares inſtruimur. ĵ. e. cum cauſam, ad noſtram, officij, & c. cum in magiſtrū, c. cum monaſterium, & hodie per Clemen. e. ti. c. i.
15 Quartò inſtruit de electione. i. electionis † forma, & hoc principaliter. ĵ. eo. quia propter, & c. cum dilecti, & c. cum poſt, & c. eccleſia. i. & 2. Cumana, & c. in geneſi. Sed de hoc etiam. ĵ. e. licet, cauſam quę ꝓſideraūimus. cum terra, cum inter vniuerſos, ꝙ ſicut, auditis, cum in iure, coram, & c. bonę. i. & 2. & per prædicta patet, ꝙ ſubſtantialia formæ viciātur, ſi fiat electio à minori parte, niſi ius maioris reciderit in minorem. ĵ. e. congregato, & c. bonæ. i. interdum forma datur ab homine, quæ ſeruāda eſt. ĵ. eo. cum in veteri. Quintò inſtruit de electione. ſ.
16 an ſit † reuocabilis. i. an poſſit eligens pœnitere. ĵ. e. cauſam quæ, & c. cum inter canonicos, & c. in cauſis, & ca. publicato. ¶ Sextò inſtruit de electione. i.
17 electionis † confirmatione, & cōfirmatoris officio de his patet per omnia, quæ dicta ſunt. ſ. & ſpecialiter. ĵ. eo. poſtquam, & c. cum nobis, & ſcriptum, & c. nihil, & eo. ti. ſi forte, & c. vlt. li. 6. Septimò de electione. i. electionis expenſis. inf. e. vt præteritæ, & c. cupientes, lib. 6. Communiter decr. huius ti. faciūt
18 ad primam partem rubricæ. ad ſecundam † verò faciunt inſtr. e. ſignificaſti, licet, noſtri, ſuffraganeis, tranſmiſſam, qualiter, quòd ſicut, & c. nihil eſt, ad finem. per quæ patet, quòd electus habet poteſtatem confirmationis petendæ. inſtr. eo. dudum 2. etiam inuitis electoribus, inf. eo. cum inter canonicos: imò niſi petat infra tempora ſtatuta, incurrit pœnam. infr. eo. quàm ſit, & c. cupientes, li. 6. Sed ante confirmationem non habet poteſtatem adminiſtrandi, vt in c. qualiter, aliàs caſſatur ipſius electio, vt ibi, uel caſſa nunciatur. ĵ. eo. auaritiæ. quod dic vt ibi, ꝙ ſi adminiſtrauit ipſe, idem renocat, vt in c. noſtri. fallit hoc in papa, inf. e. licet. In vltramō tano exempto in concordia. infr. e. nihil, ad fi. & in caſibus. infr. e. indemnitatibus. §. ſi verò, & §. cæterùm, li. 6. poſt confirmationem verò adminiſtrat ea, quę iuriſdictionis ſunt, ſed non quæ ſunt ordinis. infr. eo. tranſmiſſam: facit tamen per alios exercere. infr. eo. ſuffraganeis. Electus etiā & confirmat⁹ in miſſa conſecrationis ſuæ, non conſuetudines, nec archiepiſcopus ante pallium receptum, vt. inf. eo. quòd ſicut. §. ſuper eo. In cuius pallii receptione præſtare debet fidelitatis, & obedientiæ iuramentum. infr. eo. ſignificaſti. Et per hæc breuia sūmatum ſit nigrum huius rubricæ. Io. An.

ADDITIO.

a ¶ Homine. Et adde in materia, quòd electio malè facta non nocet eligenti, vt iterum non poſſit eligere, vide Bart. Alexan. & moder. in l. ſerui electione. ff. de le. primo.

SVMMARIVM.

1 *Eligere ſibi congregatio prælatum debet, & num. 3 & ad electionem qui vocandi ibid. & nu. 10. 11. & 12.*
Diuiſio capituli, ibid.
4 *Presbyter per rectore.*
5 *Electus canonicè qui non dicatur, & eſt expellendus & qualiter.*
6 *Eligi iterum poteſt, quando non eſt vitium perſonæ.*
Familiam duo non faciunt, ibid.
7 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
8 *Electionum formæ. c. Quia propter, infra eod. quando non habeant locum. & qualiter fiet electio.*
9 *Eligat quis in eccleſia non collegiata.*
11 *Prælatus cum canonicis facere dicitur unum corpus, & vnū collegium.*

CAP. I.

1 a NVllus. [a] Caſus † Congregatio de
2 bet ſibi prælatum eligere aliter electus repellitur. Et duo facit, prohibet, & contra id factum vitiatur. ſecunda, ibi, Si verò [*Congregatione*] i. † collegio, [b] quomodo cogno
b ſcatur, an ſint ibi plures vt collegium, vel ſinguli, not. de exceſ. prælatorum, dilecta, & dixi. ĵ. de iure patronatus, nobis, & vide infr. de officio ordinarij
c cum ab eccleſiam, ſuper [c] 1. glo. [*eorum*] ſi commodè vocari poſſunt, infra eod. quòd ſicut, Innocen.
3 [*Electione*] eligit † ergo collegium prælatum, religioſi vocantur. 63. diſtinction. obeuntibus. quod intelligit Compoſtel. de honeſtate. vocatur & populus non ad eligendum, ſed ad conſentiendum, e. diſt. plebs diſtrenſis. & c. ſequen. vocātur & prin-
4 cipes, vt ab impreſſionibus defendant, non vt eligant, eod. diſt. §. principes [*Presbyter*]. i. † rector. de preben. patebit. inf. eod. cum eccleſia [*eligatur*] nec electus præficiatur, vt ſequitur, & ſup. vel poſtulet. inf. eod in cauſis, Egi. [*Cupiditatem*] præſumptā. ſimile decleri. non reſi. cap. i. [*acquiſierit*] quia pa-
5 tet † hoc ipſo, ꝙ non eſt canonicè electus, Goff. [*Expellatur*] ideſt non admittatur, vel propriè ſi iam eſt admiſſus, per qđ etiam notat Pe. quem tenere non poſſe beneficium, niſi illud canonicè ſit adeptus, & in hac expulſione, ſi fuerit neceſſe, inuocabitur brachium ſeculare, de officio ordi. capit. primo, de exceſ. præla. capit. fin. Egi. ſecundùm quem,
6 cum † hic ſit vitium electionis, non perſonæ, iterū
7 eligi poterit. ĵ. e. ſuper eo. ¶ In gl. † i. ibi, [*No. ꝙ*] hāc gl. habes. x. q. i. c. i. [*& ibi, Collegium*] & cōciliū, vt col-

ligitur. xv.q.7.c.1. [*& ibi.§.vlti.*] de hoc.ſ.tit.proxi.
gratum [*Et in fine*] duo non faciunt familiam.ff. de
verbo.ſigni.ſi deteſtatio,in fi.Et no. hic Gof. quòd
8 † formę electionum.ĵ.e.quia propter, non habent
locum,vbi ſint pauci in congregatione.Sed more
antiquo facient electionem ſine compromiſſo, &
ſine ſcrutinio. de hoc vide , quod dicam in con.
quia propter.dicit hic Hoſtien.ꝙ conſentit Gof.de
forma ſcrutinij,putat tamen,quòd per inſpiratio-
nem,vel compromiſſum tunc eligere debeant.Et,
9 vt dixit hic Comp.in eccleſia non † collegiata pa-
tronus eliget.xvj.q.7.decernimus, ĵ.de iure patro-
natus, nobis.Si non eſt patronus,eliget epiſcopus.
xvj.q.7.omnes baſilicę,quod intellige,ſi de conſue
tudine non ſpectat ad alium.ĵ.eo.querelam . dicit
10 †etiam,quòd tenet curia,quòd portionarij,& ſimi
les in eccleſia collegiata non ſint ad electi. conuo-
candi,licet ibi gerant officium, & habeant perpe-
11 tuum beneficium: quia prælatus † cum canonicis
facere dicitur vnum corpus,& vnum collegium.ĵ.
de his, quæ ſi. à præla. nouit. & idem dicam poſt
Inno.& Hoſti.de inſti.c. 2.in glo.per hoc,in fi.hoc
verum,niſi aliud eſſet de conſuetudine, per quam
etiam extranei admitterentur.ĵ.de cauſa poſ.cum
12 eccleſia. ¶In glo.2.ibi [*electio*] niſi † per ordinatio-
nem factam in fundatione eccleſiæ , vel per anti-
quam conſuetudinem aliud obtineat, vt in decre.
nobis,& §.de conſuetudine, cum dilectus, Innoc.
¶In gl.[*vlt.in fin.*]collegij .

ADDITIONES.

a ¶Nullus. Vide ad materiam huius.c.quod dicit Inn.& Ioan.in ca.cũ venerabilis,in fi.inſ.de excep,& ita ſecundùm hoc c.intellige capitulum , cum olim, inſ.de præſcri,vbi dicitur,epiſcopum in collatione plebaniæ habere fundatam intentionem de iure communi : quia illud,quando plebania non eſt collegiata .

b ¶Nullus. Quid in prioratibus conuentualibus,an capitulum habeat ſibi eligere priorem,dic,quòd ſic,vt in c.2 §.fi.de ſta.mo.

c ¶Collegio.Et an,& quando eccleſia dicatur habere collegium,vide in c.dilecta, de exceſ.præla,vbi abbas in 2.nota.vide Ioan.An.& do. Ant.in c.nobis,de iure pa.

d ¶Eccleſiarum ſuper. Et vide gl.de elec.ſtatutum,in glo.& nota.ibi Ioan.Andre.& vide in conſiliis Oldra.conſi.lxii.& per doct.de præben.cum non ignores .

SVMMARIVM.

1 *Populus non debet epiſcopum,vel alium prælatum eligere,& numer.3.*
Diuiſio conſtitutionis eod,nu.
2 *Oſii epiſcopi Cordubenſis mores,vita & mors quæ.*
3 *Excuſatio pro allegatione.*
Electio,cuius meminit hæc conſtitutio,quibus de cauſis repro bata fuit,ibid.
4 *Ad multitudinis,uel populi clamorem arripere quem imperium,nefas eſt nec tenet manumiſſio n.10.inſpicitur quãdo que tamen clamor populi , nu.8.& 11.*
6 *Communio laica dicitur viaticum .*
7 *Epilogus,ſuffragium,& additamentum gloſſarum.*
12 *De malo & de eo quod ſit contra ius , non poteſt niſi malum præſumi ,*

CAP. II.

1 
Sius. Caſus † Populus non debet epiſcopum,vel alium præla
tum eligere. Ponitur narratio, quã
Sinodus approbat,ibi,Synodus. De
eodem Oſio,& de eodem conſilio.
6.q.4.Oſius.lxj.diſtin.Oſius,& xxiiij.
2 q.8.ſi vobi's.Et de iſto † Oſio epiſcopo Cordubenſi quomodo multas ſententias dixit in iſto concilio,& quomodo in hæreſi Ariana,cui per exilij me
tum adhęſit, malè finiuit, vide per Iſidorum libro
virorum illuſtrium.c.j. vbi dicit,quòd dum ſentẽ-
tiam contra catholicum epiſcopum, qui ad Chriſtũ appellauerat,ferre vellet,os vertit diſtorquens,
pariter & ceruicem , & de ſede in terram eliſus
3 ilicò expirauit [*excuſationem*] .i. † allegationem ,
vel propriè literas. in duobus fuit in hac electione
peccatum,primò,quia fuit facta per laicos,contra
id.xvj.q.7.ſi quis clericus, & c. ꝙ laicos. Et quia ad
clamorem populi,concor.alle.glo. dicit hic Inno.
addens, quòd cum quæreretur ab iſto inſtitutio
ſui epiſcopatus, excuſauit ſe, quòd literas &c. vel
hoc allegauit,cum confirmationem peteret popu
li non repræſentantis,quod poſſet.ĵ.e.querelã, ſed
eligentis, vt ſequitur, Hoſtiẽ.[*Corrumpi*] ſup.ad hoc
4 [*Clamarent*]Tullius in oratione pro Ligario de præ
tore Africæ ſic dicit,Arripuit † imperium , ſi illud
imperium eſſe potuit,quod ad priuatum clamorẽ
multitudinis imperĩtæ nullo publico conſilio de-
5 ferebatur[*Petere*] .i. † eligere , & ſic facit ad titulũ
[*viderentur*]in epiſcopum , erat in antiqua [*Laicam*]
6 i.†viaticum, Vin.& Inn.ꝙ non recipiet nec vt cleri
cus,nec vt laicus, vel.i.panem benedictum [*Niſi de
hoc*]iſtud olim erat gl. Ala.Vin. & Gof.non aduer-
tentes hanc literam poſuerunt illam gl. Poteſt ergo dici,ꝙ iſtud ius olim erat merum. hodie eſt in-
terpretatiuum ſecundùm ea,quæ notantur.2.q.3.
ſi quis epiſcopum , quod in gl. quidam non habẽt
a [*Reſpondit*]ſimile.ĵ.de obli.[a] ad ratio.c.vno. ¶Secũ-
7 da † glo.allegat concordantiam , & vnum contra-
8 rium,& ſoluit.¶In † gl.1.ibi [*ſi conſtat*] ſi duumuir
nullo legitimo actu creatus fuit, ſed ſolùm popu-
larium vocibus,licet proconſul conſenſerit,ſuper
9 uacuum fuit appellare.¶In † glo.prima,ibi [*Si ergo*]vbi de hoc,& in c.miramur.ĵ.allegato, & xiij.q.
ii.poſtquàm.xvij.q.4.ſunt qui opes,22.q.4.vnuſq;
que,& in fi.& de exceſ.prælato.ex literis,circa me-
10 dium,nec † tenet manumiſſio, quam quis de ſer-
uo fecit ad clamorem populi, cum videatur coa-
ctus.C.qui manu.non poſſunt.l.3.ff. q & à quibus.
11 l.ſi priuatus. Inſpicitur † tamen quandoque cla-
mor populi.18.diſtin.de Syracuſanæ.l.diſtin.vt cõ-
ſtitueretur.ff.ad l.Cor.de ſic.l.penul.Phi. ¶In gl.2.
12 in fi.dicit Hoſt.quòd de † malo,& eo,quod apertè
ſit contra ius,non poteſt præſumi niſi malum , de
præſcrip.ex ſtudijs,de iureiuran.& ſi Chriſtus, ver.
b quædam:ſecus in dubijs, [b] & ſic loquitur contra-
rium. ¶In gl.3.in fi.de hoc.ſ. de ſumma trinitate,
in gl.ſuper rubrica,in ver.ſpecies.

ADDITIONES.

a ¶De obli.Vide hic modum, quomodo ad interrogationem concilij fit lex.vid Bar.in l.omnes populi,in 2.q.principali.ff.de iuſti.& iure.

b ¶Dubijs. Adde notabile dictum Panor.in c.capellanus.infr.de ferijs, vbi vult,quòd ille non peccat , qui facit contra præceptum legis diuinæ,in cuius intellectu ſunt variæ opini. & ſic ratione huius dubiĩ non eſt aliqua præſumptio contra talem .

SVMMARIVM.

1 *Pro electo deſideria petentium impleantur,niſi quid impediat eum,eligentes,& formam, nu.4.facit nu.7. & pro electo præſumitur 3.*
Vita,vel actus electi inquiritur,vbi conuerſatus eſt, & qualiter nu.6.
2 *Electio voluntatis .*
Confirmatio neceſſitatis .
5 *Per electionem eſt ius quæſitum .*
Confirmare ſi nolit electum confirmator,compelli debet per ſuperiorem .
7 *Additio gloſſarum,& nu.8.*
8 *Aeſtimationis talis quis q, habetur,qualis eſt in ciuitate.*

CAP. III.

1
Post,quam. Breue eſt. Et ſic cõſtrue.Deſide-
ria† petentium impleantur, ſi nihil
eſt,quod impediat electum , cuius
vita vel actus inquiritur,vbi eſt con
uerſatus,quia melius poſſunt ibidẽ
agnoſci [*Petentium*]eligentium , vel electorum , &
2 ſecundùm Boati.dat hoc c.differentiam inter † ele
ctionem .

ctionem,& confirmationem, vt electio ſit volunta
tis,confirmatio neceſſitatis [*Deſideria*] concordat .
47.diſt.de Petro,in fi. [*Si nihil eſt*] ideſt,probetur.eſt
3 ſm.præſumptio pro eo,de ſcruti.in ordi.faci.c.vno
4 Gof.inquiret tũ confirmator [*Electum*]eligẽtes † vel
formam,ſ.de conſue.cum dilectus.ĵ.eo.eccleſia,&
5 c.Cumana [*Impleantur*] per electionẽ † eſt ius quæſi
tum ĵ.eo.cum inter canonicos, Compoſt. dicebat
Pet.ꝙ ſi archiepꝰ nolebat electum ꝓfirmare, dẽbat
ꝑ ſuperiorem compelli, de iurepatro. nullus 7.q.j.
6 oĩs q [*Inquirantur*] non † ꝑ teſtes,vel iuramenta,ſed
ꝑ famã,& literas teſtimoniales ſm Inn.& vide.ſ.ti.
j.c.j.ſuper verbo,requiſitus,per quod patebit,ꝙ ſic
eſt vera gl.Inn.Sed Cõp.dicebat, ꝙ inquiretur per
teſtes;inſtrã,famã &c.pro primo dicto facit de co-
7 ha.cle. [*Ibidem*] potius,q̃ alibi. ¶In † gl.j.[*ibi,de perſo
na*] ibi quæ rectis diſpoſitionibus nil moræ,vel dif-
ficultatis dẽt afferre,Caſſiodorus epiſtola.14.liben
ter oĩbus prębeamus aſſenſum, quoties eſt vox iu-
8 ſta poſcentium.¶In gl.2. [*ibi,Notus*] talis † enim æ-
ſtimationis quiſque habetur, qualis eſt in ciuitate
ſua.ff.de quæſtionibus,de minore,ad fi.Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Pallium non tradit electo in archiepiſcopum ſedes apoſtolica, niſi prius iuramentum preſtet.non dat alius,quàm papa,nĩ ſi eius auctoritate, num.11. & vnde ſumatur.num.12.& à quo,ibidem.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Per,præpoſitio hic auget,alibi priuat .*
4 *Inſtructio noſtra eſt actio Ieſu Chriſti.*
5 *Conditio de præſenti,vel de præterito nõ moratur obligationẽ.*
6 *Petrus ideo tertiò confitetur,quia tertiò negauerat.*
7 *Qua,pro quanta.*
Dignitas nulla ſupra epiſcopalem ex ordine dignitatis , ibidẽ.
Epiſcopi fratres ſunt papæ,ibid.
8 *Mendaces faciunt,vt nec vera dicentibus credatur .*
9 *Papę ſententiæ videtur ſtandum,ſi contradicat eccleſiæ,vel cõcilio,poteſt ſolus interpretari concilij ſtatuta,immutare,& corrigere.num.10.*
12 *De corpore beati Petri ſumptum pallium , quomodo intelligatur .*
13 *Eccleſia vniuerſalis eſt vnum Chriſti corpus , cuius caput eſt eccleſia Romana: cætęrę verò eccleſiæ membra, & quo ordine inde proueniant patriarcales & reliquę .*
14 *Epilogus,ſuffragium,additio gloſſarum,& nu.ſeq.*
Apocriſarij etymologia,& ſignificatio,nu.16.
Nuncij Papę plumbarij,ibid.
17 *Electus ſeruare tenebitur quod epiſcopus & capitulum ſimul poſſunt ſtatuere ſuper beneficio vacante .*
De beneficio vacante epiſcopus , & capitulum quid ſtatuere poſſint, &c.
De dignitate ibidem.
18 *Ambitio notari quando non poſſit, caſus coniuncta gloſſa .*
19 *Petro poteſtas per quæ verba data ſit.*
20 *Compenſatio non fit in depoſito.*

CAP. IIII.

1 
Significaſti. Caſus.† Facit ad
ſam partẽ rubri
cæ, vel ad primam, vt in quarta gl.
Electo in archiepm aplica ſedes nõ
tradit pallium,niſi prius pſtet fide-
litatis,& obedientiæ iurm. dicebat
2 Vinc.primo † rñdet quibuſdam obiectionibus ſi-
bi factis.ſecũdò ſacrm exigi poſſe in collatione pal
lij probat.dicebat Hoſt.reprehenſionis confutatio
obiectionis rñſio, & intentionis concluſio . vel ſic.
primò ponit admirationem,quam confundit . Se-
cundò duplex admirantis motiuum,cui rñdet. ter
tiò concludit [*Regem*] alia litera,Reges. & forte tũ
erant plures reges.ſimile.j.qu.j.fertur,in ſuperſcri-
3 ptione.[*Permotos*] i.valde † motos,& ſic præpoſitio
14 næ.j.eo.c.2.li.6.Cunctorum dixit Inn. quòd † non obest,quominus teneat electio,si aliqui de capitulo non requiruntur, dummodo illi non prosequãrur contemptum,istud dictũ põt intelligi,si absentes non vocanẽ,& tunc certum est , & planũ. Item potest intelligi,i.si uota aliquorum pñtium in capitulo nõ reqranẽ,& tunc fortè id falsum est p hãc lĩam,& ipse idẽ in alia sua gl.dixit,& Host. etiã, & Comp. singulariter ad scrutinium vocandos,nec sufficit dicere generaliter,venite ad scrutinium , q; scrutandi remanẽsistis,& dicit etiam vocandos,qui sunt etiam extra capitulum,si videri possunt, arg. insti.de rerum diui.§. examen. & etiam si non possunt videri,& sunt circa capitulum, & illi de capitulo hoc sciunt,aliter fieret ex malicia, quæ in electionibus est vitanda. Consulebat Hostien. eos uocari etiam de hortis ciuitatis , nisi forsan excuset antiqua consuetudo , vel det certam formam vocandi supra eodem , in causis. Et dixit hic Abbas multas electiones iam cassatas : quia vota omnium maximè scrutaturum non inueniebantur scrutata , dixit etiam Vincen. hic quòd si de præsentibus aliquis non fuit scrutatus, vel votum eius non fuit scriptum,si non est publicatum scrutinium,purgari debet, & inquiri , & scribi . Si vero publicatum est omnia sunt cassanda,& incipiẽdum à capite, nec prodest , si contemptus acquiescat: quia substantia electionis est læsa secundum eum , dicit Innocen. quod non obest , si inquisiti non respondeant , vel captiosè respondeant, allega.ff.de inter.action.de ætate.§.qui tacuit,& §.qui autem.saluo,quod habes infra eodem , cap.2.lib.
15 6. Et dicit † Innocen.quòd si scrutatores infirmantur , vel impediuntur, debent alii per capitulum surrogari.hic enim non prohibentur ; quasi dicat

ſecundùm Hoſt.ergo conceditur,ad hoc.7.q.j. ni-
16 hil. Item ſecundùm Innoc. ſi tot † ſunt ſcrutandi, ꝙ vna die non poteſt ſcrutinium expediri, fiat ſequenti continuata,qđ placet Hoſtien. ar. de offic. deleg.conſuluit.ad id quod.C.de teſta. cũ antiquitas:dum tamen illa non ſit vltima dies trium menſium;quo caſu ſibi imputent, qui ſe arctauerunt, vt ȷ̃.eo.cum in veteri,nec erit ſecundùm Hoſt. neceſſaria continuatio ieiunij, ſicut in ordinatione, de qua.ȷ̃.de tempo.ordi.litteras, & hoc dico, quia propter prolixitatem ſcrutinij licebit diuertere ad cibum ſumendum,vel aliam corporis neceſſitatẽ
17 [*Diligenter*] & fortè ꝑ † iuramentum, Ioan. non eſt moris,ꝙ iurent, ſed adiurant ꝑ ſcrutatores, vt illũ noĩent,& in illũ ꝓſentiant,quẽ credunt meliorem & vtiliorem.facit de ap.ꝓſtitutis.2.in prin. Et dixit Hoſt.ꝙ exquirent,& ſcribi facient zelum, & meritum noĩatorum,& noĩantiũ.ſ.e.dudũ,vt ſic plene fieri poſſit collatio, de qua ſegtur. hoc non ſeruaẽ
18 [*Exquirant*] & ſua † exquirẽt hoc modo, quia duo ſcrutabuntur tertium,& tutius eſt hoc fieri ab initio, ne in eis pendeat alteram electionem facere meliorem ſecundùm Inno.Vin.Comp. & Abb.& ſolet hoc exprimi in ipſorum aſſumptione, ꝙ primo ſua uota ſcrutentur. Rolãdinus autem in ſua ſumma parte.v.c. pe. ponit in hac forma,& malè, ꝙ prius alios ſcrutati ſunt, ſecũdo ſeipſos, & idem Guil.licet contrarium conſulat in ſpe.eod.ti.B. in forma,quę incipit,olim bonę.Si vero ſunt duo tm̃ vnus ſcrutetur reliquũ , & ꝑ hoc vr̃, quòd debent eſſe ad minus duo : ꝙa vnus ſeipſum ſcrutari non poſſet,niſi collegiũ daret aliũ ſcrutatorem ad ſcrutandum votũ illius ſm̃ Com.& facit, quod de cardinalibus dixi.ſ.c.licet,immo vr̃ quibuſdam,ꝙ ad dẽdus ſit quartus ſcrutatoribus , qui cum duobus ſcrutẽtur tertiũ,quod prius dixi,ſeruatur [*Scriptis*]
19 non † dicit,publicis, vel auctenticis, vnde puto ſufd ficere manum priuatam [*Redacta*] putat Hoſt.tutius,ꝙ ipſi ſcrutatores ſcribãt anteq̃ quartus ſcrutator adhibeatur, cum enim in dubio recurratur ad ſcrutatores.ſ.e.cum dilecti, poſſent duo ſcrutatores dicere de vno , & tertius cum tabellione de alio,& ſic ſibi inuicem derogarent,de fide inſt. imputari,de teſtibus,in noſtra , & ſi dicunt ſcrutatores ꝯ propriam ſcripturam,dicit eis non credendũ ȷ̃.de teſti.C.de non nu.pe.auc.ꝯ qui propriam.j.q.
20 7.ſaluberrimum.27.q.j.omnes. ¶ Quid ſi† omnes de capitulo concordant cum tribus ꝯ ſcripturam dicit,ꝙ non eſt quæſtio,ex quo nullus opponit, & omnes conueniunt.Sed ſi aliqui contradicũt , vel
e ẽt vnus,videtur ſtandum ſcripturæ [e] de teſti.co. ꝑterea,videtur etiam,ꝙ iudex ie poſſit opponere,& ſtare ſcripturæ,ar.ſ.e.cum nobis.dicit Hoſt.ꝙ magna eſt poteſtas ſcrutatorum, & multa mala facere poſſent,ſed circa prædicta habet iudex arbitrari,ar.de teſti.in noſtra,& in auc. de inſtru. cau.§. ſi vero.Redigenẽ autem ſic:talis adiuratus per ſpiritum ſanctum, & ſub aĩæ ſuę periculo ꝓſentit in Titium,vel ſic reſpondit.Ego noĩo talẽ, vel cõſentio in talẽ,uel talẽ eligo,& ꝙ verbo electionis poſſit vti, ꝑbaẽ.ȷ̃.e. in geneſi,ibi, ne vel idẽ repeti,&c.ſm Abb.dicit ẽt, ꝙ qui ſic nominauit antequã ſit ſcriptum,variare poteſt:poſtea ex interuallo nõ, dicã de hoc ȷ̃.eo.publicato [*Publicent*] ſecundùm Inno.
21 & Compoſt. non † refert,an per ipſos ſcrutatores, vel per alterum ex eis, vel alium de voluntate capituli fiat hæc publicatio . dixit autem Compo. ꝙ obtinuit nõ nocere,ſi duo publicent tertio abſente,tutius eſt etiam ſecundùm Hoſtien.ꝙ per ipſos ſcrutatores fiat publicatio. ſeruatur interdum , ꝙ capitulum cum inquiſitione cõmittit publicationem, interdum poſt: & tamen ſatis vr̃ , ꝙ ſine alia commiſſione ſcrutatores hoc poſſint per hanc.lit
22 teram.[*In cõi*] i.in † capitulo.vñ de alia publicatio ne loquitur finis. ſit autem in communi publicatio,ꝙa & cõis ſequi debet electio.ȷ̃.e.in geneſi.non tamen eſſet ꝯ formam,ſi tunc temporis eſſent ibi extranei,puta religioſi.63.di.obeuntibus,ſm Inn. vel aduocati.ȷ̃.eo.indemnitatibus.§.poſtremo. dicit Hoſt. forte à laicorum eſt præſertim cauendũ. ȷ̃.eo.Meſſana [*nullus*] põt hoc determinare præcedentia,& eſt ſenſus, ꝙ nulla appellatio impediat
f publicationem [f] poteſt etiam determinare ſequẽria,& tunc expone,vt is.i.quin is eligaẽ , putat Hoſtien.ꝙ vtraq; bona,de appellatio.ſecundo requiris,ſaluo quod videbis.ȷ̃.eo.publicato . & qualiter appellari poſſit,ne fiat electio,remittit ad not.ſ.e.
23 titu.j.c.j.in prin. [*Collatione*] triplici , de † qua dicit gl.aliàs ſatisfactum videretur huic verbo,qualiſcũque fieret collatio , puta de longitudine nominatorum,vel de nobilitate,vel aliquo ſimili:tamen ꝑ verba illa , maior & ſanior denotabatur , de quibus haberet fieri collatio , quod tamẽ admodum glo.clarius exprimit.infra eo. in geneſi. & fiet hæc collatio, quantuncunque numerum excedit,ſecũdum Hoſt.ſ.eo.dudum,de hoc.ȷ̃.eo,ſi quando,lib. 6.& dicit Inno.ꝙ ſi facto ſcrutinio obijcitur, ꝙ aliqui requiſiti non habent vocem in electone , & iõ non augent numerum,plenè facienda eſt collatio vt in c.in geneſi.Sed ſi nil obijcitur , non eſt de iuris neceſſitate,ꝙ plenè fiat de hoc collatio. & ſi dimittatur plena collatio,etiã quando aliquid obijcitur,nihilominus tenet electio,alleg. de his, quæ fiunt à maio.par.ca. c.j.Hoſt.alle. c. ex ore. & dicit dictum Innoc. verum quo ad diffinitionem obiectorum, poterit enim per ſuperiorem terminari, infra eo.c.j.li.6.Sed ſi collatio omittatur,vel ſemiplenè fiat,ideſt niſi hincinde omnes inquiſiti plenè nominentur,quicquid ſit de diffinitione obiectorum,electio nõ valeret , remittit autem ad no. infra eo.Cumana,in fine, & c. in geneſi. quis autẽ habeat probare prædicta,dixi ſupra eod.ꝙ ſicut,in
24 vltima glo.ver.ab excipiente.Eligatur † ſolenniter & communiter in capitulo.i. ab vno vice omniũ.
g infra eodem, in geneſi, § & antequam ad alios actus diuertant. fiet autem electio per prædictos tres ſecundùm Rofredum.nec refert ſecũdùm Iacobum,an dicant eligimus, an quærant, Vos, qui conueniſtis in talem, eligitis eum , & ipſi reſpondeant ſic,ad hoc ſupra eod.Oſius, hoc non placet Hoſtien.niſi ipſis ſcrutatoribus data fuerit hæc poteſtas, conſulit autem , quòd ſcrutatoribus detur poteſtas inquirendi,ſcribendi, & quòd poſſint ipſi,vel alter eorum de voluntate aliorum collationem facere,& electionem pronunciare, ſi talis poteſtas eis non detur, quis habeat hoc facere , vide quod not.eodem titulo lib.6.ſicut , in tertia gloſſ. & ibi,infra de maio.& obedien.c.j. poſt Innocen.
25 ¶ In gl. per hoc omnes, ergo, ſi † omnes in vnum conueniant , facienda eſt collatio ab non numeri ad numerum, ſed de numero, vt conferant, & diſcutiãt,an omnes fuerint vocati,& ſcrutati,& quare talis non fuit citatus , vel non eſt vox eius computanda,& his ſimilia , & conferent nõ de merito ad meritum,ſed de meritis electi,an ſit legitimus, & in ſacris,& ſi.& forte nunc occurret, qđ non occurrit in nominatione ſecreta. plerunque enim ꝑ collationẽ reperitur veritas.Itẽ de zelo , an ſit malus,vel bonus,melior,vel optimus , & ſi nil occurh rit dubium, fiat electio: aliàs diſcutiatur plenius [h] ſ.e.cũ terra,nec iſtud ĩteruallũ vitiat electionẽ, cũ ꝑparatoriũ ſit , & ſine quo nõ põt fieri electio.ȷ̃.e, Cumana,ĩ fi. dicit autẽ Hoſ. quoſdã dicere, ꝙ vbi oẽs in vnũ ꝓſentiũt,nõ eſt neceſſaria collatio, & ꝙ de collatione hic dicit,referunt nõ ad hoc verbũ , omnes,ſed ad id , quod ſequitur,maior & ſanior, quod ſibi non placet, niſi forte omiſſa forma ſcrutinij recurretur ad cõpromiſſum,de quo ſequit,& pro eo.ȷ̃.e.cum poſt petitam, & vide quod dicã ſuper ver. vel ſaltem.dicit etiã , ꝙ ſi oẽs ꝓſentiunt in vnũ,& ille ꝓſentit in aliũ,poſſet eẽ caſus,quo fieri debet plena collatio, vt ſi ille nominatus ab aliis oĩbus eſt indignus,cũoſus,vel excõicatus minori. poſſet enĩ eligere,ſed nõ eligi,de cle.ex.ſi celebrat.
i noĩatus verò ab ipſo per omnia ſit idone⁹.dẽt. n. [1] hoc caſu obtinere nominatus ab vno, & remittit ad no.ȷ̃.e.ꝓgregato.& ſi non eſſet electus, ſubueni
26 ret ei ſm̃ eũ [*Et*] pro † ideſt,Inn. vel legas ꝓpriè,vt dicam.ȷ̃.eo.eccleſia.ij. [*Capituli*]non ſufficit maior reſpectu aliorum.ȷ̃.e. eccl̃ia [*Conſentit*] i.ꝓſenſit in ſcrutinio,cũ nõ poſſint variare.ȷ̃.e.publicato. ſal-
27 uo ꝙ hr̃.ȷ̃.e.ꝑpetuo,li.6.veritas † eſt,ꝙ iſta eſt mẽs huius.ver.ꝙ facta publicatione,& collatiõe ꝓcorditer,& ꝑ totum capitulũ,eligẽdus eſt is,qui ꝑ votorũ publicationẽ, & collationẽ repiẽt habere maiorẽ & ſaniorẽ partẽ capituli.vnde, ſi à principio capitulũ hoc ordinauit,ꝙ minor pars accedat maiori,facta collatione nomine totius capituli , põt fieri electio de nominato à parte maiori hic in fine huius formæ ſcrutinij.Gloſſator,& Hoſt.& In-
28 no.in principio tractauerunt, quæ ſunt † ſubſtantialia huius formæ,& breuiter ab eorũ verbis, nõ recedendo ſcias,ꝙ primũ ſubſtãtiale ſm̃ Hoſt.eſt, ꝙ ꝓgregeñ debentes eligere: non dico , ꝙ ſit ſubſtantiale abſentes vocari, vt.ȷ̃.e.eccleſia.Sed ꝙ actꝰ electionis nõ ſit ſingularis,ſed cõis.ȷ̃.eo.in geneſi. ſm̃,ꝙ aſſumantur ſcrutatores,& nõ ſe ingerãt, vt dixi in textu.Tertiũ,ꝙ ſint tres numero. Quartũ , ꝙ ſint de collegio eligẽtiũ. In his tamen ſunt opiniones,vt dixi ſuper gloſ.Iſtud tñ tenendũ in quo ſaluatur omnis opinio,& ſeruitur verbis conſtitutionis,qđ faciendum eſt in dubio.ff.de exercito. l. j.§.ſi is,qui nauem,de leg.3.non aliter.Eſt ergo, vt dixit Hoſt.tenendum certũ incerto dimiſſo,de pę. diſ.7.nullus.Quintum,ꝙ vota ſecretò à ſcrutatoribus inquirantur:an verò poſſit ibi eſſe tabellio , vel teſtis,dixi ſupra in glo.per ipſos.Sextum,ꝙ inq̃rant̃ vota ſingulariter.Septimum, ꝙ inquirantur vota oĩum,& an hoc ſit de ſubſtantia,dixi ſup̃ ver. cunctorũ . Quid de votis ſcrutatorum? dixi.ſ.ver. exquirant. Quid de votis infirmorum?dicam ſup̃ gloſſa,ſi venire. Octauum,ꝙ ipſa vota ſcribantur. Nonum,ꝙ ſcripta in capitulo publicentur. Decimũ,ꝙ id fiat incontinenti poſt finitum ſcrutiniũ. de hoc tamen eſt opinio,vt dixi ſuper gl.j. inconti nenti.Vndecimũ, ꝙ fiat plena collatio. de hoc. ȷ̃. eo.in geneſi.Duodecimũ,ꝙ fiat incontinenti poſt publicationem.ȷ̃.eo.cum poſt petitam. fuit tamẽ in hoc opinio,vt ibi dicam ſuper glo.ij. Tertiumdecimum,ꝙ fiat cõis electio.& hoc quomodo intelligaẽ,hẽs.ȷ̃.e.ĩ geneſi,& c.eccleſia.j.& c.ſicut cũ, li.6.& de re iudi.c.penul.e.li.Quartumdecimum , ꝙ electio fiat ſtatim poſt collationem.ȷ̃.e.cũ poſt petitam,& remitto.vt.ſ.Quintũdecimũ,ꝙ fiat de illo, in quem maior & ſanior ꝑs capituli conſentit.Sextũdecimũ,ꝙ nõ fiat verbalis electio.ȷ̃.e. eccleſia.i.Decimũſeptimũ,ꝙ nõ fiat clãdeſtinè.ȷ̃.eo. in fine.Decimũoctauũ generale, ꝙ ꝑdictorum ordo ſeruetur. Addunt quidam pro ſubſtantiali , ꝙ dies aſſignetur ad faciendã electionẽ ȷ̃.eo. Cumana,& c.cum in veteri.Comp.contradicẽs ſic papã terminaſſe,& iura illa nõ obſtant:ꝙa in illis narratur factũ,nõ ponẽtius.Itẽ ꝙ ſcrutatores ſint fidedigni;de hoc dixi ſuper ver.fidedigni.& qđ in eccl̃ia vacãte fiat electio,de hoc.ſ.e.cũ terra,& c.ꝙ ſicut, in prin.Itẽ ꝙ corpore ꝑlati ſepulto , de hoc dixi.ſ.
e.bonæ.2.& ꝙ publicatio fiat populo,de hoc dicã
29 in fi. [*Vel ſaltem*] quaſi † dicat ſupradicta forma eſt neceſſaria,iſta verò ſubſidiaria , vel volũtaria ſm̃ Inn.& debet ſcribi per.e.vnde verſus. Saltim faltã do,ſed ſaltẽ diminuẽdo.dicebat aũt Abb. ꝙ đ forma ſcrutinii tranſiri põt ad iſtã ante publicationẽ
30 ſcrutinij:poſtea nõ.ȷ̃.e.publicato [*Idoneis*]† qđ ꝑſumit,de ſcrutinio.c.vno.nec eſt uis de numero iſtorũ.Na in vnum,duo,tres.v.vij.ꝙmiſſum fuit.ſ. eo.cãm,& c.in cauſis,& capitulo,cum in iure,& c. cum dilecti.ȷ̃.eodem,cum in veteri[*Committatur*] ꝑ
31 † capitulum,cum perſonaliter loquatur,vt ſ.is eligaẽ, & an ſufficiant ſingulares conſenſus in hac trãslatione,dixi.ſ.c.in cauſis,in priu. & pũt iſti vbi que eligere,ar.lxiij.di.lectis,& ca.Reatina,& c.nobis,& c. cum longè,de ap.qua fronte, ſm̃ quoſdã. Alij.contra, cum canonici non poſſint transferre in iſtos plus iuris,quàm ipſi habeant. Sed ipſi debent eligere in eccleſia.ſ.e.ꝙ ſicut,ergo & iſti, ar. 5.q.i.licet.xvj.q.j.ſi quis laicus. nec obſtant iura ꝓtraria,q̃ intelligunt de his,q̃ habẽt ꝓuidere non ex ꝓmiſſo,ſed de iure.ſ.c.ꝑxi. ꝓſuetudine,vel priuilegio,& hoc eſt tutius ſecũdũ Inn.& verius ſm̃ Hoſtien.ſi in ipſa eccleſia fuerit cõpromiſſum. nã vbi non apparet de loco,melius eſt locum ꝓtineri,vbi
k compromiſſum [k] eſt.ff.de arb.ſi cum dies.§.ſi arbiter.fateẽ tamẽ locũ nõ eẽ de ſubſtãtia,niſi forſã eſſet ꝓſuetudo ꝯria,& remittit ad nota.ſ.e.cũ terra.
32 [*Qui*] vir idonei,& an† iſtorũ ptãs reuocari poſſit, no.ſ.e.in cauſis[*Prouideant*]per vnũ ſolũ fiet pronũciatio.ȷ̃.e.ſicut cũ,li.6.& per verbum ſingularis numeri.ȷ̃.de re iudi.c.pe.e.li.[*De paſtore*] ſi vnus ſolus
33 † eſſet eligẽs,& compromiſiſſet in patrem,an ipſe de illo prouidere poſſit,notauerat hic Hoſt.quod dixi.ȷ̃.de iure pa.conſuluit,ſup̃ gl.ſecunda.dixit ẽt hic Comp.ꝙ non põt compromitti,ut de certa ꝑſona ꝓuideant.ff.de arbitris.l.qualem,& l.item ſi. §.idem ꝓcipit.facit quod dixi.ſ.e.cũ terra,& idẽ Guil.Man.c.xlv.non obſtat de appel. conſtitutis : ꝙa ibi non arctantur ad certum,ſed ad alterum de
34 duobus.dixit etiã Comp.cõpromiſſariũ † vti poſſe hoc verbo,eligo, licet ꝑ hãc literã ꝓprius.vtat verbo, ꝓuideo. Si verò data poteſtate cõpromiſſarijs ſuperueniat vnus canonicus nõ vocãdus, videtur ꝙ cum compromiſſariis eliget, ar.ff.de cur.bo.dã. l.ſi.Compo.& Vin.ꝯ, quòd ſoli compromiſſarij ꝓuidebunt.quod enim bene fecit capitulũ nullo ꝙtempto,per ſuperueniẽtẽ caſum non immutaẽ,
l de reſti.ſpo. audita. [l] dixit etiam Cõp. ꝙ ſi ex trib⁹
35 † compromiſſarijs duo ſcienter prouident de indigno:tertius de digno,non valet illius prouiſio, & ſic dicit obtinuiſſe:aliàs eſſet contra intentionem compromittẽtium,qui noluerunt ipſum ſolũ eligere, nec ipſe ſolus compromiſſum recepit.ff.de arb.l.Pedius.nec enim iſti per omnia fingunt̃ vice capituli.Vinc.dixerat contrariũ. & vide quod dixi
m poſt Hoſt.ſ.e.cũ in iure,in vlti.gl. [m] Scias † etiam
36 ſm̃ Vincen. ꝙ licet liber compromiſſarius ad hoc non teneatur : poteſt tamen facere ſcrutinium; ſi ſi uult.ſ.eo.cum dilecti.imò honeſtè facit in hoc,
37 vbi circunſtantiæ non reſiſtant [*Non valeat*]ipſo † iure.ȷ̃.eo.in geneſi,in fine.Innocen.& Compoſtel. ſed Hoſtien. contradicens, quòd per ſententiam ȷ̃.eod.cum poſt petitam,& cap.eccleſia.j.& ij.& c. Cumana,& c.congregato, ad finem. primum teneas,vt infra eod.ſicut cum,& cap.ſi cui, in fine,libr.6. [*Niſi forte*] ſecundùm Goſſr. & Inno.non eſt forma,ſed exceptio à formis.ſed ſecundùm Compoſtel. non eſt peccatum, ſi dicatur eſſe forma , cum aliquam habeat formam [*Communiter*] dicit
38 Hoſtie.† quòd iſtarum formarum is eſſet ordo,vt primò ad tertiam:ſecundò ad ſecũdam: tertiò ad

primam recurratur, vnde etiam dixit Vinc. se primo de ipsa forma inspirationis velle tractare: qa maior est vis spiritus & benedictionis, quàm naturæ, de conse. dist. 2. reuera. x. di. susc ipitis [*Ab omnibus*] ergo, si † si vnus dissentit, non est inspiratio,
n Vin.n plus dixit. Compo. ꝙ non purgatur vitium si contradicens postea consentiat, cum forma fuerit vitiata, & sic electio nulla, vnde ratificari non potuit, supra eod. auditis. non obstat supra eodem ꝙ sicut. quia ibi fuit aliqualis forma secũdum eũ, idem videtur velle de forma compromissi, quando a principio compromissum est vno contradicente. Item non fuit vitium in hoc, ꝙ ecclesia statuit electionem per hunc modum valere, licet fiat ad voces sine tractatu, & contra decretum publicum, contra id. 2. q. 6. nominationes: quia ex quo electores communiter, & concorditer in vnam ꝑsonam sine instigatione conueniunt, præsumitur inspiratio diuina, & sic arctari non debent formis, & solennitatibus iuris: quia quæ spiritu dei aguntur. &c. 19. q. 2. duæ, secundum Compost. & in hoc casu tenet electio, licet non sit communis, licet esset honestum fieri vnicam, & communem, infra eo. in genesi. & idem Guil. Man. in lib. suo. c. 52. sed Host. dicit, ꝙ in ista quasi inspiratione necessaria est communis electio, & facit quod infra dicam, post eum, & est inspiratio, licet aliquis sit in peccato, secundum Compo. ar. 8. q. 1. audacter. & recipit examinationem, vt sciatur, an inspiratio sit celestis, de renun. nisi. & debet esse proprio motu, non alterius suggestione. ff. de quæstio. l. prima. §. qui q̃ stionem, licet Pet. hic dixerit, vnum dicere posse; videtur vobis de tali? & si alij vna voce respondent ꝙ sic, sit inspiratio: tamen generalis tractatus bene potest præcedere, secundum Vinc. & Compo. puta rogemus deum pro bono prelato, & secundum eum de hac forma non poterit ad alias transiri, ar
o gu. 17. q. 1. ꝙ bona, quod intelligo forma, & electio
p ne perfecta o [*quasi*] p similitudinarium † est, non veritatis expressiuum, secundum Hostiẽ. qui dicit
40 hic tangi duas formas veræ inspirationis diuinæ: & illa deum habens auctorem alia confirmatione non eget, talis fuit electio Ambrosij, & beati Nicolai, & beati Seueri, de quibus. 6. dist. inc. §. his omnibus. secunda est, quasi inspirationis, quando canonici inspirati paracleto ad instar apostolorũ vno ore loquentes eligunt, ista propter dubium indiget canonica probatione, & confirmatione, de renun. nisi, de hære. cum ex iniuncto, vnde secũ dum eum subueniendum est huic formæ per viã compromissi, vel potius commissi. prima latet sub isto verbo, quasi, & de ipsa parum tractat: qa peccatis nostris exigentibus raro occurrit hodie, vnde & dicitur fabulosè, ꝙ illa columba, per quã olim assumebantur archiepiscopi Rauennates, occisa fuit per coruum. Sed & quasi inspiratio hodie raro, cum non procedat vno contradicente, vt supra dixi, absque vicio præcedentis tractatus, vel simoniæ: & dicit hic Pe. & Boa. ꝙ cassata fuit electio Parmensis electi, quam dicit Bernardum dictasse: quia ibi dicebatur, Habito diligenti tracta-
q tu talis fuit per inspirationem electus, de hoc q dixi supra, quis tractatus possit interuenire, vñ Guil. in specu. eod. titu. §. finali, & Guil. Man. d. c. 52. & parte. 2. c. 11. ponunt in forma, nullo præcedente [*Celebrata*] supple, vel nisi facta fuerit, secundum formam decre. supra eodem, cum dilecti, & infra
r eodem cum expediat r lib. 6. quod etiam tenebat hic Petrus, Abbas, & Ægy. [*Contra*] vel præter in-
41 fra eo. si cui, lib. 6. [*Ea iuce*] ideſt † ea vacatione, si omnes communiter peccauerũt, secundum Gos. tu dic, vt supra eodem, cum Vintonien. Priuentur
42 quando † electio fit ex interuallo, dicunt quidam ꝙ necessaria est priuatio per sententiam: secus, si incontinenti, remittit Inn. ad nota. suprà eod. dudum, & infra e. Cumana, dicunt etiam eos, qui nõ peccauerunt in electione, etiam si sit minor pars, habere condictionem ex hac decre. vel officium iudicis contra delinquentes in forma, vt priuent per sententiam ea vice potestate eligendi, & ꝙ eis solis, qui non peccauerunt, adiudicetur per eandẽ sententiam, & sic ipsi soli dicentur capitulum quo ad hunc actum, etiam si sit vnus solus. 65. dist. c. fi. & hoc dicit Innocẽ. consonum rationi plusquam id, quod sequitur, plus dicunt, ꝙ cum hoc vitium formæ reddat electionem nullam, infra eodem, in genesi, poterunt non delinquentes eligere, etiam illa non cassata, ex interuallo, de appellatio. consti
s tutis s ff. de verborum obligatio. l. si dari stipuler. A lij, ꝙ si non delinquentes sunt pauciores deliquentibus, licet electio contra formam sit nulla, vt hic: tamen ex interuallo non possunt eligere, nisi communiter cum prioribus delinquentibus, vt no. supra eodem auditis, & quantum ad hoc videntur bene dicere, secundum Inno. & addunt, ꝙ minor pars non delinquens nomine suo nullam actionẽ vel iudicis officium implorare potest, vt pars delinquens priuetur, & potestas sibi detur: potest tamẽ nomine ecclesiæ denunciare hoc superiori, qui illos priuabit, arg. ff. de offi. præfec. vrbis. lj. §. quod autem: non tamen adiudicabit illis ius eligendi: quia hoc nullo iure cauetur, nec factum reperit, sed oppones: electio spectat ad capitulum. supra capi. primo, in pauciores autem non peccantes recidit ius capituli, & eligendi; ergo ipsi eligent. ad quod respondent, ꝙ facta cassatione omnes simul faciunt vnum capitulum, vnde non potest minor pars eligere, nisi & maiori restituatur potestas eligendi, imo, ex quo maior pars deliquit, videtur ius eligendi ad superiorem deuolui, quasi totum capitulum deliquerit. ff. ad municipa. quod maior, in aucten. de sanctissimis episcopis. §. si quis orato
t rii domum, col. 9. nec mireris, si punitur t non delinquens propter delinquentem: quia simile habes supra eodem, scriptum. 6. q. 1. §. verum. 15. q. ultima, cum multæ, sed isti casus sunt speciales contra regulam, & ad consequentiam non trahendi, secundum Hostien. qui etiam dicit, curiam tenere non deuolui potestatem ad superiorem, nisi in casibus expressis a iure, remittit ad notata, de sup. negli. prælatorum, Romana, libro sexto, vnde dicit cum Innocen. primam opinionem approbandã, & idem Compo. nam & secundum quosdam hoc ipso, ꝙ maior pars priuabitur, ius eligendi sine alia adiudicatione recidet in minorem, argu. in eo, quod legitur & not. de officio delegati. prudentiã
u & c. vno u ¶ Quid † si electus delinquentibus non
43 consentit, vel post moritur, vel renũciat, an valeat secunda electio ante priuationis sententiam facta per delinquentes, qui sunt maior pars, contradicẽte, & appellante minore, quæ non deliquerat; videtur primo ꝙ non: quia in delictis non prodest pœnitentia in forensi iudicio. C. de apost. hi, qui, cum suis concor. Item res, quæ subiacet restitutioni, nõ potest alienari. C. de fideiuss. l. fi. & auct. ibi signata, alienatur autem res hic subiacens restitutioni, si teneret electio: quia illi postea, quibus restituenda erat, non possent eligere, ad idem. ff. de in diem adiect. vbi autem. §. fin. per quam. l. dici posset, ꝙ & si teneret electio facta per delinquentes, tamen non delinquentibus agentibus irritanda esset, & adiudicanda eis eligendi potestas, sicut ibi, licet tenuerit alienatio facta ab emptore, q & dominus erat, si tamen postea existat cõditio adiecta in diẽ,

rescisso

rescisso primo contractu, recuperat venditor rem illam, sic & alienata in fraudem patronorum, & creditorum reuocantur, licet alienantes domini fuerint. ff. de his, quę in fraudem creditorum. l. omnes. §. Lucius, & in multis alijs legibus, & pro hoc quia ex contrario sequeretur absurdũ, ꝙ in optione. delinquentis esset post perpetratum delictum pœnam effugere à l. impositam. Item quia stipulatio semel commissa non purgatur. ff. de arb. l. Celsus. Alij dicunt contrarium, & placet Inno. & Cõpost. qui dicit se sic obtinuisse, ꝙ talis electio valet dummodo non fiat in fraudem legis, nec in fraudem non delinquentium, quæ suspicio vix habebitur, & hoc ideo secũdum eos: quia facta est ab his, qui potestatem habebant eligendi, & quia conatus non habuit effectum, ar. ff. de in ius vocan. quãuis. ff. de his, qui no. infa. l. 3. ff. si quis cau. & si post. C. de app. si quis libellos. ff. de bonis libert. si vero, & videtur quasi terminari. ff. de dona. post contractum, C. de bonis proscri. si quis post. vbi dicitur, ꝙ si bona committentis capitale crimen debent publicari: tenet tamen alienatio per ipsum de illis facta ante sententiam, dummodo fiat sine suspicione pœnę. ff. de don. si aliquis. Ista vero suspicio non
per videtur in electionibus cessare, dummodo de bonis prouideatur personis. quia in eis mora periculosa est, infra de app. oblatæ, in fine, & ideo non mala suspicio, sed bona fides præsumitur. ad idem C. de pactis conuen. inter empto. l. j. & 2. C. de dona. ante nuptias. l. cum ante. C. de iure dot. l. etiam vbi dicitur, ꝙ si venditur, vel donatur res sub tali pacto, ꝙ certo casu contingente res donata, vel vẽdita perueniat ad donatorem, vel venditorem: tamen, si interim emptor, vel donatarius rem illam alteri alienet, tenet alienatio, nec reuocatur, quãuis competat præscriptis verbis contra alienan-
x tem x à simili tenet electio ab istis facta, quamuis delinquentes puniri possint alia competenti pœna, ar. de maledicis. c. 2. nec obstat, ꝙ in delictis nõ purgatur pœna, fateor enim, ꝙ delinquentes puniẽdi sunt, vt nunc dixi, sed non ista, sed alia, quam iudex eligeret, licet etiam aliquando sit locus peniten
y tiæ y in delictis. ff. de publica. l. j. §. vnde quæritur, & C. hæreticis, Manichæos. nec obstat, quod dicitur, ꝙ fur, vel raptor, & si restituere velit rem non euadit pœnam dùpli, vel quadrupli. ff. de furtis, qui eamente. ff. vi bo. rapto. l. penul. immo concordant: quia si talis interim alienet res suas ante condemnationem, bene euitabit illam pœnam: quia inanis est actio, de sol. Odoardus, & per præ. l. post cõtractum. Est tamen in hoc differentia: quia ibi facilius præsumeretur fieri alienatio in fraudem pœnæ, quàm in electionibus. Item ibi facto furto statim fur tenetur ad pœnam, & competit actio contra ipsum, Isti verò canonici non habent ius in electione, nisi detur per sententiam. nec obstat, qđ opponitur de. l. vlt. C. de fideicom. quia res, quæ ex
z causa fideicommissi restitutioni subiacet, statim est obligata, & affecta fideicommissario z & in potestate sua dicitur esse. Item non obstat, quod obijcitur de venditione facta sub pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel alienationis in fraudem creditorum, vel patronorum, sunt enim speciali a ad consequentiam non trahenda. nec obstat. l. Celsus, de arbitris, quæ loquitur in pœna commissa certæ personæ, & ex stipulatione homi
nis, nos verò loquimur de pœna legis, quæ mitius agit, quàm homo, vt ibi. Item debet esse differẽtia inter priuatos, & priuandos. Sed secundum cõtrariam opinionem sequeretur, quòd non esset diffe
aa rentia quod esset absurdum secundum Innoc. aa Sed Hostien. dicit in electione facta contra formã non esse locum pœnitentiæ, aliquo, cuius interest, contradicente; & appellante. nec obstat supra eo. cum terra: quia de tractatu, non de electione iam facta loquitur, vt ibi no. nec potest dici, ꝙ hoc casu fiat electio sine suspicione pœnæ, & sine fraude nõ peccantium, immò patet, ꝙ ex quo ex hac causa contradicitur delinquentibus; & appellatur, & ip si nihilominus eligunt, hoc ipso secundum prædictam solutionem, & ius non delinquentium excludunt, & certam pœnam huius canonis euitant cum tamen, ex quo certa imponitur, non sit ad arbitrariam recurrendum, nisi vbi expresse hoc reperitur in iure, vt patet de offi. delegati, de causis, de maledicis. c. 2. Item cum appellatio ex iusta causa ab his, quorum interest, sit missa, ergo non tenet
bb electio postea facta supra eo. auditis bb nec obstant alia iura inducta, quæ intelligenda sunt omnia, quando delinquentibus non contradicitur, vel saltem non appellatur supra eo. cum Vintonien. infra c. j. lib. 6. dicit ergo veram primam sententiã, quando ex hac causa appellatur. pro Hostien. bene facit. infra eod. ab eo, libro sexto, & clemen. eo. titu. constitutionem. §. insuper, in fine. & quod nota. infra eo. si electio, lib. 6. & iura ibi alleg. super fi. tertiæ glossæ. adoptiuus meus, qui solemniter disputauit hanc quæstionem, soluendo tenuit cum Inno. & Compost. etiam si non delinquentes contradicant, & appellent. potissimè mouit eum, ꝙ ius eligendi non est apud eos ante sententiam, & sic peccantes potuerunt illam præuenire, infra de diuortijs, gaudemus. §. pe. de præben. si tibi absenti, libro sexto, cum concor. induxit etiam doctrinã quam pro regula trado, supra eo. auditis, super vl.
44 glo. vltra medium [*Illud autem*] vtilis † fuit prouisio huius. §. docet enim experientia, ꝙ quis dat ꝑ curatorem ad eligendum, quem scit talem electurum, quem ipse per se nullo modo eligeret cõtra id, quod dicam infra de purga. cano. accedens. Itẽ sæpè potentiores in ecclesia procurabant se tot canonicorum procura. fieri, ꝙ in eorum potestate
45 esset electio [*Ne quis*] absens † nã præsens cc hoc
cc posset, remittit Hostien. in hoc ad notata. supra eodem scriptum, super versic. per alios, & de hoc de appella. constitutus, in principio, dixit hic Inno. ꝙ contemptus, cuius procura. non admittitur, facit, si vult, electionem cassari, quod est planum. supra eo. quod sicut, & c. bonæ: citari autem debet canonicus, secundum Innocen. Hostien. & Compo. per sonaliter, si est infra loca, infra quæ fit vocatio, & scitur ibi esse. Si verò nescitur, vbi sit, citetur ꝑ edictum publicum in loco, vbi communiter morat. infra de cle. non resi. ex tuæ. de foro competenti, ex
dd parte dd quod dic, vt de dolo, & contuma. causam, & c. fina. & dicam de eo, qui mit. in pos. c. fin. ꝙ si tempore citationis erat in loco, vnde vocari dẽt, sed tempore electionis est extra in loco, quo vocari non debuit, non præiudicat capitulo: quia non interest absentis secundum Innocen. & Comp. & quia spectamus tempus electionis, supra eo. dudũ & infra eo. dudum, secundum Hostien. secundum quem posset dici contrarium, contemnitur enim, si non citatur ita cito ante diem electionis, quòd venire possit; & potest causari, ꝙ si sciuisset, ad aliũ locum non iuisset, arg. supra eo. cum inter vniuersas, & infra eod. ecclesia. 2. & vide, quod ibi dicam super glo. iste fuit. Quid in casu conuerso, quando scilicet tempore citationis erat extra locum, tempore electionis intra locum vocationis: secũdum Innocen. & Compost. excusatur capitulum, cui sufficit, ꝙ illam diligentiam adhibuit circa istum, quam circa alios, quod placet Hostien. nisi sciret capitulum citationis tempore illum esse in loco,

vnde

ee vnde vocari potuit .ee præsumetur tamen ignorantia secundùm eum, nisi probetur scientia. ff. de probatio. verius. præcipuè ex quo prius adhibuit diligentiam de vagabundo, qui nunc extra fines est, nunc intra. satis est, q̃ citetur ad domum. nec præiudicabit capitulo, etiam si aliquo die illo tẽpore, quo citationes fiunt, reperiatur intra metas fuisse secundùm Inno. ff. de instito. sed & si. §. conditio. ff. de iudi. hæres. §. nam vbi sic. idem Hostiẽ. & Compo. [*in electionis negocio*] non dixit iudicio, super quo vide quod no. ĩ. eo. c. penul. li. 6. in gl. quid
46 ergo [*Procuratorem*] an iste† procur. alium substituere possit, & an possit committere, vide quod no. ĩ.
47 cap. penultimo, in glo. not. [*Debeat*] i. si existens† in loco, de quo vocari non debet, vel intra locum, tamen non habens impedimentum de procur. & & non excipiatur, sed admittatur, tenet quod per eum fit, arg. ŝ. eo. cum Vintonien. & quod ibi not. in si. & ff. de procura. filius. §. veterani, ſm Innocẽ. Hostien. & Comp. de rescriptis, cęterum, & ŝ. eod.
ff scriptum, versi. & si partes ff [*Iusto*] dic vt. ĩ. ca. pe.
48 in gl. ij. [*Si opus fuerit*] i. si † exigatur. ff. de iureiurã.
gg iusiurandum. gg §. qui iusiurandum, de no. oper. nuncia. de pupillo. §. qui opus [*Iuramento*] nunquid
49 habeat† dominus necesse iurare, & quid si procura. non habeat mandatum ad iurandum? & si habet, per quæ verba debet iurare, no. ĩ. c. penultimo
50 libro sexto, in 3. gl. Quid † post præstitum iuramẽtum is, cui vox illius præiudicat, vult probare, q̃ dominus non erat iuste impeditus, vel non erat in loco, quo vocari debet, non videtur audiendus,
hh ar. ff. de iureiura. non erit. §. dato iureiuran.hh nisi dicas aliud in spiritualibus, vbi quod fit per obreptionem, etiam post sententiam reuocatur. ŝ. eodem, cum dilecti, de rescrip. constitutus, cum dilecta, & c. ad audientiam. ij. ſm Innocen. hoc verum ex officio iudicis secundùm Hostien. vt ibi, & ŝ. eo. cum nobis, & non ad instantiam partis, sicut aliàs no. simile. ĩ. de testibus, per tuas, & c. cum clamor.
51 ¶ Quid si procura. fuit † admissus sine præstatione iuramenti? So. neque de loco, neque de impedimento decetero poterit excipi, quasi capitulum tacitè videatur huic exceptioni renunciasse, quãuis iuramentum remiserit per ignorantiam facti, quæ plerumque prudentissimos fallit. ff. de iur. & facti ignoran. l. secunda: quia credidit hoc dicenti respondetur, quod supina fuit talis ignorantia, & nimis credulus sibi imputet, qui prouisionem iuris de iuramento exigendo neglexit secundùm In
ii nocenti.ii & idem Compost. ¶ Quid si maior ps
52 capituli † contenta est iuramento, minor contradicit, dicens se paratam probare contrarium? videtur quibusdam, & Compost. standum esse maiori parti. nam propter incredulitatem capituli indictum est iuramentum, de iureiuran. & si Christus, & quod maior pars & cętera. ff. ad muni. q̃ maior. nec obstat hoc interdictum, quod in fauorem capituli introductum est, ei ergo potest bene renunciare capitulum, de regula. statuimus. nec ĩ eius lęsionem est retorquendum. ĩ. de regu. iur. q̃ ob gratiam, libro sexto. facit. ĩ. e. c. penultimo, ver. sed is, libro sexto. alij contradicentes, quòd proba
to contrario coram superiore reuocabitur suffragium vocis suæ, non autem quicquid post talem contradictionem est factum, etiam si fuerit appellatum, nisi id totum, quod est factum, penderet ex eius voce: quia tunc totum reuocabitur secũdùm
53 Innocen. ar. de re iudi. cum I. & A. ¶ Sed † oppones, quicquid post appel. legitimam fit, reuocan-
kk dumkk esse, de appel. cum causam. dicit Innocen. illud in iudiciis locum habere, vbi post appel. desinit iudex esse: secus in extraiudicialibus, vt hic, vbi non debet quis omittere propter alterius appella. etiam iustam, quin vtatur iure suo. Item licet procedat capitulum post appella. non tamen contra eam, cum fuerit appellatum, nec vox absentis per
11 procuratorem admittatur supra eod. cum11 nobis, & idem in similibus secundùm Innocen. quasi intendat Innoc. & hoc exprimit Pe. quòd appel. & si sit legitima, id solum operetur, quòd vox illius non computetur inter eligentes, quasi contra appel. sit illam computare. sed non fit contra appel. illa non computata eligere. hæc non placent Hostien. qui dicit, quòd si appellatum fuit, ne talis absens per procuratorem admittatur contra istum. §. vtique si illo admisso sequatur electio, directè sit cõtra appellationem ex iusta causa emissam. illa ergo probata coram superiore totum est reuocandum, cum etiam in extraiudicialibus sufficiat ex verisimilibus causis appellare ad hoc, vt attentata reuocentur, quod est expressum, de appel. bonæ. nec est verum dicere, quòd post talem appel. debeat fieri electio, Sed est verum, quòd si fiat, non reuocabitur, nisi probetur causa iusta allegata. sed vtique & in iudicialibus idem, de hoc de appel. non solum, libro sexto. nec ob. l. quod maior, quæ intelligitur, nisi minor pars aliquid verum & rationabile prætendat, de his, quæ fiunt à maior. par. ca. cap. 1. nec est in capituli potestate contra hoc interdictum facere, saltem vno contra dicente ex vera & iusta causa. admittere enim pro cur. vel non admittere, ex quo iusta causa prætenditur, voluntarium est, non necessarium: sed in voluntariis vnus ex causa contradicere potest, vt not. de constitut. cum omnes. Si ergo ex ea causa, ne fiat electio, appelletur, ea probata totum reuocabitur. Si verò non fuerit appellatum, sed simpliciter contradictum, tenet electio, & imputet sibi, qui non appellauit. & est secundùm Hostien. simile, quod dixi secundùm eũ super verbo, priuentur, ad fin. glo. Harum opinio num quælibet saluari potest, vt dicam, quòd vera sit opinio Hostien. si de tempore iuris supererat pro probatione recipienda, & electione facienda, Et minor pars egreditur capitulum, & innitẽs appellationi eligere renuit. nec obstat, quod dicitur de fauore per id, quod dixi in prima parte huius glo. Item conclusio illius opinionis æquè procederet, si appellatum esset cõtra extraneum, quod esset absurdum. Item non solum vox absentis, sed etiam appellantium inuenitur excludi per id. Si verò tempus arctat, vel minor pars forsan cum protestatione, quod instabat appellationi, cum illis eligeret, vera sit primorum opinio. Et tunc. ſ.
54 iuramento præstito, † Abbas. tu dic i. cum illa duo concurrunt. Si voluerit quia nec cogitur, & est simile. supra in principio, ibi, & volunt, Vin. vel pluribus, dum tamen insolidum, infra eod. capit. penultimo, libro sexto. De ipso collegio eligentium, vt dixi supra post principium, vnde, si plura collegia habent vocem in electione priuati, non est necesse quòd procura. sit de collegio impediti. exemplum. ŝ. eod. scriptum. Vocem suam si mor-
55 tuus † est canonicus absens, videtur, q̃ procurator per hoc non debeat cessare, ad hoc de officio delega. gratum, & c. licet. Compost. contra. dicit tamen, quòd antequam sciatur de morte canonici, valent, quæ fiunt per eum. ff. si certum petatur. eũ qui. in procuratore verò dato ad litem non fit peretuatio potestatis: imò expirat mortuo mandatore, insti. mandati. §. rectè, & clemen. de procura.
56 procurator. Publicetur clero † & populo, & publicari poterit per quemcunque. cum enim hæc publicatio non sit de substantia, sufficit, quòd non teneat

teneat eam secretam ita, quòd possit dici clandestina secundùm Innocen. & Compost. Abb. & Eg. Sed Hostiẽ. videtur velle, quòd si publicatio omittitur inimico animo, non noceat electo: aliàs sic. ad quod facit, quod not. infra eod. publicato: cre
57 do cum Innocen. & sequacibus. ¶ Prima † glo. quærit, arguit negatiue, ponit opinionem ad illã partem, & soluit contrarium. finis respon. per aliã questionẽ. ¶ Glo. per hoc, obijcit, & soluit. ¶ Glossa, dic vt infra, respon. per quæstionem. ſ. quæ sint substantialia huiut formæ, & nunquid vocatio ab sentium, numerus trium scrutatorum, & esse de collegio sint de substantia. ¶ Gl. & isti, respon. per duas quæstiones. ¶ Gloss. sed nunquid, quærit, arguit, soluit; ponit opinionem contrariam, quam reprobat. ¶ Glo. per sententiam, signat contrariũ, & remittit. ¶ Penul. glo. obiicit, & soluit, secundo, arguit ad opinionem, & remittit, tertia pars resp. per duas quæstiones, an canonicus procurator ab sentis habeat duas voces, & an constituẽs habeat necesse iurare, in fine quærit, arguit pro, & soluit.
58 ¶ In † gl. sicut [*ibi, Nullum*] ibi dicitur testis iudicis intrare secretum. ¶ In gl. ĩ. incontinenti [*ibi, Hære. des palam, in fin.*] vno tãtum contextu testari est, nullum actum alienum testamento miscere: propter pertinens autem, testamentum non vitiatur [*& ibi, Promissor*] vide de ætate, & qualitate, præterea, super vltima glo. [*& ibi, quod dicimus*] hæres statim debet soluere fideiussori testatoris, qui soluit ante aditam hæreditatem, sed intelligitur cum temporis temperamento. quia cum sacco paratus ire nõ tenetur [*& ibi, §. Item si ita*] si testator dixit penum & si penum non dederis, dato. x. si incontinenti penum hæres soluit, id legatum videtur, & in Falcidia imputatur, illud autem, incontinenti, accipit pro modico spacio. & ibi. §. cõfestim, loquitur de matre, quæ tutorem filio confestim petere debet. & ibi, cum specialis, cum iudex recusatur illico, ĩ. triduum eligantur arbitri & ibi. l. vlti. vide in præ. c. prætereà, super vltima glo. ¶ In glo. dic vt. ĩ. ibi [*si arborem*] si debeo seruitutem, ne luminibus officiã non plus solito lumen facio, nisi per ædificiũ quadam pressura lumen deuoluatur in ædes. & ibi [*Testamentum*] vnde non nocet testatio, si testator dixit, si non valet iure testamenti &c. & ibi [*Legata*] in principio, legato suppellectilis non derogetur p ſpecies ex abundanti, & per imperitiam enumeratas. secus, si scienter per id determinatum fuit genus. ¶ In glo. & isti, ibi [*sine exitu*] est propter naturalem hominum facilitatem ad dissentiendum, vt ibi. ¶ In glo. sed nunquid, ibi [*inuitum*] non cogitur quis emere, vel vendere. & ibi [*in vendentis*] collata conditionem in ementis, vel vẽdentis voluntatem obligatio nulla, & ibi [*Voluntaria*] adiudicatio necessaria. & ideo post adiudicationem auditur creditor volens totum reddere, post emptionem non. ¶ In glo. penulti. ibi, contra Pupillum. §.
59 1. cuius textum vide de appel. si duobus, super tertia glo. ¶ In † glo. prima, ibi [*Regulares*] licet Roffr. bene dixerit in libro, vbi tractat de monachis. §. videamus vltimo, versi. illud autem frequenter, q̃ p nunciatum fuit de mandato papæ, decre. non habere locum in electione Abbatum: quia abbas non propriè dicitur pastor, & est nomen solicitu-
mm dinis potius, quam honoris mm xvij. q. iij. hoc tantum: tamen pastor dicitur, vt supra eod. officij. nec mirum, cum etiam rector parochialis ecclesiæ sit pastor gregis. ĩ. eod. licet canon, lib. 6. cõstat etiam abbatias in multis æquari episcopatibus. su
nn pra eod. cupientes, nn & capitul. si postquàm, lib.
oo 6. item nedum Abbas, oo sed etiam Abbatissa dignitatem habet. infr. eod. indemnitatibus. §. verum, eodem lib. & ipse idem in contrarium dixerat. infr. eod. libro, iuxta principium. §. attende. & ita tenent omnes, & ita seruatur. & idem intelligas in abbatijs monialium saluo eo, quod habes infra eodem indemnitatibus. §. vt autem. vbi satis hoc probatur, maxime ex eo, quòd ibi dicit, decernimus. & hoc etiam tenet Ber. infr. de re iudi. ad probandum, in 3. glo. & Hostien. ibidem, quod idem videntur tenere omnes, qui posuerunt hanc glossam. & hoc teneas, licet Abba. & Guil. de Ba.
60 hic dixerint contrarium. Dicit† etiam Rof. obtentum in curia, quòd si eligatur quis ad dignitatem non curatam non seruata hac forma, valebit electio & ibi [*Episcopum*] qui pro illis vacantibus agere potest, de succes. ab inte. capitul. fin. & ibi [*Ne pro defectu*] hucusque glos. Io. quam etiam posuerunt ad literam Tan. Vincen. Phi. & ibi [*Collegiatis*] Idem Goffr. Innocen. Hostien. & Compostel. dummodò collegium sit tale, & tantum, quòd possint formę seruari: aliàs sufficiat consensus, de quo constet, & soluit quod dixi supra capitul. 1. & dicam. super glo. dic vt, & super glos. sed nunquid. Et in fine. Idem Gof. Innocenti. & Compostel. & Guil. in spe. eod. titul. in fine. & Guil. Man. c. xxj. tenet idem, nisi consuetudo ecclesiæ esset etiã illis dignitatibus formas seruare. facit de officio lega. capitul. penultimo, libr. 6. Hostien. contradicens hanc decre. habere locum in omnibus bene ficijs, quorum electio, vel collatio ad aliquod collegium pertinet: dicit tamẽ, q̃ vidit hoc in aliquibus ecclesijs non seruari, allegans mentem condi toris, & decre. infr. eod. capitul. primo. §. hoc autẽ, libro. vj. & vbi dicit textus, ecclesijs viduatis, subaudi, vel destitutis ministris, primos sequor, vt no. in fr. eod. sicut cum, libro sexto. ¶ In glo. 2. sed Archidiaconus ibi sequitur Hostien. & vide quod dicã in præ. capit. libro sexto, super verbo, in formam.
61 ¶ In glo. 2. in fine. & † qui possident, licet nõ præscripserint. infr. eod. Cumana, & capitul. in genesi. vnde dicit Boa. v. modis canonicos interesse debere, de iure, consuetudine, priuilegio, institutione, & possessionis commodo. ¶ In glo. per hoc, ibi [*præ latum*] dicit Inn. multi difficilius conueniunt in p̃latum, quàm in electores. & secundùm Hostien.
pp de vno solo scrutatore non statuit; quia firmiusPP est iudicium plurium, de offi. delega. prudentiam, & nequid falsum committatur, supra eod. cum dilecti. de v. vel. vij. ideò non statuit, quia numerus il le non sic communiter conueniret ecclesijs, & ga facilius facerent tres partes, si essent plures, quàm
62 tres tantum, † & ibi [*In eligendo*] & per hoc dixit Hostien. quòd si episcopus, vel alius de collegio, cuius vultus esset terribilis, assumeretur inter hos scrutatores, appellari posset hęc causa adiecta, maxime si intenderet etiam alijs inuitis aliquem promouere, & de hoc se iactasset. ¶ In glos. per ipsos,
63 ibi [*tabellionem*] qui † potest esse laicus secundùm Compo. qui se dicit hoc vidisse. sed secũdùm Gui. Na. Ia. de Alb. Hostien. & Egid. debet esse clericus.
qq qq & dicunt, quòd propter hoc fuit cassata electio episcopi Placentini. nec obstat secundùm Hostien. de probati. quoniam: quia aliud in iudicijs, licet ecclesiasticis, vbi scribit tabellio etiam laicº, cum etiam teneat sententia lata per laicos & clericos rr simul mistos, de arbitris, per tuas, quod rr non est in electione. ĩ. eod. Messana, quæ nec fieri potest per laicos mistos canonicis, vt ibi. pro prima parte satisfacit. ĩ. de procura. capitul. 1. in principio, libr. 6. & consuetudo, quæ in talibus satis operatur, de fide instru. cum dilectus. & huic dicto consentit Guil. in spec. ti. de instru. edi. §. restat, ver. quid ergo, si tabellio, & Pe. hic, an verò tabellio

lio constitutus a laico in ecclesia sticis possit instru
menta conficere, dicam secundum Hostien. ꝯ. ne
clerī. vel mona. sicut te. Et in fine secundum Inno
64 cen. qui † dicebat præter scrutatores posse duos,
vel plures testes adhiberi. & idem Guil. Man. in
opere suo, capitul. xxij. & xxiiij. dicit Hostien. hoc
esse tutius, quòd nullus testis adhibeatur, nec a
verbis huius formæ recedatur, & hoc seruare so
leo, & plus placet. sicut enim in depositione testis,
quæ fieri debet secreto, non adhibentur testes, sic
ff nec in ista. ¶ In glossa, idest, ibi, [ss] post vota Idem
Rof. Goffr. & Hostien. sed Inno. infr. eodem publi-
65 cato, in vlt. glos. Compost. hoc videntur † dicere,
quod non est de forma, quòd publicatio fiat sta
tim post scrutinium, imò dicunt, quòd si differa-
tur per plures dies, valebit electio. fatentur tamē,
quòd post publicationem statim fieri debet colla
tio. infra eodem, cum post. primos sequor per hāc
literam, saluo eo, quod no. Ber. in decre. publica-
to, in fine vltimæ glossæ. & ibi, promissor, & facit
quòd not. lxxvij. distin. quicunque, & infra de loca
to, potuit, in glos. antepenulti. & ibi, Si in quali-
bet, vbi plenius de hoc in specu. de disputatione,
& alleg. §. post hoc, ver. item mox. ¶ In glo. vt scia-
tur, ibi, debet fieri saluo eo, quod dicitur. vt infra
eodem indemnitatibus. §. vt autem, libro sexto.
¶ In glo. dic vt infrà. & ibi [*ecclesia vestra*] vbi etiam
nota. quid si in omnibus sit paritas, quod no. hic
Goffr. & ibi [*Non credo*] Idem Vincen. Goffr. & mo-
66 derni. & ibi [*De substantia*] dummodo licet † in
hoc varie locuti sint doctores. hoc tamen videtur
de mente ipsorum, scilicet Vincen. Goffr. Innoce.
Hostien. & Compost. quòd cautius sit, & secundū
quosdam eorum necessarium, quòd sint tres, nō
plures, nec pauciores, nisi paucitas collegij eos ex-
cuset. vnde si sunt tres. vel quattuor, poterunt as-
sumere vnum, qui cum tabellione scrutetur secū
dum Vincen. vel scrutari duo tertium, vel si sunt
duo tantum, sufficiet mutuus consensus. vel si est
vnus solus, vocatis testibus exprimet consensum
suum, & postea eliget, & electionem publicabit
secundum Innocen. & Compost. & dixi de hoc. ꝯ.
capitul. 1. & adde quod dicam infra glossa secun-
67 da. & ibi [*collegio*] Idem † Vincen. & Tancre. Sed
Goffr. & Hostien. contra, quod est tutius secun-
dum Compost. & hoc credo verum intelligendo,
prout dixit Innocen. quòd textus loquatur de col
legio eligentium, non ecclesiæ vacantis tantum.
& est ratio secundum Hostien. quia proprij fide-
lius facient hoc, quam alij, de testa. cum in officijs
nec expedit aliis conscientias eligentium aperire,
de offic. ordina. vt iuxta. Guil. Man. in libro suo su
per capitulo. xxiij. no. de Abba. Tulennen. confir-
mato, vbi fuerant sex scrutatores de collegio, &
tres de extra collegium. ¶ In glo. & isti, ibi [*Religio-
si*] idest clerici. & ibi [*De forma*] secundum Ioan.
& probatur etiam de renuntia. post translatio-
nem, in principio. Idem omnes moderni. sed
Guil. Naso contra. ¶ In glo. sed nunquid, ibi,
[*Rationabilis causa*] sed rationabile est, quòd quis
non priuetur voce sua, vt sequitur in glo. & sic
hoc capitul. concordat dicto glo. & ibi [*Non vi-
detur*] concor. Innocen. Hostien. & Compostel.
68 qui dicit † curiam sic tenere. Idem Archidia. in
sua disputatione, etiam si sequatur confirmatio.
ipse tamen Hostien. supra eodem capitul. dixit,
quòd si tres tantum sunt canonici, duo etiam cō
tradicente tertio ad formam compromissi proce
dere poterunt, & erit eo casu speciale: quia volen
tes compromittere faciunt duas partes; ad hoc
tt supra eod. scriptum [tt] & capitul. licet: tum quia
necessitas non subiacet legi, de regulis iuris,
quod non est: tum ergo scrutinium scrutari non
possunt, vt dixi. supra secunda glo. ad hanc for-
mam recurrent. Si autem duo contradicunt,
vel sunt duo, & vnus vult compromittere, al-
ter non; inuicem se impediunt. ff. de vsufruct.
quotiens. & si in hac discordia labitur rempus,
ad proximum superiorem deuoluetur potestas.
supra capitul. proximo. de hoc supra capitul. pri-
69 mo ¶ In glossa. per sententiam, vnde si † secundo
eligant antequam contra eos feratur priuationis
sententia, tenet electio, etiam si fiat ab eis, cum
sint maior pars, contradicente & appellante al-
tera minori parte secundum Innocen. & Com-
postel. arg. l. ff. de dona. post contractum. & C. de
bonis proscri. si quis post. sed Hostien. dixit hoc
verum, quando contradictum, vel appellatum
non est. aliàs non valebit electio secundum eum.
de hoc satis dixi in textu. ¶ In glossa. si venire, ibi,
22 formam ſcrutinij nõ, cum ſecundùm illam aſtringatur nominatè non certum, ſed meliorẽ. 8. quæſtio. prima, licet. Item per formam compromiſſi non: quia non valet compromiſſum in arbitrum, vt certam ſententiam ferat. ff. de arbitris. l. qualem Item per ſpirationem non: quia ad illam non arctati, ſed ſolo ſpiritu ſancto vocati procedere debent. Compoſt. cautius tamen eſt, quòd per vnam de formis perſonam eligant nominatam ſecundũ Hoſtien. & quòd compromiſſum hoc caſu procedat, probatur infra eodem, ſi cui, & c. cum expediat, libro ſexto, vide quod dixi ſupra eodem, quia propter, ſuper verſi. de paſtore [*& ibi, ſcrutinium*] Vnde dicebat Innocen. & poſt eum Hoſtien. Compo.

23 & Abbas, quòd † ſi ſolum poſt ſcrutinium factum & publicatum requireretur conſilium, deriſoriũ eſſet, cum opporteat illum eligi, in quem maior, & ſanior pars conſentit in ſcrutinio, & ſic reprehẽdunt illos, qui dicunt, quòd ſufficit in electione requiri conſilium, collaudant tamẽ, quod ſequitur in gloſſ. ſcilicet, quòd poſt publicationem etiam in electione iterum illorum conſilium requiratur

24 nec placet † Hoſtien. quod quidam dixerunt hoc caſu, quando mandatur de conſilio aliquorum electionem fieri, canonicos publicè coram conſiliarijs debere dicere vota ſua: nec eſſe neceſſe formã ſeruari, ſicut nec eſſet, ſi fieret electio in papæ præſentia, cum conſiliarii vice papæ fungantur. C. de teſta. omnium, hoc enim eſt falſum, niſi forma reſcripti id haberet expreſſum: aliter præſente generali legato non eſſet neceſſe formam ſeruari. 93. d. capitulo finali. 94. diſtinctio. capitulo primo, quod eſt falſum. Item ſecundũ Inn. procedũt prædicta, ſiue dicatur, tractetis, & eligatis de conſilio talium ſiue dicatur, tractetis, & eligatis. Si vero procedũt per formam compromiſſi, dixi in textu, ſuper ver. dediſtis. ¶ In gloſſ. penultima [*ibi, Arctauerunt*] non enim dẽt ſuccurri ei, qui in neceſſitate ſe poſuit. ff. qui ſatisda. cogan. l. ſi fideiuſſor. §. penultimo. ff. ſi quis cau. l. ſecunda. §. ſi quis tamen, & C. de acti. & obligatio. l. ſicut, in principio. Et not. hic Goffre.

25 & Egy. tria † argumenta, primum contra querentes, qui non expectata concluſione reſponſionis

l opponunt [l] ad id. 11. quæſtio. 3. eorum, ſecundum contra vocatos ad iudicium, qui nimis tempeſti-

m uè recedũt [m] 11. quæſtio. 3. certum, tertium, quod ſi citatus tarde arripit iter ex impedimento ſibi in via contingẽte, non excuſabitur, per iura ſuperius allegata [*& ibi, Si quis in ſuo*] & infra de regulis iuris, non debet, libro ſexto.

ADDITIONES.

a ¶ Cum in veteri. Ad materiam iſtius decre. quando requiratur conſenſus, vel conſilium antiquorum, vide glo. & Innocen. in c. venerabili, de offi. dele. & glo. & quod ple. ſcripſi in c. cum conſuetudine. §. de conſue. Arch.

a ¶ Cum in veteri. Vide circa materiam iſtius. c. tex. notabilem. in l. Titium, vbi Bar. in ſummario. ff. de admini. tuto. Ludo. Rom. conſi. 235. Comen. conſi. 56.

b Appellatio. Et vide gl. quia dies, in c. j. de reſt. ſpo. libro ſexto, & Bal. in l. eos. §. ſi autem. C. de app.

c Conſcientia. Verbum, de conſcientia, quid importet, & vide per Bal. in l. nemo. C. de ſen. & interlo. om. iud.

d Abbas. In gl. ecce, & ſuper illa per Io. An. & vide l. duo ſunt Titij. ff de teſta. tute.

e Acceſſorijs. Ad hoc lex, ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procura. cum ibi no. in gl.

f Præcipitanter. Vide tex. no. in l. ſi me, & Ticium, in ver. ſubſiſto. ff. ſi cer. peta. & gl. in c. non licet 11. q. 9. de qua latè ſcribit. d. Iaſon in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in 6. colum. ff. de off. proconſ.

g Olim. Vide plenius. Ioan. And. in c. nullus ex conſilio, de re. iu. lib. 6. in Mercu. & Bar. in l. j. §. ſi plures. ff. de exerci. & in l. Titium, & Mæuium. ff. de adm. tut. in prin. & ibi no. tex.

h Conſuetudine. In alijs actibus, quàm electio. videtur ſufficere, ſi conſenſus etiam poſt actum interueniat, vt no. Io. An. ſupra de conſuet. cum conſuetudinis, & Bar. in l. ſi autem. ff. de aqua plu. arcen. niſi aliquo certo tempore requiratur ipſe cõnſenſus, vt l. bonorum. ff. rem ra. habe. & ibi per Bar. & facit, quod infra ſequitur.

i Integrum. Electio ergo, quæ habet ſuas partes, ex quibus illa reſultat hic ſumitur non pro completa: quia aliàs fruſtra conſilium requireretur, ſed pro initiata, aliter ſumitur in c. perpetuæ, coniunẽto. c. cum in cunctis, eo. ti. lib. 6. vbi vide.

K Graſſenſis. Et tamen iſtud verbum, voluntatem conſiliariorum, poſitum in gl. videtur importare liberum arbitrium, & ſic indignum videtur poſſe eligere, ad hoc l. cum quid. ff. de lega. 2. vbi vide gloſſ. & Barto.

l Opponunt. Vide domi. Iaſo. in l. patre furio ſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.

m Recedunt. Et ideo ſolet dici, quòd non dicitur veniſſe, qui non ſtetit,

SVMMARIVM.

1 *Electus à maiori parte capituli, ſi eſt idoneus, confirmatur alter confirmatur electio minoris partis facta de digno, & num. 3.*

2 *Procurator conſtitutus ad eligendum, ſi eſt de collegio, an duos poſſit eligere, remiſſ.*

4 *Electio minoris partis ob priuationem maioris, an uno contextu facienda ſit cum priori, & nu. 9.*

5 *Electio non eſt indifferenter nulla, ſi facta ſit de non idoneo.*

6 *Electio quando deuoluatur ad minorem partem non peccantẽ & num. 10.*

7 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, numero 8. 9. & ſequen.*

CAP.

CAP. LIII.

1 Ongregato. Caſus. Electus † à maiori parte capituli, ſi eſt idoneus, confirmatur: aliter confirmatur electio minoris partis facta de digno. Et prima pars ponit proceſſum electionum, & allegationes partium. Secũda ibi, Nos igit̃ diffinitiuam duo membra diſtinguendo commit-

2 tit [*Procuratore*] hic † tractant Vincen. & Abbas, an iſte poſſit duos eligere, quod eſt expeditum, infra eodem c. pe. §. porro, lib. 6. [*Qui*] cantor. ſcilicet [*Plures*] 18. ſcilicet [*Pauciores*] ſcilicet. 13. [*Dilexiſſent*] in ſcrutinio, vt patuit poſtea in collatione, Go-

3 fre. [*Poſtmodum*] cautè facit † pars minor ĩ hoc caſu permittendo maiorem prius eligere per id, quod dicitur, infra eodem, perpetuo, libro 6. quam decr. non viderunt Innocen. & Compoſt. qui contrariũ no. ſupra eodem, dudum, & dixi idem ſupra eodẽ auditis, ſuper vltima gloſſ. & placet id hic Abb. & Egy. Et inducebat hic Abbas verſum, Nulla reuiuiſcunt, quæ mortua nata fuere. vide quod dicam poſt Compoſt. ſuper ver. elegerunt [*Scientię*] quod dic, vt ſupra eodem, cum in cunctis, & c. cum nobis olim. [*Expertem*] hoc facile apparebit, quia patebit riſui imperitus Matheſeos. 37. diſtinct. qui de menſa, & no. de hoc de ætate, & qualitate. c. fin. & dic, vt infra eodẽ, ſi forte, libro ſexto [*propter, quod*] quia illiteratum ſcienter elegerant [*Priuatis*] nota igitur pro opinione, quam dicam in fine, quòd. ſ. minor pars hic innitebatur priuationi partis ma-

4 ioris [*ſ legerunt*] ex primis † conſenſibus ſecundum Compoſt. qui dicebat, quòd ſi vno contextu fiat, ſecunda, non debent vota repeti: ſi ex interuallo, neceſſe eſt illa repeti, & fieri nouum tractatum, & hoc placuit Innocen. ſupra eodem, conſideraui-mus, vt ſcripſi ſupra eodem, auditis, ſuper vltim. gloſſ. ad finem. Sed dicunt quidam hoc neceſſe, q̃ fiat nouus tractatus: nam quod prius fecit pars minor in tractatu, & alijs, non fecit, vt capitulum, cum adhuc ius maioris non recidiſſet in ipſam, & ſic non valuit, cum neceſſe ſit talia fieri, à ca. ſupra eodem, quia, de his, quæ fiunt à maio. part. cap. c. j. plus placet. Compoſt. primum dictum, cum hic, & ſupra eodem, dudum. l. de votis repetitis nil dicat̃, Item quaſi inciperet pars minor à capite, cum ei non liceat variare, infra eodem, publicato. nec obſtat, q̃ poſt electionem maioris partis delinquentis minor pars incipit eſſe capitulum, & habere ius nouum: quia & ante electionem maioris partis, quę poſtea malum elegit, potuit pars minor eligere, cum à principio ſcrutinij vſque ad publicatã electionem ſit vnica electio, & tractatus ſecundũ eum, & hoc placuit Innocen. ſupra eodem, dudũ, cautius videtur, vbi dixi ſupra, q̃ minor pars differat poſt factam electionem per partem maiorem. Si dicas, ergo omnia repetentur, cum vota minoris partis fuerint nulla. reſpon. non fuerunt nulla, immo arctabant ad electionem. & ſi dicatur, q̃ cõualeſcant ex facto eligentium, hoc non eſt abſurdum, vt no. infra de regulis iuris, non firmatur, lib. 6. ſed vt ibi no. non ſic in electione, in qua ſpeciale eſt, q̃ nulla non conualeſcit. ſupra eodem, auditis, dicam ergo, quod votum bene conualeſcit ex his, quæ occurrũt ante electionem: aliàs nulla electio valeret, cum votum primi, & ſecundi, & vltimorũ deponentium, antequam veniatur ad maiorem partem, non ſufficiat ad electionem, ſicut ergo ex ſuperadditis votis collegarum, ante electionem conualeſcunt priora, ita etiam conualeſcant ex votis collegarum ante electionem parẽtis, ad hoc

a infra eodem, cap. 2. lib. 6. [a] Et infra deciditur concluſio, quòd petebant electionem ſuam confirmari [*Non caſſatam*] ergo allegatio eſt duplici de cauſa: tum quia facta eodem contextu: tum quia prima ipſo iure caſſata, de hoc, ſupra eodem, auditis [*Alioquin*] dicebant Vincen. & Egy. q̃ ſi iſtud alio-

5 quin, reſpicit, quod ſupra dicit † de litteratura ſolum, vel ſimul litteraturam, & aliam indignitatem bene ſequitur, quod dicitur, confirmandam elec-

b tionem decani: ſed ſi reſpicit illud ſolum, [b] & alter eſt idoneus, non credunt indifferenter confirmandam electionem decani. pone, q̃ cantor interdum ebrioſus ſit, & ſit occultum, vel aliàs vilis, & improbabilis, non per hoc ſequitur electionem nullam, nec eligẽtes priuatos. caſſaretur ergo vtra que: altera, quia de indigno: altera, quia facta per partem minorem, in quam non reciderat ius maioris, facit ſupra eodem, ſcriptum, faciunt hæc ad queſtionem, quam diſputaui, ſcilicet q̃ pœna con

c cilij, cum in cunctis, non habeat locum, cum eligitur indignus indignitate in concilio non expreſſa, de qua in Mercuria. de reg. iur. odia, libro ſexto [c] [*Præficias*] non dicit confirmes, per quod dicit Io.

6 de. q̃ gratiam continet quo ad hoc, dixit † Innocẽ. q̃ licet quidam dixerint hoc contingere: quia maior pars ſcienter elegit indignum, ſupra eodem in notuit: ipſe tamen dicit idem, ſi ignoranter, dummodo eodem contextu fiat vtraque, argumen. ſupra eodem, ſcriptum, ipſo enim facto apparet minorem partem ſaniorem, vnde eius electio præfertur, ſupra eodem, dudum, argum. infra eodem, eccleſia veſtra, niſi forte numerus in duplum excederet, tunc enim non confirmaretur electio minoris partis, niſi probaretur eos elegiſſe ſcienter indignum, ſupra capitu. ſcriptum, & capitu. dudum. j. vbi Idem no. Compoſte. & vide quod dixi, ſupra eodem, ne pro defectu, in gloſſ. & ſi. Et reddunt diuerſitatis rationem, quare aliud in maiori numero, quàm in duplo maiori: quia duplo maior pars ex quo non peccauit, dicitur tenere capitulum, & non tertia pars, vel minor: ſed ſi non eſt duplo maior, tunc maior, quæ non peccauit, & minor ſunt capitulum: ſed minor eſt ſanior. vnde electio eius valet. Hoſtien. vero dixit hic, q̃ etiam ſi ſit duplo maior, quæ elegit ignoranter indignum, valet electio facta à minori, quàm à tertia parte, etiam ab vno ſolo de digno, ex quo fiunt vno contextu, hoc non placet, & ipſe Hoſtien. not. contrarium ſupra

d eodem, ſcriptum, in fine, vt ibi ſcripſi [d] teneo igitur. quod gloſſ. vltim. vt ibi dicam. ¶ Vltim. glo. reſpon. per † quæſtionem, quare hæc electio irrita,

7 & reliqua confirmanda, & arguit contra opinionem. ¶ In † gloſſ. j. [*ibi, geſiſſe videtur*] tutor, qui per

8 9 alium geſſit. ¶ † In gl. 3. in fi. poterant etiam ex interuallo facere, repetito tamen inter eos ſcrutinio & tractatu, vt dixi in textu ſuper verſic. elegerunt. ¶ In glo. vltim. [*ibi, remanſit penes alios*] Idem Phi. & Boa. & idem Egy. infra eodem, eccleſia, ſecundũ

10 quos † damus pro regula, q̃ electio partis minoris nunquam confirmatur, niſi in caſu decre. ſupra eodem, ſcriptum, vel niſi ius maioris partis recidat in minorem, ita, q̃ ex fictione minor cẽſeatur, vel totum capitulum, uel maior pars, & quandoque non ſufficit talis fictio, vt infra eodem, quorũdam, & c. indemnitatibus, lib. 6. & in Clemen. eodem titulo, quod circa, per quod dico, q̃ vbi maior pars eligit ignorãter indignum, & minor pars dignum, caſſabitur vtraque, vna, quia de indigno:

e altera, quia à parte minori [e] & quòd ſic ſit decreta. intelligenda, patet ex prima parte, vbi decanus, vel pars eius innitebat̃ huic iuri, ſ. priuationis partis maioris, & adde quod dicam. j. e. eccleſia.

A D-

ADDITIONES.

a ¶Libro. 6. Ibi vide gl. fi. & super illa vide Io. An. supra eo. bonæ, super gl. sciscitata, ver. sed quid si.
b Solum. Si aliam indignitatem citra litteraturam.
c Libro. 6. Et vide Io. An. supra eod. cum in cunctis, in gl. puta minoris & in c. bonæ. infra super ver. indignos.
d Scripsi. Scilicet in c. scriptum, super gl. fi.
e Minori. Vide, quod no. supra eo. cum vintonien sis, super gl. fi. & in c. auditis, in gl. fi. & super illa.

SVMMARIUM.

1 *Ineligibilis est habens plures dignitates, vel plura curata sine dispensatione papæ, & quorum pluralitas facit ineligibilem, nu. 2.*
3 *Exceptio non admittitur in iudicio nisi contra actionem, vel intentionem, fallit hæc regula in hic expressis.*
Contra electum quomodo procedatur.
4 *Probationes obiectorum contra electos in meliorem partem pro electis interpretari debent, sed laxius in exceptione, quàm in accusatione, nu. 5.*
5 *Accusatorem non debet admittere iudex ecclesiasticus faciẽ tem hoc libidine vindictæ, & quem præferre cæteris debeat, excipitur, nu. 23. ad finem.*
6 *Accusator ex libidine vindictæ, an ex charitate procedat, qualiter cognoscendum.*
7 *Possessionis causam sibi quis mutare non potest, nulla causa extrinsecus accedente.*
Nota pro infamia accipitur, ver. notam.
8 *Canonis contemptor videtur infamis.*
9 *Diœcesi suæ non subditis super ecclesiis archiepiscopus dispensare non potest.*
10 *Super notorio iure statim papa fert sententiam: aliàs committit cognoscendum.*
11 *Confessio procuratoris eligentium non nocet electo.*
Dimisio rei prohibitæ non releuat in temestiua, ver. hoc intendit, & nu. 6, ver. dimisso, vide nu. 12. & 23. & 42. versic. in gl. an. tempore.
13 *Dispensant episcopi super obtinendis pluribus ecclesiis ex causa necessitatis, uel utilitatis: propter verò personæ prærogatiuam sedes apostolica.*
14 *Collatio an fieri possit ob eis, ad quos spectat, ecclesiarum, ex pluralitatis uitio uacantium, lite super eis pendente.*
15 *Delegati ad electionis episcopalis causam in casu cassationis non possunt ecclesiæ cathedrali de episcopo prouidere.*
16 *Electus quando sit uocandus in causa electionis suæ, & non comparens, quando faciat sibi præiudicium.*
Confirmationem petere possunt electionis electores, in prine. nume.
17 *Contestatio litis in causa contra electum, & contra electionẽ necessaria, & quando, & nu. 18. an etiam quando quis auctoritate rescripti apostolici petat sibi prouideri, num. 18. et non fit per exceptionem peremptoriam, nu. 20.*
Confirmatio ubi petitur, non comparente contradictore, vel citatis non venientibus, vel præsentibus, sed tacentibus, quid agendum à iudice, ver. ubi vero, & numer. 24. versi. dicit etiam Inno.
19 *Ponendi modus quis, remiss. & nu. 26.*
21 *Respondere, an & quando quis teneatur positionibus continentibus crimen suum, vel infamiam.*
Testis, an deponere de crimine suo debeat, ad finem ferè, versi. hæc ratio.
Negare veritatem, quam quis nouit, grauando aduersarium in probationibus, peccat, ver. peccaret enim.
22 *Iuramentum repetitur, cessato processu priorum iudicum, in quo erat iuratum.*
23 *Pluralitas beneficiorum electo ad aliud maius dimissa quando prosit, licet obyciatur.*
24 *Dispensatio in quibus criminibus necessaria sit ad obtinenda uel obtenta retinenda beneficia, & quæ debeat attendere dispensator.*
25 *Ad curam animarum, quæ pertineant, vel de eæsint, Absolutio à non presbytero non reconciliat, versicu. dicit tamen.*
27 *Dignitas, & personatus in ecclesia quibus differant.*
28 *Personatus duos habenti si papa indulgeat, ut possit alium recipere, & ex primis alterum minus canonicè habeat prodest alteri personatus.*
Personatus plures, ut recipere possit, si cui à papa sit indultũ, si canonicè conferantur, si recepit illos non canonicè, non potest contra eum procedi quia plures tenet, uersicu. dicit etiam.
29 *Dispensatione concessa episcopo, ut cum uno ex clericis suis dispenset super pluralitate beneficiorum, an mandatum papæ referendum sit ad ius commune.*
30 *De commenda parochialis ecclesiæ quid iuris, & an citandi, qui læduntur ex commenda, num. 31. an clericus alterius diœceseos possit hanc recipere commendam, sine licentia sui episcopi, nu. 32.*
33 *In dispensatione quid considerandum à dispensatore, remiss. et quid ea operetur, nu. 35. & 36.*
34 *Præsertim, pro maximè.*
Pluralitas beneficiorum etiam in simplicibus reprobatur.
36 *Præter præpositio, an includat.*
37 *Epilogus, suffragium, supplementum glossarum, nume. 38. & 39. & seq.*
Meam rem esse cum iudicatur, per consequens illius non esse.
40 *Vetare, an intelligatur, qui expresse non consentit.*
Furtum, an dicatur commisisse, qui dicit se credidisse dominũ permissurum, ver. solu.
Inuentor rei alienę præconizare tenetur inuentionem, & an precium inuentionis debeat habere à domino, versi. qui etiã dicit.
41 *Furtum de quibus rebus non fiat, coniuncta glossa, an de rebus ecclesiæ uacantis.*
42 *Confiteri, an uerum teneatur, qui prælato non canonico parochię confessus fuit.*
43 *Eccelesia una quę dependeat ab altera, remiss.*
44 *Titulatum beneficium designat nomen, vel cognomen, seu denominationem clerici.*
45 *Beneficia plura, siue tituli plures quando simul liceat vni tenere.*

CAP. LIIII.

DVdum ecclesia. Habens † plures dignitates, vel plura curata sine dispẽsatione papæ ineligibilis est. de cre. autem secundum Hostien. Pe. D. & Boati. diuiditur in 7. partes: tamen in vltima parte discordant. vt infra patebit. Et in hac parte prima ponitur obiectio contra electum. Egydius diuidebat in tres tantum. In prima narrationes partium coram papa. In secunda, ibi nos igitur, commissio causæ, & processus iudicũ. In tertia processus papæ, ibi, licet autem. Sed quo ad hunc casum summarium, quærit Compost. an † pluralitas ista, de qua loquimur, faciat quem in eligibilem quo ad minores dignitates, & beneficia, puta Archydiaconatum, & canoniam; & dicit quosdam tenere, quòd non: quia non inuenitur cautum, & quia in episcopo requiritur maior perfectio, qui sicut honore, sic & meritis alios præcellere debet. Sed ipse putat de rigore iuris, idem in illis, & idem Guil. in specu. titulo secundo. §. videndum, ad finem, versicu. sed nunquid habens, & in versicu. sequen. tractat, an quo ad illa possit episcopus dispensare, reddebat autem Compo. rationẽ: quia talis violator est canonis, de cleri. non residẽ. quia. lxx. distinctione, sanctorum, & violatores canonum deiiciuntur etiam ob obtento, de maiori. & obedien. capitu. secundo [a] 25. quæstion. prima violato-

violatores. Hodie per constitutionem, execrabilis, versic. qui verò deinceps, si primum, ex quo vacat absque moræ dispendio in ordinariorum manib. verbo, & facto sub testimonio publico non admittunt, sunt priuati secundo, & inhabiles ad sacros ordines, & quæcunque beneficia [*Parte sua*] scilicet contradicentium [*Contra electum*] no. quòd hic
3 nullus † agebat pro electoribus, vel electo, & tamẽ contradictores excipiunt contra electionem iam factam; & est hoc speciale in electionibus propter animarum periculum, ar. infra de appella. constitutis. 2. & c. oblatæ. 63. distinctione, nullus inuitis, vide quod dicam de excessi. præla. inter dilectos, in glo. no. non solùm, aliter in iudicio non admittitur exceptio, nisi contra actionem, vel intentionem. ff. de exceptioni. l. prima. C. de non numera. pecu. si quasi, secundùm Innocen. & hoc teneas, quicquid infra notabis, quod dic, vt plenè no. infra, de accu.
b super his, & capitu. accedens, & de excep. [b] dilecti, potest tamen dici, q̃ vbi nil petitur, nec intenditur nec ad aliquid agitur, nõ est locus exceptioni: nec obstat, quod hic dicit, nam intelligendum est hoc, q̃ hic dicitur, obijciebatur ad excludendam confirmationem, quæ à parte altera petebatur: vel dic, quòd hic nil petitum fuit, sed simpliciter oppositum, & iuratum hincinde, ac positiones factæ, & ideo cassatur, vt patet infra eodem, cap. §. partibus & §. licet, ideoque postea fuit ordinatum iudiciũ, & petitum ex eadem causa, q̃ electio irritaretur, & electus respondit, q̃ non erat irritanda, & sic fuit lis contestata, vt infra eo. §. tandem, & est quasi popularis hæc actio, quæ tuetur ius populi, & ecclesiæ dei. ff. de popularibus act. l. j. sed contra, quia ꝑ curator in ea constituitur, qui nec prætextu crimi nis, vel infamię repellitur, vt legitur, & no. infra de acc. super his, ergo non est verè popularis. ff. de po
c pula. actio. l. popularis [c] ideo dixit Inno. hanc esse anomalam secundùm hunc simplicem modum agendi à canonibus introductum. Alij dicunt, q̃ si in modum exceptionis aliquid opponatur, & probetur, illud idem consequitur quis in hoc casu, q̃d consequeretur agendo. s. c. per inquisitionem; & c. cum dilecti, §. ti. j. c. j. de except. c. j. nam & talia in modum denunciationis expediũtur, vt legitur, & no. j. de despon. impub. ad dissoluendum, & etiam ex officio, & si nihil opponatur, vt patet in eo, q̃d legitur, & no. §. eo. cum nobis olim. §. his igitur, debet autem exceptio in scriptis dari, argu. in auct. de tempo. ordi. non solu. pec. super dote. §. contestationem, col. 7. secundùm Inn. j. de prob. quoniam contra falsam. Tu dicas secundùm Host. q̃ professor iuris canonici non debet multùm curare de his apicibus, vt patet in eo, quod le. & no. j. de iud. dilecti, hoc saluo, q̃ in talibus exuberare potest officium iudicis quantùm ad veritatis inquisitionẽ, & ſm ipsam iustam pronunciationem, vt patet in eo, q̃d leg. & no. §. c. cum nobis olim. §. his igit. j. de ap. oblatæ, ad finem, secundùm Host. [*Obiecta*] di-
4 xit † hic Compo. sequendo Inno. & Host. probationes obiectorum, quæ fiunt contra electos, debere interpretari in meliorem partem pro electo, si fieri potest, vt si probatum sit, Arch. dedisse Archydiaconatum sub annuo censu, hoc potest intelligi de spiritualibus, & hoc illicitum, & de tẽporalibus, & hoc licitum, ne prælat. vices suas per totum. Intelligetur ergo facta datio de temporalibus tantũ, & sic dicit se obtinuisse in electo Legionensi. Itẽ si dicant testes electum venatorem, intelligemus de licita, non de illicita vena. de quibus. j. de cle. ve na. fit verò hæc interpretatio secundùm eum vbi verba hoc patiuntur, & præsumptiones, & circunstantiæ contrarium non suadent: faciunt de scruti nio. c. vno, de accusa. cum dilecti. Item quia regula riter contra producentem interpretamur dubia
d dicta testium, de proba. in pũtia, de conditio. [d] ap.
e per tuas [e] ponebant etiam exemplum de irascibili. potest. n. id esse perseuendo vitia, & zelo iu-
5 stitiæ, hæc autem † interpretatio laxior fit in exceptione, quàm in accusatione, in qua imminet vtri que par supplicium, & in qua prosequitur quis in iuriam suam, vel suorum, in exceptione. n. non videtur plus admittendus, qui prosequitur iniuriã, quàm alius, cum non agatur in ea ad vindictam, sed ad repulsionem secundùm Inno. de ordine cognitionum, cum dilectus: nec iudex ecclesiasticus
f admittere debet accusatorem, [f] qui hoc facit libidine vindictæ, quia peccat. 23. q. 3. sex, & §. se. & q. 4. in principio. is tamen, qui prosequitur suorum in iuriam, & ex charitate accusat, præferetur alijs: qa melius nouit, & illud fidelius prosequetur, arg. 4.
6 q. 6. omnibus. 2. q. j. si peccauerit, ſm Inno. hoc fau tem an ex libidine vindictæ, an ex charitate procedat, ex qualitate personarum, ferocitate vultus, & verborum, comminantium. s. vel placabilium, & alijs circunstantijs arbitrabitur bonus iudex, arg. j. q. 7. scimus. C. si quis impe. ma. l. vna. ff. quod metus causa, non est. de noui oper. nun. c. 2. de procu. in nostra, secundùm Host. incautè igitur facit aduocatus, qui petit declarari, vel à principio dicit articulum non admittendum: quia probatus nõ releuat: vel qui format interrogatoria talia, p quę testes id habeant declarare [*Archidiaconus*] Alanus. s. qui venerat contra electum [*Eoque*] s. archydiaconatu; & tunc dic dimisso. s. pp decanum Rothomagen. aliqui exponunt, eo. s. concilio: dimisso. i. spreto [*Dimisso*] hæc dimissio non profuit: qa iam per receptionem archydiaconatus beneficia
7 vacauerant, & sibi † causam possessionis mutare non potuit, nulla causa extrinsecus accedente. C. de acqui. pos. cum nemo. ff. eo. q̃d meo, in principio, & l. qui bona fide. ff. de vsucapi. non solùm. §. q̃d vulgò, Phi. [*vt quicunque*] Vinc, Egy. & quidam alij instant hic in expositione verborum concilii, quod non placet, sed expone, ut ibi dicam, singula verba, quæ sequuntur vsq; ibi, prædictus [*Transgressionis*] vnde merito puniendus, vt 25. q. j. nulli, & c. violatores, & q. 2. si quis dogmata, Phi. [*Notam*] i.
8 infamiam, contemptor † ergo canonum videtur
g infamis, § vt hic, de maio. & obed. illud. 6. q. j. infames Host. [*Cupiditatis*]. 8 5. dist. Florentinum [*Quod*] vitium [*In alijs*] sibi subditis, Host. [*beneficia*] s. prædictas parochiales ecclesias [*Alterius*] s. Archydiaconatus [*Alienam*] i. alij conferendam, vel, idest non suam, secundùm Phi. & Host. & scire debet, q̃ suum &c. C. vnde vi. cum quærebatur [*Damnabiliter*] quò ad se [*decepto*] aliter recepta, quod melius est secundùm Host. [*Verùm*] secunda pars, in qua ponitur excusatio pro electo [*procu.*] s. G. Archydiaconus, Et in fi. pro quamuis [*Rothomagensis*] cui
9 non † suberat Arch. Ambiañ. iure diœce. nec metropoliti, quia est de prouincia Rhemensi secundùm Hostien. & hoc patet in prouinciali: aliter dispensare potuisset, si diœcesanus fuisset secundũ Ioan. quod placet Host. ſm nota. j. de præb. de mul
h ta [h] [*Visus*] aliter visus, sic. s. c. constitutis [*Nos igi*
10 *tur*] tertia pars, in qua † ponitur excusationis repulsio, & causę commissio [*Admittentes*] sup ista velut super iure notorio statim papa fert sententiam, sic supra de consuetu. cum inter [i] aliàs verò committit cognoscendas secundùm Innocen. &
11 Hostien. [*Si constaret*] nota † igitur, q̃ confessio procuratoris eligentium non nocet electo: quia licet supra procura. fuisset hoc confessus: papa tamen mãdat hoc inquiri; quod ſm Petrum, & Abb. rũc maximè

maximè verum est, quando confitetur, de his, quę contingunt personam electi, vt hic, & vide, quod dicam. ℣. super verbo, constitutus, & concor. quod dicam, de restitu. in integrum, capitu. secundo. In gl. per monacos. 2. colum. versi. secus esset [*Habentem*] maximè, vt infra patebit [*Electionis tempore*] hoc intendit, si post adeptum archydiaconatum tenuit ecclesias, & postquam dimisit illum vsque ad tempus electionis inclusiuè, nisi ostendat &c. & sic dimittere illas post electionem illum non releuat, cum non appareat emendatus. ¶ Sed quid
12 si dimisisset † ecclesias ante tempus electionis, nũ quid impedietur ipsius confirmatio? distingue, vt dicam super gl. & ℣. ver. tandem, super ver. electionis tempore [*Per sedem apostolicam*] secundum Ho
13 stien. hoc, quando † propter prærogatiuam personæ fit dispensatio: secus, quando propter necessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ, quo casu dispẽsant episcopi secundum eum, de hoc satis dixi super de cre. de multa [*Dispensatum*] nunquid in hoc † ca-
14 su licuit illis ad quos pertinebat ecclesiarum collatio, illas conferre. dicunt quidam ꝙ non, ex quo coram quocunque iudice lis pendet, nec valeret collatio facta, argu. ℣. de arbit. ex parte, alij contra, quia nec motio litis alicui aufert ius suum. ℣. de restit. in integ. c. 2. etiam si super hoc fuerit appellatũ ℣. de sup. neg. prela. c. fi. nec obstat, quòd dicitur in
k nouata [k] lite pendente maximè post appellat. renocanda: quia illud de his, quæ in processu iudicij fiunt, vel etiam extra, si de nouo attententur. Porrò his pendentibus bene potest quis vti iure suo per illa, etenim non est alicui turbanda sua possessio, vt lite pendente. c. j. de causa possess. cum olim, & nemini facit iniuriam &c. S. eod. cap. cum ecclesia, quod placet Inno. aliqui dicunt hoc verũ nisi in curia Romana, vel coram delegatis papæ pendeat negocium per appellationes, siue inter duos, quorum vterq; asserit beneficium ad se spectare, siue aliter quomodocunq; ibi negocium referatur, arg. de officio legati: licet, de præbe. inter cætera, & hoc placet Hosti. in excellentiam papalis iurisdictionis, infra de maior. & obed. per tuas. de appel. si duobus, & maximè, si de viribus dispensationis suæ agatur, infra de iudi. cum venisset, & ne ius eius ab inferioribus vsurpetur, infra de sup. negli. præla. licet, & ne pendeat ab inferioribus ipsius iudicium, supra titulo primo, bone. 2. & quod dicebat Inn. ꝙ per appellationem causa defertur, sed potestas conferendi beneficia nec confertur nec aufertur, fatebatur Host. ꝙ non confertur papæ, qui sine appellatione hoc poterat, nec auferẽ alteri, tamen suspenditur per quandam consequẽtiam: quia collatio est sequela iurisdictionis: vnde prælatus à iurisdictione suspensus, & per cõsequẽs à collatione. ℣. de concessio. præb. quia. ff. de reg. iu. cum principale. Quo ad litis pendentiam, quæ est inter duos electos in curia, vel alibi, vel quæ est inter petitorem, & possessorem beneficij, terminatum est hodie, ꝙ electio interim facta sit irrita. ℣. vt lite pendente. c. j. & 2. per quas decido aliqua hic notata. tamen hoc scias, ꝙ illa iura noua non loquuntur de lite, quæ pendet inter collatorem, vel
l electorem, & possessorem, vel electum [l] dicit etiã hic Host. ꝙ quando non agitur principaliter de beneficio, sed accessorie, vt hic, vbi principaliter agebatur de electione, sed incidenter obijciebatur de pluralitate beneficiorum, iurisdictio, vel collatio inferioris ordinarij quo ad illa beneficia nõ suspenditur: immò de illis beneficijs, si de ipsis corã ipso quæstio principaliter moueretur, posset interim cognoscere, per consequens & conferre, si vacent, nisi per lapsum temporis potestatem conferendi perdidisset. ℣. de præb. de multa, ver. & si vltra & ℣. hic deciditur talis littera, & auctoritate nostra eidem prouideretis ecclesiæ de pastore, & re-
15 prehendit per hoc † Abb. cuiusdam assessoris consilium, qui non aduertens hanc decisam, consuluit delegatos datos ad cãm electionis in casu cas-
m sationis posse prouidere ecclesiæ ẽt cathedrali [m] de episcopo [*Partibus*] 4. pars, in qua ponitur iudicum processus, & appellatio ad papam facta [*Propter hoc*] i. propter delegationem vobis factam [*Constitutis*] ſ. procuratoribus eligentium, & contradi-
16 centium. ¶ Sed nunquid † est necesse vocari electum? non videtur: quia & electores possunt confirmationem petere, vt hic, de causa pos. cum ecclesia. S. c. prox. dic secundùm Inno. ꝙ si agitur cõ-
n tra electores ad pœnam, non vocatur electus [n] Idẽ si electores petunt cõfirmationem, & opponitur solum de forma electionis secundùm Innoc. vel de defectu electi, secundùm Hostiẽ. qui tñ fatetur electum in his posse assistere, ne colludatur, sicut aliàs, C. de leg. auct. nunc si hæres. Si verò agatur de crimine electi, cum ipso crimine probato, & repulso per sententiam ineligibilis fiat; vt S. e. super eo, omnino est citandus, vt no. ℣. de procur. in præsentia, uide quod ibi dixi super vlti. glo. nisi sciret causam suam agi, & non curaret interesse. ff. de re iudi. sæpe. ℣. de re iudi. c. pen. ibi uide in gl. vt si electus, & id quod scripsi super. j. glo. & quod no. eod. ti. cupientes. §. cæterum, in vlti. glo. Alij autem dicunt, & placet Compost. ꝙ & si hoc sciat, tamẽ vo
o candus [o] est: & si contumax fuerit, sibi imputabit nisi forsan appellatio facta esset, tũc enim omnes, quos res tangit citantur à iure. ℣. e. lib. 6. statuimus aliter autem non obest absenti sententia: immo veniens ipsam faciet retractari, ex quo fuit vocatus, nec contumax, vt 3. q. 9. per totum. C. quomodo, & quando iudex, ea quæ, & l. pen. & per consequens nec eligentibus oberit sententia ipsa retractata, & hoc propter causæ connexitatem. ff. quẽ-admodum seruitu. ami. si communem P & hæc
p vera sunt, vbi agitur de confirmatione, vel cassatione electionis, cui electus nondum consensit: alioquin vocandus est, si per mutuum consensum matrimonium sit contractum, S. eo. cum inter canonicos. §. discretioni, nisi appellatum fuerit, vt p̃ missi secundùm quosdam. Tu verò dicas, ꝙ nihilo minus vocandus est, vbi non consensit secundùm Host. hodie satis videntur hæc expedita. ℣. eo. c. fin. lib. 6. ꝙ si confirmatione obtenta petatur ordinatio, vel consecratio, ibi omnino uocandus est, arg. ℣. ti. j. c. 2. §. j. & c. licet, cum & tunc inscriptio requiratur; quod dic, vt legitur, & notatur. ℣. de accu. super his, & repellatur ab obtento, vt ibi secundùm Innocenti. & Host. [*Eodem decano*] In decisione nominato, & venerat pro electo, ſm Iaco. & Boat. & malè, secundùm gl. & Host. [*Grauaminum*] quæ si bi per iudices inferebantur. Et infra intellige, ꝙ electus personaliter, & procu. contradicentium venerunt ad curiam multa, pro & cõtra processum iudicum proponentes, super quibus papa pronũciat [*Licet autem*] v. pars, in qua ponitur pronuncia tio super processu iudicum [*Contestationem litis*]
17 ex hoc † patet litis cõtestationem necessariam super exceptionibus propositis contra electum, vt ℣.
q de iudici. exhibita: q secus, si contra electionem aliquid proponatur ſm quosdam, vt lite non contestata, qm̃. §. j. Tu dicas in vtroq; casu requiri partibus præsentibus litis conte. vt ibi, & ℣. de eo, qui mit. in pos. eum qui, li. 6. hodie dic, vt in ele. quas allegabo super gloss. vltim. huius partis. ¶ Quid si
18 † quis auctoritate rescripti apostolici petat sibi ꝑ uideri: vide, quod dixi. S. de rescriptis, mandatum, in vlt.

in vlt. glo. ver. formabit, & quod dicam de despon. impu. ad dissoluendum, in gl. quid si, ad fi. & de re
r iud. de cætero, super j. gl. [r] hic non est necessaria litis contesta. quia is, cui scribitur, potius est executor, quàm cognitor. ℣. de offi. deleg. super quæstio-
ſ num. §. porrò, licet exceptiones [s] legitimas debeat admittere, vt patet. S. de rescriptis, cum adeo, & c. constitutus, & c. capitulum. nil enim potest petere impetrans, nisi quod in rescripto cõtinetur, nec ex alia causa, & ideo rescriptum sufficit pro libello, argu. ℣. de dila. præterea, & contradictio est pro responsione, tutius tñ est, ꝙ aliqua petitio offeratur, & lis contestetur secundùm Inn. arg. hic, & ℣. de litis contest. c. vnico, & in eo, quod no. ℣. de dila. præterea. vbi verò petitur confirmatio, nec apparet contradictor, non est, cum quo contestetur lis, & ideo proceditur lite non contestata: sed & potest dici, ꝙ si hi, quos res tangit, citati non veniant, vel præsentes nihil opponant, sed tacent, confiteri intelliguntur. ff. de inter. actio. de ætate. §. nihil inter est, in confitentes autem nullæ sunt partes iudicis. ff. ad l. Aquil. proinde, ſm Inn. quod dic, vt no. ℣. de confessis. c. fi. & de rerum permuta. cum olim. Sed & qualitercunq; constet superiori de veritate sufficienti, potest negocium diffinire, ar. S. e. cum nobis olim. §. is igitur, & maximè si per confessionẽ. infra de rerum perm. cum olim, infra de excess. pl. quàm sit graue, secundùm Host, [*Non per positiones*]
19 de modo † ponendi tractauerunt hic Goff. & Hostien. de quo vide plenius. infra de confessis. c. j. lib. 6. Quid autem dicat hic Gof. ad solutionem contrarij, de decre. prout, infra de dolo, & contum. ibi dicam super gl. proinde, & gl. se. [*Contestatio litis*] di
20 xit hic † Gof. & Host. ꝙ per exceptionem peremptoriam non fit litis contestatio, & est casus infra de litis contestatione, c. 2. lib. 6. [*Consilio*] sic infra c. proximo, in fi. [*Tandem*] sexta pars continens litis contestationem, iuramenti præstationem, electi confessionem, & reprobatam excusationem, & dic, Tandem. i. post cassationem prædicti processus, Host. Arch. Alanus, qui venerat cotra electum ex præmissa. S. in prima parte capituli [*Petijt*] in scriptis, sic enim offerendus est libellus, de libel. obla. c. j. [*Respondente*] non dedit ergo petitionem ℣ riam super confirmatione, quę non facile recipiẽ da esset secundùm Inno. vt dicam de officio delegati, cum contingat, in glo. quia melius, versiculo quid si quis petit [*De iudicenda veritate*] super pro-
21 cessu † electionis, & super omnibus ipsius accessoriis, quæ non sint criminis, vel infamiæ: aliàs vix cõfirmaretur aliquis, cum vix reperiatur quis nõ criminosus. l. distinctione, quia tua. 34. distinctione, fraternitatis, nec tenetur quis prodere se, de pœni. distinction. j. non tibi dico, vide quod dicam de confessis. c. 2. in magna gl. & ibi in fine remitto ad speculum. Alij dicunt, ꝙ etiam de criminibus tenetur respondere; vnde & hic respondit, an haberet plures curas. Sed primi respondent, quòd habere plures curas nõ est peccatum simpliciter, cum dispẽsatio illud excuset, vt hic dicas, ꝙ super occultis non cogitur respondere: quia nec ecclesia de ipsis iudicat, vel inquirit, infra de symonia, sicut nobis. in fine; & sic intellige primam opinionem, de manifestis autem, & iurare cogitur, & respondere tenetur, vt patet in eo, quod legitur, & notatur infra de accusatio. qualiter. j. §. finali, & qualiter. 2. versi. nos igitur, & sic intellige opinionem secundam. Ideoq; ſm Inn. & iurare, & respõdere tenetur in hoc casu. Et primo quæretur, an sit de aliquo crimine infamatus, vel condemnatus, peccaret enim, si grauaret aduersarium in probationibus, ex quo veritatem nouit, argu. infra de
t crimine falsi. c. j. §. vnico. x. q. 3; [t] quisquis, si totum negauerit, necessaria est probatio. ff. de probatio. ei, qui dicit, nisi forsan ex ipso facto notorio funde tur intentio aduersarij. vt hic erat. hic enim notoria erat pluralitas beneficiorum: quia nec in partibus suis non notoria posset esse, vt patet infra ti tu. primo, quanto. §. ne autem, vnde nec hic nega
u ri [u] poterat, nec negata fuit, vt supra eodem, capitulo. §. primo. Sed quia tale factum iure canonico damnatur, vt infra de præbend. quia in tantum, & capitulo de multa, ideo necesse habuit probare iustum titulum, vt patet in eo, quod legitur infra, vt ecclesia. benefi. c. vnico. §. primo, in principio, & quia hoc non probauit, succubuit, vt infra eodem §. penultimo, & finali. Si vero confitetur infamiã, vel notam, sicut præmisi, tunc quærendum est, an & crimen commiserit. Nam si hoc confiteatur, iu stum est, vt repellatur. C. de dignitatibus. l. 3. infra de excessibus prælato. inter dilectos. §. primo, ad finem. Si autem hoc negauerit, nec conuinci po terit, debet se purgare, infra de purga. cano. per totum. Aliter autem graue est ipsum promoueri, vt patet in eo, quod legitur, & notatur, infra de accusa. omnipotens; & hoc teneas. Tertij dicunt, & non malè secundùm Innocen. quòd de omnibus
x illis, quæ impediunt executionem [x] officii etiam post peractam pœnitentiam respondere debet: quia in hoc bonum suum procuratur, argumentum. 23. quæstio. v. prodest, & quæ sint illa, not. infra de renuntia. nisi cum pridem. §. j. & §. propter conscientiam. Sed nec iste prodit se in publicum: quia tantum de his, quæ nata sunt, quæritur, scilicet de infamia, & de condemnatione, non de occulto, non enim dicitur, quòd crimen manifestet. sed si verum est, hortatur, vt cedat, vnde & iste cesſ sit, infra eodem. c. ver. fin. hæc ratio cessat in teste, non enim peccat testificando acta pœnitentia de peccatis, & ideo cogendus non esset ad talia respõ dere, sed nec iste respondebit, nisi velit: quia principales personę non coguntur respondere, si ad aliam pœnam, quàm spiritualem agatur. nec obstat, quod hic respondit electus: quia hoc fecit voluntarius non coactus secundum Inno. Tu vero dic de hac materia, vt no. supra eadem gloss. versiculo dicas, de testibus vero dicetur infra [y] de testibus, cum causam, secundùm Hostien. qui dicit, Innocen. sibi fore in hac glossa contrariũ, & vide in præallega. decreta. 2. de confessis, in fine glo. [*Iuramento*] no. quòd † cassato processu priorum iudicum, in quo fuerat iuratum, repetitur iuramentum; vide quod dicam de re iudica. ad probandũ
y super vltima ɣ glo. [*Electionis tempore*] hoc non fa-
23 cit ad rem, nam & si prius tenuisset † sine dispensatione, cum peccasset mortaliter, ad cassationẽ sufficeret de rigore. 25. distinctio. primum. nec obstat, si dicas, quòd per dimissionem præsumitur pœnituisse: quia idem dicere deberes, si renunciauit tempore electionis, vel post, cum pro eo, quod electus sit peccator, non minus valeat electio, vt not. infra eodem, ecclesia, ad finem, in glo. impropriè, in fine; & vide supra eodem, auditis, super vlti ma glo. facit de iureiuran, sicut nostris, vel ideo dicit de tempore electionis: quia si renunciat tempore electionis, vel cum imminet electio faciẽda, præsumitur simulata, & ficta pœnitentia, & ambitiosa proper honorem habendum: sed si de veritate pœnitentiæ constaret, nec esset præsumptio ambitionis, etiam si post resignasset, de æquitate ex iudicis officio non admitteretur exceptio criminum, in quibus non est necessaria dispensatio, licet de iuris rigore posset admitti, 2. q. 7. quærendũ: sed si repellitur accusator: quia præsumitur malo

zelo illum accusare,qui veram pœnitentiam egit
hoc verum,nisi prosequeretur suam, vel suorum
z iniuriam [z] 4.q.v.omnibus.In quibus † autem cri-
24 minibus.& quãdo sit necessaria dispensatio [aa] no.
aa infra de tempori. ordin. ex tenore,& c.final. alij
dicunt,quod ibi nòta procedunt, quando quis
petit ordinari,vel confirmari, qui nec de crimine
accusatur,nec contra illum excipitur.Si enim ac-
cusatur,vel excipitur,semper est necessaria dispen
satio,etiam si crimen sit mediocre. per quæ patet
delegatum,cum dispensare non possit, admittere
debere omnem exceptionem cuiuscunque crimi
nis:prudenter tamen faciet, si priusquam proce-
dat,hoc retulerit deleganti, vt si expediat, per ip-
sum dispensetur secundum Innocen.argum.infra
de officio archidia.ad hæc,& de offi.archipresbyt.
c.fin.secundum Hostien. qui dicit per id innui pẽ
dente lite accusationis,vel exceptionis posse dispẽ
sari,nec mirum secundum Innocen.ex quo crimẽ
non est probatum,argumen. infra de exceptio. a-
postolicæ,de cler.excommunic.mini. apostolicæ,
nec obstat, vt lite pendente.c.fi. quod loquitur de
indulgentia,per quam fit alicui præiudicium pri-
uatum, & temporale secundum Innocen. & vide
quod dixi supra eodem,dudum, super glo. talis e-
lectio,& prosequitur in glo.dicebat Hostien. si re-
mittendo crimen papa misericors est, non sit oc-
culus tuus nequam. 25.q. fi nali,alligant.prædicta
locum habent secundùm Innocen.cum pœniten
tiam egit electus,si enim perseueraret in crimine,
semper admitteretur exceptio.l.distin.absit.24.di-
stinct.c.primo.25.distin.cap.fin.In occultis etiam,
de quibus fortè pœnituit, solum post electionem
posset forsan dispensari: sed debet dispensator at-
tendere dignitatem,ad quam electus vocatur: ga
facilius dispensatur in minori,quam in maiori, se
cundum Innocen.alle.Hostien.supra eodem,scri
ptum:secundum quem non obstat infra titu. pri-
mo. capitulo fina.vt ibi dicam.Item attendi debet
qualitas personæ,facilius enim dispensatur cum
magis gratioso propter litteraturam, eloquentiã,
prudentiam,nobilitatem,& similia,infra de præb.
de multa, ad fin. Item facilius in obtento, quam
obtinendo,infra de iureiurand.quemadmodum.
Item facilius dispensatur in crimine, de quo accu
satur quis,vel excipitur,vt repellatur à promotio-
ne,quàm si id fiat, vt repellatur à testimonio, vel
accusatione in criminali. illius enim illaudabilis
est intentio.2.q.7.si quis episcopus;vnde nõ dispẽ
satur,& quia etiam fieret in præiudicium accusa-
ti,vel eius,contra quem producitur testis. Dicit e-
tiam Inno.fortè non male dictum, quòd si in mo
dum exceptionis probetur crimen electo, de quo
egit,vel egisse præsumitur pœnitentiam, & crimen
sit modicum, & non sit exinde ortum scandalum
non cassabitur electio,sed alia pœna imponetur,su
pra eodem, quod sicut.§.fi.63. distin.Salonitanæ,
infra de homi.ex litteris,secundum Inno. & Com
post.Sed Hostien.dicit, quòd licet papa probato
crimine in modum accusationis, vel exceptionis
hanc gratiam facere possit; non tamen decet, ad
hoc de voto,magnæ: alius tamen iudex hoc non
bb posset [bb] ex quo accusatur,excipitur,vel denuncia
tur,licet aliud de illo, qui per seipsum petit salu-
tis consilium,remittit infra de homicidio, signifi-
casti,concor.quod ipse notauit de cleri. excomm.
clerici,vt ibi scripsi,super.j.glo.[*Nitebatur*] alias vi-
debatur[*Dictum archidiaconatum*] Si quæris de archi
diaconatu, cui renunciauerat,respondeo, quia p
ipsius adeptionem vacauerant ecclesiæ, quas etiã
dicebatur tenere electionis tempore, secundum
Host.[*Curam animarum*] quid hoc sit,remittit Host.

de pœni.& remissio. omnis, & facit, quod dicam
de officio archy.cum satis.[*Sed cum*] sed hæc excu-
satio patet friuola,cum in iure &c.[*Suspendit*] hęc
25 & † ea quæ sequuntur,omnia sunt de cura, licet
aliqua videantur esse de iurisdictione, omnia enĩ
quæ sequuntur,sunt medicinalia animarum,2.q.
prima, placuit, cum capitulis ibi præcedentibus,
& sequentibus,dicit tamen Hostien. quòd absolu
tio,de qua sequitur,indistinctè fieri potest p̃ pres-
byterum: sed non presbyter licet à iudiciali pos-
sit absoluere, non tamen reconciliare,infra de vi-
ta,& honest.clerico. quoniam.§. fin. de pœniten-
tijs,distinctio.j. quem pœnitet, ante reconciliatio-
nem non est communicandum excommunicato
24.quæstio.3.nondum. infra de senten. excomm.
cum desideres, vbi de hoc, & supra de rescriptis,
ab excommunicato [*Recipit*] dicebant Pet.& Egy.
quòd 7. positiones fuerunt hic factæ isti electo,
26 quas per ordinem colligas hic, & vtile † est sic si-
gillatim facere:quia aliter multiplex in vno falsa,
licitè negari potest,vt no. de confessis. capitulo 2.
27 lib.6.[*Personatus*] per hoc † colligit Abbas differen
cc tiam [cc] inter dignitatem, & personatum, vt scili.
cet prima cum cura,secunda sine cura,sed hoc pa
tet falsum infra de prębendis,cum in illis,lib.6.de
ætate,& qualitate.c.vno,lib.6.de hoc satis dixi de
præbendis,de multa,in glo.sciendum est[*sic haben
dum*] hoc verum quo ad casum huius decret. sed
non illius,infra ne cleri.vel mona.super specu.Ab
bas,vt eodem tit.cap.primo, libro sexto,licet Gof-
fre.hic dixerit contrarium, & Hostien.[*Insuper*] 7.
pars secundum Hostien. in qua ponitur alia excu
satio electi. alij signant.7. in fine, vt ibi dicam [*In-
dulgentiam*] apostolicam, vt sequitur [*canonicè*] di-
28 cunt † Innocen.& Compost.quòd si habenti duos
personatus papa indulget, quòd possit alium reci
pere,& ex primis vnum habebat minus canonicè
quòd licet non posit quo ad illum,quem tenebat non canonicè,de rescrip.si gratiose, in fi.lib.6.
prodest tamen quo ad alium,quem cum persona
tu nouiter acquisito poterit licitè retinere. Dicit
etiam,quòd si is,cui per papam est indultũ, quòd
plures personatus recipere possit; si canonicè con
ferantur, recipit illos non canonice, licet peccet,
& procedi possit contra ipsum, quia retinet illos
non canonice: non tamẽ quia plures tenet, & idẽ
29 Compostella. dicit † etiam, si concessum sit epi-
scopo, quòd cum vno ex clericis suis super hac
pluralitate dispenset,non valebit dispensatio,nisi
persona sit sublimis, vel litterata, quasi mandatũ
papæ sit referendum ad ius commune, de rescri-
ptis,causam,quæ,de præbendis, de multa: secus,
quando ipse papa dispensat,de cuius factis dispu-
tare non licet 17.quæstio.4.§.qui autem,& capit.
sequenti:sed Compost. dicit, quòd quidam tenẽt
contrarium: quia beneficium principis est large
dd interpretandum,præcipue [dd] quandò datur non
ad instantiam illius,cui conceditur,vt not.de præ
bendis,cum olim,ad id eodem titu.si pluribus, li.
6.Guil.in §.allegat.in fin.versi.quid si papa dat, di
stinguit,ibi vide.dicebat Hostien.quòd ponit Gui.
in § quem allegabo,in fine, versi. sed nunquid no
cet,quòd vix vel raro occurrit dispensatio,quæ va
leat super pluralitate. Nam communiter iam ha
bentes beneficia plura exprimunt se illa canonice
assecuros:quãdoque tacent aliquod beneficium,
licet forte minimum.Item licet quo ad iustifican
dum titulum faciant sufficientem expressionem,
de fructibus perceptis non habilitantur. Item da
to,q̃ sufficiens fiat expressio, & q̃ habilitentur de
omni trãgressione, & perceptione fructuum quo
ad militantem ecclesiam,si nõ subest iusta causa,

non

non sunt securi quò ad triumphantem. 51. distin.
qui in aliquo,& c.j.& j.quæstio.7.& si illa,& c.tali.
facit quod no j̃.de voto, non est, in glos. 2.& quod
ee super ea dicam [ee].multa alia hic per ipsos,& Com-
postel.no.decido per decre. non potest, de præbẽ-
dis,libro 6. & ea quæ ibi no. & per decre. si plures,
in clemen.eod. titulo de præben.& quæ no.in spe.
ti.2.§.videndum,ver.illud,vsque ad fin.§.in quo fi-
ne,ver.porrò, inuenies de quodam effectu insuffi-
cientis dispensationis, quem hic dixerat Hostien.
notauit etiam hic Vincen. & Abb.id, quod est ex-
peditum,de rescrip. si gratiosè,libro 6. [*Commenda-
tam*] de † commenda parochialis ecclesiæ die ho-
30 die,vt infra eodem,nemo deinceps, libro 6. Hosti.
de his commendis tractat & Egy.hic,quod de ipsis
tractauit Innocen.infra de accu.si constiterit;& ex
his plura vide no.in præal.c.nemo. ¶ Sed quærunt
31 † vltra ibi not. hi qui læduntur ex commenda,non
fuerunt vocati;sed contempti per episcopum post
commendam eligunt, an teneat electio?dicũt qui
dam quòd sic,quando episcopus malitiosè & sine
causa fecit,hanc commendam, arg. de iure patro.
postulasti. Alij dicunt,quod placet prædictis,quòd
quamuis episcopus id fecerit fraudulenter, cassabi
tur talis electio:quia fecit episcopus, quòd ad offi-
cium & iurisdictionem suam pertinebat,quamuis
iniustè,arg.infra de concess.præben. quia diuersita
tem,& c. cum nostris, & c. litteras. oportuit prius
ergo illam cassari,supra eodem,bonæ.2.& c. audi-
tis, vbi de hoc,de excess. præla. inter dilectos.sed an
32 † clericus alterius diœc. sine licentia sui episcopi po
test recipere hanc commendam, dicunt quidam
quòd non, ar. de renun.ad supplicationem: quia
licèt ius prælaturæ non habeat: habet tamen gene
ralem & liberam, vt no. in præal. c. nemo, Innoc.
o conditionis adiiciendæ, & ſic voluntas o & poteſtas non ſunt ſibi contraria, contra eſt etiam ſecū dum Vincen. infra de deſpon. impub. acceſſit, ſed ibi uoluntas contrahendi cum matre ſponſæ in prima parte non erat contraria poteſtati, in ſecunda ſic propter publicam honeſtatem exortam. ¶ In gloſſ. vltim [*ibi, conſenſu*] & forte nunc pecca uerunt, electores in recipiendo illum epiſcopum.

b Actionibus. Et ista ratione diximus, quòd directa mandari potest nō cedi, vt no. in d. l. de legato nominis, & ff. de pecu. l. quid ergo.
c Nominis. Quia ſolum vtilis tranſit, licet in illa pe. contra. l.
d Epiſcopus eccleſiæ. No. de iſto verbo epiſcopus, & vide multa pulcra per Brixi. in ſuo repertorio in ver. epiſcopus.
e Cur ita facis. Eſt demmet verbis vtitur pulchre Bal. in quocūque principe, quod nemo poteſt ei dicere, cur ita facis, in l. j. ff. de conſtitutio. principum.
f Compromiſſum Vide Iaſo. in l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſactio. cum concordan.
g Omnis. Et in l. poſſideri. §. in amittenda. ff. de acq. poſſ.
h Electione. Ad hoc, vide etiam j. de voto. c. pen. in fi.
i Similibus. Vide multa aggregata per Modernō. in c. translato, vbi do. Fel. & alij, de conſtitu.
K Diſſimilitudinis. Vide Io. An. in c. translato, de conſtitu. vbi ponit, cui incumbit onus probandi ſimile, vel diſſimile.
l Annorum. Facit pro teſte, qui dicit, talis poſſedit tribus annis, vt in telligatur tertio cæpto; licet non completo, & vide Bar. in l. 2. §. credi tum. ff. ſi cer. pe. & in l. in inſulam. §. j. ff. ſo. ma. & vide in c. cum tu, in fra de teſti.
m Reproba. Vide plene Barto. in l. qui ſatisdare. ff. de fideiuſ.
n Priuilegijs, & ad hanc gl. facit tex. & gl. j. in c. paſtoralis, de ap. Bal.
o Voluntas. Vide Ange. & Ale. in l. nolle adire. ff. de acq. hęr.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui propria auctoritate de ſua eccleſia ſe transfert ad aliam, carebit utraq;, nec adminiſtrare poteſt in ſecunda etiam ſi eſſet exemptus & concorditer poſtulatus, num. 2. nec ad tertium eligi poſſet epiſcopatum, nu. 9.*
3 *Succeſſorum nomine intelliguntur canonice intrantes.*
4 *Conſiſtorium idem Dei, & papę.*
5 *Diſpenſationem duo inducunt, neceſſitas, & utilitas.*
6 *Sententia fertur in notorio parte non citata.*
Præcipimus, uerbum habet uim ſententię.
7 *Vice hac, ideſt hac uacatione.*
8 *Canon ille, cum in cunctis, ad omnes ineligibiles extenditur. Vnde, ideſt à qua.*
10 *Pœna huius decretalis quomodo intelligatur.*
Antiquitati, & ſenectuti honor ſemper tributus, & num. 15.
11 *Tranſiens auctoritate propria ad aliam eccleſiam eſt per ſententiam priuandus, non priuatus, & num. 12.*
12 *Per ſententiam latam non ſtatim res, et dominium perditur.*
13 *Epilogus, ſuffragium, ſuppletio gloſſarum, uu. 14. & 15.*
Princeps uice Dei fungitur, & naturam rerum immutat. §. 1.
Antiquitatem probans an releuetur ab onere probandi.
Antiquitati in quibus ſtandum.

C A P. III.

a 1 Vanto. [a] Caſus † Epiſcopus, ℣ propria auc. de ſua ecclesia ſe trāsfert ad aliā carebit vtraque. h. d. hoc. c. & c. ſe. Et 1. factum narrat. Scđo aggrauat, ibi nō attendēs. tertio punit ibi, ne aūt [*Ildefenſe ſer*] quōdā. Erat in antiqua [*Propria*] i. abſq; ſedis
2 apſicæ licentia [*Tranſtulit*] immo † nec adminiſtrare potuit in ſecunda, ēt ſi eſſet exemptus. & cōcorditer poſtulatus ſm Boa. qa decre. nihil eſt. §. ti. proxi. loquitur de electis [*Euangelio*] Matthæi decimonono, & expoſitum eſt hoc. §. c. prox. ipſum beatum Petrum [*Succeſſoribus*] canonicè † intrantibus. infra de iureiu. ego. N. §. ritu. j. licet, alius ergo non uſurpet, de priui. ſanè [*reuerentiam*] Leuit. 19. coram cano. capite conſurge, & honora perſonā Senis [*Non enim*] rñdet tacitæ cōni, vt dictum eſt. §
4 c. prox. hominis tm̄ Vin. ergo † conſiſtorium dei, & papæ idem eſt, de app. Romana, li. 6. vñ in iudicādo, & ſoluēdo valet quicqd agit claue nō errāte ſic intelligas. 23. q. j. quodcunq;. & breuiter de iure oīa quaſi pōtut deus, excepto peccato, de pę. di. 2.
5 §. caritas, Hoſ. [*Vtilitate*] hæc duo † diſpenſationem inducunt, de præb. expoſuiſti, de conc. pb. ℣ poſuit
6 [*Præcipimus*] not. ſnīam † ferri in notorio [b] parte
b non citata. Anno. verbum enim hoc hēt vim ſnīæ, de ver. ſignifi. in his, de hoc ℨ. de iureiurand. ad noſtram. 3. infra de appel. cum ſit Romana, in fin. de coha. cle. veſtra [*Eccleſiam*] ad quam temere trāſierat [*Peccauerunt*] ergo peccauerunt eligendo, & ſic

ADDITIONES.

a Poteſt. An ante confirmationem epiſcopus poſſit renunciare epiſcopatui. vide etiam infra de conceſ. præben. cum noſtris. Ioann. And. circa fi. Bal.

pro & Gof. facit hæc littera: ſed ſecundùm Hoſt. dic, q puniuntur, in quo peccauerunt, quia receperunt, quem voluerunt, non eligent hac vice, & ſic forte recipient, quem nollent [*Hac uice*] ideſt in
7 † hac vacatione, Gof. & Hoſtien. pro expoſitione huius. verſi. remittit ſupra titu. j. c. pen. ſuſpendim⁹
8 ſic † patet, q canon ille, cum in cunctis, ad omnes
c ineligibiles extenditur, [c] Io. [*Vnde*] i. a qua, Pet. & Abb. vel proprie Apoſtolum prima ad corint. 7. nimis improbe alias prouide. [*Dereliquit*] dictus epiſcopus [*Redeat*] inter duas ſellas ad terram cecidit, Hoſtien. [*Inhibemus*] dixit † Vin. q ſine licentia papæ ad tertium epiſcopatum eligi non poſſet. infra de renun. niſi propria. quam ſpreuit, niſi & ipſa propria repetere velit 7. q. j. non oportet, & c. ſi qui vero, Hoſtien. [*Auaritiam*] ponebat hic Pe. q dñ no. Ioan. 7. quæſtio. j. §. ambitionis [*Spreuit*] & ſic caret habita. & argue, q ex quo electus conſenſit ſine auctoritate papæ, ſpernere non poſſit; de hoc.
d ſupra eo. c. 2. [d] [*Concupiuit*] & ſic caret ambita. di-
10 xit † autem Inn. hanc pœnam locum habere, quã do ſine auctoritate ſuperioris tranſit tam illius, cuius erat prima eccleſia, de renun. admonet, & 7. q. j. non opportet, quàm illius, cuius eſt eccleſia, ad quam tranſit, quam ſua auctoritate non debet occupare; ad quod de præben. cum cui, lib. 6. Abb. tamen dicebat hic, q ſi vnam dimiſit ſine licentia, & vnam apprehendit cum licentia, q illa ſola priuãdus ſit, in qua licentiam non obtinuit, ne pœna plus oſtendatur & c. de his, quæ fiunt à maio. part. c. quæſiuit, Io. in decre. bonæ. i. ſupra tit. j. dicebat
11 † talem tranſeuntem non eſſe priuatum, ſed per
e ſententiam priuandum [e] vnde remanet dominus prioris eccleſiæ, & priores clerici adhuc ei obedire tenentur. 8. q. 4. nonne directa. idem dicens, vbi renunciatio non tenet, de renun. quod in dubijs, nã
12 † etiam lata ſententia res non ſtatim perditur, argum. inſtitu. de offi. iudi. §. fina. vbi dicitur; q in cõmunibus iudiciis res perditur, & fit eius, cui adiudicatur. ff. de reſcin. ven. l. fundus, ad idem. ff. de iure fiſci. l. eius, licet circa iura ſtatim ſententia ſuũ conſequatur effectum. ff. de pœnis, in ſeruorum. §. vltim. & l. qui vltimo. ff. de fur. non poteſt, licet quidam dicant contrarium. ff. de publi. iudi. l. fina. cõcludit ergo, q non perdit eccleſiam ex tranſitu, ſed ſuperioris ratihabitione, de eo. quod dixi de perdẽdo dominio per ſententiam, vide quod no. de conceſ. præben. propoſuit, in gloſſ. penultim, & quòd
f ſuper ea [f] dixi. Circa beneficia curata eſſet hodie expeditum, quòd ipſo iure vacat primum per decre. de præben. cum qui. j. reſponſo, lib. ſexto [*In epiſcopatibus*] quibus nec expreſſe, nec tacitè, nec religionis fauore renunciari poteſt ſine papæ licentia adhuc hodie procedere poſſunt ſuperius dicta, & facit, quod dixi infra de conceſſio. præbend. cum
g noſtris, ſuper § verſicu. poſſidebat. ¶ †Glo. per ſen-
13 tentiam, alle. concor. ſignat contrarium, & ſoluit.
14 ¶ †In glo. 3. [*ibi, ſemper*] ſequitur, in ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit. Nam maiores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. vide Valerium. lib. 4. cap. v. in fi. de ſene Athenienſi ſolum per legatos Lacedemonũ in theatro recepto Athenis. vide de conſuet. c. vlti. lib. 6. ſuper. 4. gloſſ. ¶ In glo. vnde dicitur [*ibi. l. 1. in fin.*] hæretici prius à deo, ſecundo motu principis, quem ex cęleſti ſuſcepit, arbitrio puniuntur [*& ibi l. 2.*] [quæ naturaliter inſunt legatis, applicat fideicommiſſis, & è contrario [*& ibi, l. una*] facit cenſeri ſtipulationem adhibitam, vbi adhibita non eſt [*& ibi, ſed quod principi*] vide ſupra cap. j. ſuper 1. gl. ¶ In gloſſ. quia [*ibi, l. 2. in fi.*] vide de reſtitutio. ſpoliato. ex parte, ſuper. 3. glo. ¶ †In gl. j. in fi. & de cleri. excommu. mi. illud. ¶ In gl. 3. in fi. & probans antiquitatem releuatur ab onere probandi titulum ſecundùm Vincen. quòd dic, vt de præben. c. j. lib. ſexto, & antiquum vinum pręualet nouo. ff. ſi certa. l. 3. contra, natura nouas deproperat edere formas. C. de veteri iure enu. l. 2. §. ſed quia, & qđ antiquum eſt, merito antiquari oportet. C. de vſu capi. transfor. l. vna, ad fin. q quia Tubero eſt vſus antiquo ſermone, eius libri parum grati habentur ff. de orig. iur. l. ſecunda. §. poſt hos, & licet ſero, tãdem refrẽnabimus legem, in auctẽ. de conſan. & veteri. §. quia igitur, colla. 6. Ariſtoteles etiam à veterum opinione receſſit. ff. ad l. Fal. l. j. §. ſi vſufructus, & nouum teſtamentum prævalet, de celebr miſ. cum Matthæ; & breuiter noua placent, dicit
h Hoſtien. antiquitati ſtandum, [h] niſi deprehendatur ibi manifeſtus error. 9. diſtinctio. neque: vel niſi ex cauſa immutetur, vel reformetur. 63. diſtinct. §. verum, de conſti. cum omnes, de conſuetu. cum conſuetudinis, de hoc etiam vide de ſacram. vnct. c. vno. §. verum. ¶ In gloſſ. ipſum, in fin. dupliciter poteſt intelligi, ideſt non peccauerunt in eo, quod poſtularunt, ſed quod recipiunt, vel peccauerunt, quia non poſtulauerunt, ſed elegerunt, primum placet Hoſtien. per decreta. ſe. ſecundùm Goffred. ¶ In glo. per ſententiam, in fi. melius placet, quòd per ſententiam, Inno.

ADDITIONES.

a ¶ Quanto. Contra de c. cum venerabilis. ſupra de conſuet. dic vt ibi in gl. ad materiam huius vide c. j. de cler. non reſi. Arch.
b ¶ Notorio. Ad idem infra de re iudica. cum olim, quod dixit Guil. de mon. Lau. verum, vbi non imponitur pœna corporalis, ita no. in cle. paſtoralis, de re iud. & Arch. de offi. dele. c. i. lib. 6.
c ¶ Extenditur. Vide Io. And. ſupra titu. j. bonæ, lo primo, ſuper verſic. indignos.
d ¶ Secundo. Et de electio. lib. 6. in glo.
e ¶ Priuandum. Hoc videtur probare ille tex.
f Ea. Et pet Inno. infra c. 1. de conceſ. præb. lib. 6.
g ¶ Super. Vide Io. And. in c. 1. de cle. non reſid.
h ¶ Standum. Et ideo dicit alibi Bal. in l. fi. C. de edict. di. Adria. tollen. quòd doct. antiqui ſunt maiores nouis pondere, numero, & menſura; & refert Decius in l. cum quid. ff. ſi cer. petat. quòd bos antiquus firmius figit pedem.

SUMMARIVM.

1 *Transfert papa ſolus epiſcopos.*
Indulgentia papæ ſuper epiſcoporum translatione, conceſſa ſtrictè ſumenda.
Diuiſio.
2 *De ambitione remiſſ.*
3 *Maior non infert æqualem, vel minorem.*
Epiſcopatus omnes æquales dignitate.
4 *Poſtulandus an eligendus ineligibilis, cum quo diſpenſatum ſit.*
Impedimenta, quæ tollantur per diſpenſationem, quę non tollantur, verſi. ſed tamen notan.
Odium omnino tollitur, fauor non ita, ibid.
5 *Dolus non remittitur liberatione generali.*
6 *Examinatio, an quis ſit transferendus epiſcopus, vel an quis ſit idoneus, ut ei prouideatur extra iudiciũ ſit nullo uocata.*
Imperſonalis locutio inferiorem papa non excludit, uerſi. & ideo locutus.
7 *Epilogus, ſuffragium, ſuppletio gloſſar. nu. 8. 9. & ſeq.*
Per ambitionem obtentum non iuuatur priuilegio, & quid per ambitum dicatur, iuxta gl. & nu. 12.
10 *Spirituale matrimonium per conſenſum eligentium, electi, & confirmantis eſt plenum.*
Conſumatum congrue dicitur, cum poteſt epiſcopalia exercere epiſcopus.
11 *Tranſire ad parem, vel minorem quis pòt epiſcopatum qñq.*
12 *Odioſum priuilegium multis dicitur ex cauſis, & quibus.*
Fauorabile quod dicatur è contrario, quod eſt latè etiam contra commune ius interpretandum.
13 *Poſtulatus an confirmationem petere poſſit.*
14 *Priuilegium papę contra ipſum iuterpretamur.*

CAP.

CAP. IIII.

1 Icèt in tantum. Caſus. Solus † papa transfert epiſcopos, & indulgentia per eum ſuper tali tranſlatione cõceſſa ad litteram ſeruãda eſt, & ſtrictè ſumenda, ne ſuperflua videatur in ſingulis capitulis huius tituli repetita, dicit Boa. q in primo ca. papa probat propoſitum per locum ab auctoritate prælationis conceſſæ eccleſiæ in perſonam beati Petri. In ſecundo [a] probat per locum à minori. In tertio per locum ab antiquitate: hic per locum à ſimili [*Solui*] i. diſſolui, & j. hic intellige, q iuit, vel miſit ad curiam producens quandam indulgentiam, quæ ipſum non ex-
2 cuſat, vt ſequitur [*Ambitionem*] de † ambitione vide quod dixi in cle. de regula. vt profeſſores, in gl.
3 concordat. [*Eã*] ſi maiorem, ergo † non æqualem vel minorem, vt ſequitur, omnes autem epiſcopatus æquales ſunt quo ad dignitatem. 93. diſt. legimus, circa medium, & hinc ſumitur prima ratio repulſæ [*Excommunicationis*] ſecunda, ibi, Statim, dũ tamen &c. [*Ad parem*] etiam ſecundum verba in dulgentiæ [*Facilius*] ad idem j. tit. 2. niſi. §. nec putes [*Diſpenſari*] vbi ſolum vinculum eſt impedimẽto: ſecus in crimine, vel defectu. 56. diſt. Cœnomanenſem; de fili. presbyt. c. j. lib. 6. [*Examinari*] ſupra
4 ti. j. ſcriptum, & † not. quaſi expreſſum, ſecundum Inno. q licet diſpenſetur cum aliquo ineligibili, tamen adhuc eſt poſtulandus, non eligendus, quod dicunt quidam verum, vbi remanet impedimentum. vt hic erat: quia poſt diſpenſationem remanſit epiſcopus, quod impedit electionem, & tranſitum, de poſtula. præla. c. fi. vbi vero tolleretur im-
b pedimentũ, ſicut in illegitimo, [b] videtur, q poſſit eligi, ar. ſ. ti. j. cum Vinton. Alij contra, q licet legi timetur, illegitimus remanet. C. de generali abolitione. l. fi. dicas verba indulgentiæ conſideranda,
c & ſecundum illa iudicandum [c] infra de priuileg. porro, ſecundum Hoſt. Eſt tamen not. ſecundum Inno. q magis tollitur impedimentum in irregularitate, defectu natalium, & ſimili odio, quam in honore epiſcopali, vel re fauorabili, æquum enim eſt odium ſic tolli, q penitus deleatur, ne inde maneat memoria non ſic in fauore, de reg. iu. odis, li. 6. ſimile, q pactum tollit ipſo iure actionem ex dicto prouenientem tanquam odioſam, ſed non actionem ex contractu tanquam fauorabilem, licet ipſam elidat. ff. de pactis, iuriſgentium. §. quini
d mo, & l. ſi vnus. §. ſi pactum [d] cum ſim. In caſu tamen huius decre. licet videatur, quòd epiſcopus poſſit eligi, vt ſic per conſenſum nuncietur matrimonium ſpirituale, tutius eſt ſecundum Innocen vt eligatur in poſtulandũ, ſupra titu. j. in cauſis, immo videtur tutius, q omnia per papam fiant, & q ſine ipſius licentia non conſentiat, & quòd poſtuletur, non eligatur, & hoc videntur ſonare verba indulgentiæ, dum tamen nihil &c. huius enim dubij ſuperior, & non poſtulatus eſt iudex, dicit tamen Inno. q quicquid dicatur, hæc eſt veritas, q poteſt conſentire, q ſuperior etiam minor papa poſtulationem poterit approbare, vt infra dicam [*Tenor*] i. mens tenoris, Hoſt. [*Indulgentię*] tolle, qđ eſt infra, ſubiungens, dummodo nihil &c. [*Perſonę*]
5 quia † generali liberatione dolus [e] non remittitur
e ff. de libe. le. l. Aurelius, [f] & Caius, argu. contra, ff.
f de pactis, ſi vnus. §. j. & de li. legat. ſi quis rationes, Vincen. [*Poſtulatio*] facta de dicto epiſcopo, & per hoc no. Hoſtien. contra Goff. hunc fuiſſe poſtulatum, non electum, de hoc ſupra cap. proxim.
6 [*Examinata*] † examinatio iſta extra iudicium, ſic & cum mandatur alicui, vt alteri prouideat, ſi eſt idoneus, non enim eſt tunc neceſſarium aliquos citare, ſecundum Innocen. de hoc vide infra de pſumptio. cap. fin. & de conceſ. præben. propoſuit, & in clem. de offic. deleg. cap. uno, vide quod dixi ſupra titu. ſecundo, capitulo primo, ſuper verſiculo requiſitus [*Cui*] ideſt à quo, & tunc dic, facienda ſcilicet poſtulatio. & poteſt dici, quòd ille. ſit papa ſolus, ad quem talia pertinent, ſupra eodem, capitulo immo, & metropolitanus, & hoc operetur indulgentia, & ideo locutus eſt imperſonaliter, ſimile ſupra titulo primo ne pro defectu, ſecundũ Hoſtien. [*Ratione*] ſimile, de præbend. capitulo ter
7 tio. ¶ Prima † gloſſ. obiicit, dupliciter ſoluit. ¶ Penultim. gloſſ. obijcit, & ſoluit. ¶ Vltima gloſſ. obiicit, & ſoluit. Secundo quærit opponendo, & dupli
8 citer ſoluit. ¶ In † gloſſ. prima [*ibi, oratio*] vide de electione in cauſis, ſuper gloſſ. hic habes. ¶ In vlti. gloſſ. [*ibi, ſi quando*] vide in capitulo eccleſia, ſtatim allegat. ſuper gloſſ. C. de [*& ibi, quoties*] vide in capitulo abbate, ſuper gloſſ. ſic. ff. & ibi, l. prima, vide de teſti, cauſam. 2. ſuper vltima gloſſ. & ibi, [*de leg. c. ſi quando*] vide in prævalleg. capitulo in his, de priuileg. ſuper vltim. glo. [*& ibi, §. ſicut*] In fine ponit, quod dicta decre. vnica de commo. [*& ibi, de ſena. conſul. l. vna*] qui impetrat contra ſenatuſconſul. mulctatur tertia parte patrimonii ſui, & damnatus de ambitu fit infamis [*& ibi. l. 3. in prin.*] vt cum minoribus committitur rerum
9 ſuarũ adminiſtratio. ¶ †In gl. j. [*ibi, Ambroſius 'Polycarpum*] dicit Hnſtien. q Ambroſius loquitur de
g matrimonio [g] contracto, quod ſine dubio, aut ſtatim tenet, aut non tenet [*& ibi, Indiuidua*] &c. res ſimplex, & incorporea. Vnde, vt dicebat Inno. per partes non poteſt haberi: ſed intelligi debet textus, vt infra dicit gloſſ. [*& ibi, ſubſtantiam*] dicebat
10 † Inn. per conſenſum eligentium, & electi, & confirmantis quo ad ſubſtantiam plenum eſt matrimonium, ſiue ſacrament. ſubſtantiæ, etenim nil addit conſecratio. ſ. c. 2. [*& ibi, Conſumatum*] quod congruè per ſimilitudinem dicitur: quia ſicut cõſumato carnali matrimonio, & non prius proles carnaliter gignitur, ſic poſt confirmationem ſpiritualis: quia tunc primo poteſt ordinare, conſecrare, & epiſcopalia exercere, & prius quo ad iſta dicitur eccleſia vidua. ſ. c. 2. ver. ſed neque [*& ibi, ratum & perfectum*] licet amplius perficiatur per copulã de hoc. 11. q. 3. quòd prædeceſſor. ¶ In gl. ſi alicui, in fi. tamẽ verum eſt, q poterit ſine licentia papæ trãſire, & in hoc bene videtur iſtis ſecũdùm Hoſt.
11 ¶ In gl. ſed nonne [*ibi paſtoralis*] Item † quãdoque trãſire poteſt ad parem, vel ad minorem prohibẽtus a maiori, de reſcriptis, ſedes [*Et in fi.*] Idem Goffre. & põt dare ſimile de eo, qđ habes. j. de electione, nemo deinceps, lib. vi. & j. vt eccleſia. beneficia c. vno, ad fi. fm vnam opi. & ſ. de conſue. cum dilectus, & j. lib. vj. de rebus eccle. non alienandis, du-
h dum, coniuncta cle. e. tit. ſi vna, [h] & de electione, ſi religioſus. 2. reſponſo, lib. vj. coniuncta decre. 2. ne cleri. vel mona. e. li. ad idẽ clemen. de hæreti. nolẽtes, in prin. & q no. in cle. de elec. ne Romani. ver. irritũ, in prima gl. ¶ In gl. vlt. [*ibi ambitione*] vnde
12 dicebat † Hoſt. aliqũ priuilegiũ odioſum: qa ꝓtra naturalẽ rõnẽ, & æquitatem, vel quia periculũ animarũ inducit, vel quia ambitioſũ ſaltẽ ex poſt facto preſumitur, vt hic. ſ. ti. j. dudũ. ij. ad fi. & reſtringit vt hic & ibi. Interdũ odioſum & rõne pſonæ ẽt paterne, quę iuri odioſa eſt, & ẽt reſtringit, de filiis presbyterorũ, litteras; & c. penul. & vltimo. vel rõne ſui tenoris, quia cõtra ius alterius imperatũ & ſic ẽt reſtringitur. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. ex facto. j. rñſo. Interdũ eſt mere fauorabile, qa pſona,

cui conceditur, est fauorabilis. nec inducit aĩarũ periculum,& continet æquitatem,& tunc licet sit contra ius commune, tamen latè interpretandũ est,vt in cõtrarijs, patebat autem ambitio in hoc casu:quia habẽs vnam dignitatem episcopalem, super alia habenda litteras impetrauit,ad hoc,C. de episco.& cle.si quemquam,& §.ti.j.qualiter, &
13 ibi in prin.gl.Ioan.dicebat Goff.q† cum postulatus aliàs non habeat ius petendi confirmationem de postula. prælato. bonæ.i. hic ex vi indulgentiæ poterit confirmationem petere, ex quo de persona,& postulatione constabit,hoc non placet Hos. qui dicit,q& sine tali indulgentia talis postulatio confirmatur,supra tit.j.cum ad monasterium , & ibi remittit [*& ibi,Petita*] ex quo per patriarcham vel alium, ad quem spectaret, plena præcedente examinatione fuerit postulatio approbata;nec fit illud sine papæ licentia,ad hoc supra c.2.ver. præ-
14 sertim , fit ergo † contra papam interpretatio , & sic ius suum videatur per priuilegium concessisse ne ad ipsum vlterius recurratur,nisi aliàs sit immediatus superior, & tunc recurritur ad ipsum non, vt ad papam,sed vt ad confirmatorem.

ADDITIONES.

a ¶Secundo.Hic vide quòd iste dictio,dum tamen,importat conditionem,de qua infra titu.j.c.ex tuarum,& ibi concor.
b ¶Illegitimo.Vide Io.And.in c.fi.de fi.presb.lib.*6*.in nouella.
c ¶Iudicandum.Vide Barba.consi.9.col.7.vol.j.
d ¶Pactum.Ibi vide,& in l.si tibi.x.§.quædam.ff.eo.ti.
e ¶Dolus.Vide.do.Iason.in l.fi sub prætextu.C. de transac. vbi multa allegat.
f Aurelius.Ibi vide pleniſſimè per B ar.
g Matrimonio.Vide do.Io.Lupum de Hiſpania in tractatu de matrimonio.col.*6*.
h Vna.Ad ista facit.c.cui de non sacerdotali,de præb.lib.*6*.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia,siue continuatio tituli quæ.*
De usu pallij vbi alibi tractetur.
2 *Pallium quid sit,& eius etymologia nu.3.qui illud cõcedat , ibid.in eo quatuor cruces ponuntur , & cur , & qualiter cum significationibus earum,nu.4.& 5.*
3 *Patriarchæ quatuor etiam pallium concedunt.*
5 *Temperantiæ laus.*

¶ De auctoritate,& vsu pallij. Rubrica.

1 ¶† Vidimus.s. de postulatis, electis, & translatis sed quia per hos modos assumptos vti pallio decet,si ecclesijs,ad quas assumuntur, dignitas pallij debeatur,ideo & cætera.Goffred. de materia rubricæ.100.distin.per totum,& 25.quæst.secunda , in Galliarum.Conueniũt huic rubricæ, de electione,significasti , & capitul. suffraganeis , & capitu. quod sicut,vt patet in summationibus. Item archiepiscopus,eui renunciauit , deindè non vtitur pallio,de renun.ad supplicationem.Item quando
2 que papa se offert missurum pallium, quod tamẽ aliàs instanter peti debet,de postula.bonæ.2. in fi. Pallium est † insigne ornamentum archiepiscopi vel episcopi de corpore beati Petri sumptum . de electione,significasti,episcopi dico, quia eis interdum ex priuilegio conceditur:de præsum.cum in
3 iuuentute.Quattuor † patriarchę concedunt pallium,de priuile.antiqua.& secundùm Hostien.debemus dicere palleum ad hoc etiam,vt in scribẽdo sit differentia inter palleum dignitatis , & pallium honestatis,quod quilibet laicus etiam defer re potest,de quo.j.de homic.suscepimus, & vtrunque dicitur à pallij Græcè, Latinè motu , vel concussione.Nam pallium sæpè mouetur , & palleũ sæpius.Vnde minister sæpe palleum aptando concutit palleatum,vel dicitur palleum a pallore, vel palleo palles,debet enim præcæteris deum diligere.Ieiunijs ergo , & vigilijs insistendo pallidus esset solet,vnde Ouidius,li.j.de arte amandi.Palleat omnis amans,hic est color aptus amanti, & sic ornatui vestium conuenit ornatus actionũ.100.dist. §.priuilegia,& c.rationis,licet interdum fit contra
4 rium.e. dis. contra morem , ponuntur † autem in palleo.4.cruces nigri coloris propter mortificationem vitiorum,quæ debet esse in palleato: vt cum apostolo dicere possit: mũdus mihi crucifixus est, & ego mundo,ad Gala. vlti.Et dicunt quidam,q prædictæ.4.cruces,4.affectiones designant,gaudiũ dolorem.spẽ,& timorem. Vnde versus. Et cupiũt homines,gaudent, metuuntque, dolentque. Prima ante pectus gaudium designat,secunda à sinistris spem,tertia,quæ est retro,dolorem,quarta, q̃ est a dexteris,timorem, & ista sicut contraria sic à contrario apponuntur.Sed & quia quandoq; huiusmodi affectiones excedũt,potius sunt afflictiones,quàm affectiones,ideo in primis tribus crucibus ponuntur tres acus ad pungendum , & reprimendum, ne excedant. In quarta non ponitur acus:quia timor suum aculeum secum portat: vel per primam gaudium,quod ideo præponitur: qa homo semper debet incedere læta facie, per secũdam dolor:quia à sinistris pandetur omne malũ, per tertiam timor:quia timemus , quæ non videmus , p quartam spes ideo sine aculeo,vt quis magis speret,quàm timeat, vel per ipsas designantur quattuor virtutes cardinales.Per primam ante pectus iustitia,vt semper sit preoculis.Per secundam fortitudo cõtra aduersa;& ideo ponitur à sinistris Per tertiam prudentia , & ideo retro ponitur.Per
5 † quartam temperantia,quę caret aculeo,quæ nũquam excedit,sed alia temperat.vnde Valerius li.4.c.j.in fi. Nil tam præclarum , tam magnificum, quod non moderatione temperari desideret,facit infra de offi.le.nisi. & ideo à dextris , quia conclusio aliarum virtutum, vnde Philosophus pro suma philosophiæ in extremis legitur dixisse discipulis,ne quid nimis,secundùm Host. Illud etiam dixit Terentius in comædijs.Hieronymus ad Demetriam.C.philosophorum sententia est,moderatas esse virtutes, excedentes mensuram , vel modum inrer vitia reputari,vnde de septem sapientibus vnus ait , ne quid nimis , legitur in dictis patrum, abbatem.Io. petentibus ab eo fratribus in morte aliquod compendiosum verbum hæreditatis loco,dixisse cum gemitu,nunquam propriam volũtatem,nec aliquid docui , quod prius ipse non fecerim.Hierony.ad Fabiolam.d.prius faciamus,& sic doceamus, ne doctrinæ auctoritas caſſis operibus destruatur. Et ad Nepotianum.C. non confundant opera sermonem tuum , vt dum in ecclesia loqueris , tacitus tibi quisque respondeat, cur hæc,quæ dicis, ipse non facis ? accusare auariam etiam latro potest : sacerdotis os cum mente concordet.

SVMMARIVM.

1 *Pallio vti potest archiepiscopus intra quamlibet ecclesiam prouinciæ suę,non extra.*
Diuisio.
2 *Diœcesis pro prouincia,Regio pro diœcesi ponitur interdum.*
3 *Epilogus,& Suppletio glossarum.*
Ecclesię nomine quę significentur,remiss.

CAP.

CAP. I.

1 VM super. Casus. Intra† quã libet ecclesiam prouinciæ tuæ archiepiscopus pallio vti potest, sed extra ecclesiam non potest.& sunt duæ partes.consultatio,& responsio.Secunda, ibi, quòd ita [*Intelligatur*][sup.illud [*tradimus*]materialiter ponuntur hæc verba [*Quod*]neutri generis.sic s.de rescriptis,olim,de resti.ipo.sequens.§.solent, li.6.& de biga.nuper [*Quamlibet ecclesiam*]etiã exemptam,& sic intelligo concilium Vien. de priuil. ar
a chiepiscopo,vt ibi a etiam dixi [*Prouinciæ*]Goffr. ex-
2 ponit.i.†diœcesis.tu legas propriè : tamen, prout dicebat Hostien.ponitur interdum diœcesis pro p̃uincia.ix.q. 1.episcopi. Interdum regio pro diœcese.q.episcopum . In literis autem contentiosis ad lites dic,vt.s.de rescriptis, Rodulphus , de beneficialibus non tractabat hic Hostien. id quod est ho die expeditum.j.de prębendis,quàmuis, primo.§. j.libr.6.& not.j.de præb.pro illorum [*Commisisse*] & hoc.j.ipsius ecclesiæ ambitum,in qua te celebrare cõtigerit.si verò &c.Hostien. [*Alio modo*] puta pro cęmeterij consecratione[*debes*]nisi forsan ex indulgentia speciali.j.eod.ex tuarum, & c.fi.de offi.ord. quod sedem,& cap.duo,secundùm Host.¶Secun-
3 da†glo.s.contrarium , & solut. ¶In glo.2. [*ibi,cum clerici*]de multiplici significatione huius uer.ecclesia,ibi not.& ne præla.vices suas.c.fi.[*& ibi,vasallis*] qui iurant obedire episcopo,& ecclesiæ.¶In gl.vl. [*ibi,officij*] scio me audiuisse , quòd significat eum habere alas ligatas,& ideò super vtrũque brachiũ extenditur ala.hi qui hoc dicunt, nõ probant hoc per aliquod ius.Lau.vide quod dixi super rub.

ADDITIO.

a Ibi.Contrarium,ibi tenet Arch.Paulus,& Ioan.concordat Ioan.An. & facit quod no.s.de rescri.abbatem .

SVMMARIVM.

1 *Pallium suum non potest alteri archiepiscopo commodare , vt vestiat,nu.2.interdum etiam episcopo conceditur,ibid. quãdo ad alium archiepiscopatum trãsfertur,quid de prio ri pallio agendum nu.3.quodlibet cum eo sepelitur,num.5. Diuisio .*
4 *Epilogus glossarum .*
Priuilegia causę transeunt ad hęredes,non personę .
5 *Suppletio glossarum .*
6 *Ex defuncti persona intra 9. dies ab obitu non est quis molestandus .*

CAP. II.

1 ADhoc. Casus. Archiepiscopus † alteri archiepiscopo pallium suum commodare non potest.Et sunt duæ partes. secũda ibi, īquisitioni [*Commodare*]fortè archiepiscopus, cui scribit,īuitauerat alienum archiepiscopum ad celebrandum, vt fieri solet.7.q.1.episcopi,quod poterat,vt ibi.ergo videbatur, quòd quasi ex quadam sequela posset ibi sibi pallium commodare, ar.ff.de procura.ad rem mobilem,& l.ad legatum. Sed contrarium respondetur secundùm Host. vel fortè archiepiscopus existẽs in prouincia propria petebat ab isto, quem inuitauit, intra suam prouinciam sibi pallium cõmodari,& iste consulit papam., qui respondit, vt sequitur, quod videtur verius [*Conueniens*] i.iustũ, & statim submittit causam , & ibi cum pallium
2 &c.[*Commodare*] ad † vtum.i. vt illud vestiat: nam aliàs ad videndum, vel instruendum sartorem cõmodare non est prohibitum[*sed quisque*]cui cõcessum est.Nam & interdum conceditur episcopo, de præsumptio.cum in iuuentute,Hostiẽ.[*Cum eo*]
3 pallio scilicet; adeò quòd dicunt † curiales, quòd si archiepiscopus ad archiepiscopatum transferẽ , custodiendum est primum, vt eo non utatur, sed vt cum eo sepeliatur,& sic sepellietur cum duob⁹, ar. de postula. bonæ.2. tamen pallium vltimæ ecclesiæ ponetur desuper : alia verò de subtus : & aliud intelligetur sepultum ab eo die,quo cessit al teri ecclesiæ . Alij dicunt corpus vestiendum vltimo pallio tantùm . Primum verò ponetur super corpus, vel super capite secundùm Inno. quod videtur rationabilius, Hostien. & quod dicitur de
4 duobus,idem de pluribus.¶Secunda † glo.s. contrarium & soluit. ¶In prima glo. [*ibi, priuilegia*] ibi
a dicitur,quòd priuilegia causæ a transeunt ad hæredes:priuilegia personæ nõ [*& ibi.§.sed quod principi*] constitutiones personales non transgrediuntur p-
5 sonas.¶In†gl.j.in fi.&j.de regu.iur.priuilegiũ,b li.
b 6.¶In gl.ij.[*ibi,sacerdotalibus*]& cui uslibet ordinis, vt defunctus cum illis sepeliatur; & hoc habet vniuersalis consuetudo , Hostien. Illud verò loquitur de palla altarius,& syndone secundùm Goffre.[*& ibi,Effodiantur*]& tamen sub pęna sacrilegij prohibetur.C.de sepul.vio.pergit audacia . Sed nec.j.ix.
6 dies † ab obitu numerandos ex persona defuncti est aliquis molestandus,in auc.ibi signata,sed nec ante,Hos.& in fi.idem ibi no.in prima gl.

ADDITIONES.

a Causæ.Vide latissimè per do.Pe.de.in sua rep.regulæ,priuilegium, de reg.iu.li.*6*.& de materia per Bar.& legistas in l quia tale.ff.solu. matri.
b Priuilegium.Et per Bar.in l.quia tale.ff.solu matrim.& in l.pe.ff.de seruit.le.

SVMMARIVM.

1 *Per pallium confertur plenitudo pontificalis officij, & nomen archiepiscopale .*
2 *Plenitudo officij pontificalis quid significet .*
3 *Simulatio bona approbatur .*
Mentiri an liceat .
Verbis duplicibus vtendum in excusationibus,ver.cõsuluit .
4 *Epilogus,Suffragium.Diligere nos magis tenemur,quàm aliũ, & nu.5.6.*
Nomen archiepiscopi quis sibi non acquirit nisi post consecrationem,sed prius electi,vel postulati nomine uocabitur .
6 *In salutis acquisitione nemo sibi germanior .*

CAP. III.

1 NIsi specialis. Casus . Per pallium†confertur plenitudo pontificalis officii,& nomen archiepiscopale. a h.d. Et facit ad primam partem rubricæ . & prima decisa factum narrat . Secunda ibi,sanè,factum aggrauat.Tertia concludit ibi , tu ergo. quarta comminatur ibi, quoniam si.[*Et infra*]hic continetur,quod habes.j. de officio legati, nisi [*Per nos*] etiam q.di.nedum per te,qui hoc facere non potuisti, de offic.lega. quòd translationem [*Deberet*] ipse translatus [*Appellare*] multominus hoc debuit,quando per te tantùm extitit approbata [*Ipsi quo*] i.in traditione,& susceptione eius palij [*officij*]non dicit,ecclesiasticæ potestatis,vt.j.c.proxi.ibi

b xi.ibi dicam [*Plenitudo*] b 100.di.quoniã quidam.i.
2 plena† executio in his,quæ ordinis sunt, & iurisdictionis,si sunt maxima,sicut conuocare concilium, de elect.quòd sicut.§.præterea,secundùm Innocẽ.
3 quod dic,vt ibi secundùm Hostien.[*palliare*]nam † & Iesus finxit se longius ire.j. q.j. ex his, ver. quod vt plane. & bona simulatio approbatur. j. quod metus causa.c.j.§.j.Sed quomodo palliabit? dicũt quidam mentiendo,ex quo alteri non fit præiudicium,& dicit sibi super hoc fuisse per papam traditam potestatem.est enim bonus dolus.ff. de dolo.
c l.j. xxij.q.2.is autem. sed contrà nemini c expedit
d mẽtiri.ff.de tribu. d l.illud.§.penult.xxij.q.ij.primũ consuluit ergo Hosti.q in suis sermonibus, vel excusationibus non mentiatur. Sed vti verbis duplicibus dicendo, q qui eũ reprehendunt,nõ viderũt oĩa sua priuilegia,& bene esset supinus,si specialiter reseruata sine speciali mãdato præsumeret,& his similia, p q̃ nõ mẽtiat. & de his verbis duplicibus in alia materia in spe.de aduocato.§.iã nũc,in
4 prin. ¶ Vlt.†glo.s.contrarium.¶ In glos.2.[*ibi, quod iussit*]vide de app.cum cessante,super j.gl.¶ In glos. fi. [*ibi.l.2.*] signa rebus meis impressa non solum ego,sed quilibet alius sine metu calumniæ deponere potest][*& ibi,Si quis fumo*] non tenetur Aqulia, qui intercidit ædes vicini iusto metu ductus, ne ignis ad se perueniret, etiã si prius extinctus fuerit.
5 ¶ In † gl.1.in fi.& vocabit episcopus, prius vocaret se electum,vel postulatum.¶ In glo.vlt.[*ibi,à semetipso*] Ber. ad Eugenium libr.de consideratione, in
6 † acquisitione salutis tuæ nemo tibi germanior vnico matris tuæ:& Socrates,amico ita prodesto, ne tibi noceas [*& ibi,Præses*]de offi.ordina.præsen-
e ti.§.porrò,lib.6.[*Et in fi.*]solue,e vt ibi in prima glo. & de hoc.j.de reg.iur.locupletari,lib.6.

rationem [*Assumptus*] papa proprie dicitur assumi per id,quod habes,de electione, licet: quia confirmatione eget,vt ibi[*Plenitudinem*]tantam,quod,dũ
3 modo non † peccet fide, citra deum ab aliquo iudicari non potest.xl.dif.si papa.ix.q.3.aliorum . In peccato tamen,si de ipso liquet,nõ tenetur sibi aliquis obedire,quod dic,vt no.de tempo.ordi.ad aures,de concess.præben. proposuit [*Potestatis*] dicit Hostien.hic fieri solutiones multas quò ad hominem,sed quantum ad deum pertinet,ipse nouit.j. de iudi.nouit.cum tamen decre.cum ex eo, in fi.j. de pẽi.& remiss.dicat moderamen adhiberi in ple
4 nitudine potestatis,& no.quòd † pallium in papa desiderat potestatis plenitudinẽ,vt hic.In aliis plenitudinẽ officii.ã.c.proxi.remittit ad summã.e.ti.§. j.ver.notabis. sic & anulus aliud significat in vno, aliud in altero, de hoc de præsum. illud. facit ad hoc de sacra vncti.c.vno,ad fi.alij.s.patriarchæ,vel archiepiscopi[*iurisdictionem*]metropolitani[*Potestatis*] sicut papa.¶ Prima†gl.ponit formam traditio
5 nis pallij.¶ Secunda glo.exponit literam : dat duo
6 similia,& .s. contrarium.¶ In † gl.2.[*ibi,non ibit*]nisi ex priuilegio, sicut cõcessum est præpositis sacri cubiculi, & sine alterius lesione finita militia , cũ proficiscuntur ad agros inspiciendos,vel ob aliam
7 causam utantur cingulo in l.se.¶ In†gl.j.[*ibi,Petri*] quare sic dicatur,uide no.de electione significasti, in gl.penul.[*& ibi,Tribus*]Hostien.ponit quattuor, cui plus credo:quia id æquius, & quia fuit palleatus[*& in fi.*]Aliquibus†plus conceditur,& ideo ad
8 priuilegia recurritur.j.c. fi.debet autẽ pallium dari fortiter postulãti. 100.di.prisca, nisi aliter fiat de gratia,de hoc.ã.de elec.significasti,de postul.bonę 2.ad fin. Consecratus autem si.j. tres menses à die consecrationis numerandos ad fidem astruẽdam, & pallium suscipiendum ad apostolicam sedem non miserit, cõmissa sibi careat dignitate.100.di. quoniam,accusatus de hoc.s.corã papa: alias non secundùm Hu. & Ioan. Andr. quia nec per alium fieri posset talis sententia.3.q.6.accusatus.Ex causa verò ista daretur sibi annus,& plus.7.q.j.constitutum.lxxv.di.quoniam quidam. Sed, prout dicit Hostien.nec sufficit nuntium mittere,nisi sufficiẽs sit.ad quod quattuor requiruntur,quòd mittatur nuncius,& idoneus,de elec.causam,& j. tres menses,quòd habeat sufficiens procuratorium , ad qđ ista exiguntur , & in eo fiat mentio de quattuor vniuersalibus synodis,de quibus.xv.di. sicut. C. de sum.tri.l.fi. & constitutionum , siue decretalium Romanorum pontificum, de sum.tri.ca.j.& ij.secundum,quòd propria mittentis manu sit subscriptum. Item quòd habeat mandatum hanc fidem iureiurando firmandi. i. iurando in animam mittentis,quòd ita credit firmiter.& simpliciter , de summa trinitate.c.j.Quartum , quòd potestatem habeat petẽdi pallium.100. di.quoniã. Quintum forte , vt potestatem habeat iurandi in animam mittentis fidelitatem,& obedientiam ecclesiæ Romanæ,ar.ã.de electione, significasti.lxiij.dist. tibi, de iureiur.ego.Sextum,quòd fortiter petatur , vt est dictum,& probantur hæc.100.di.optatum.& si hoc.j.tres menses nõ fecerit,est deponendus.100 di.quoniam , nisi forte nuncius missus infideliter egerit,vel in via impeditus fuerit,ar.j.de pigno. significante,quia tunc esset ei subueniendum,vt ibi patet,& in eo, quod legitur & notatur de re iudic. cum Bertoldus.Sed & volunt aliqui intelligere,q elapsis omnino dictis tribus mensibus hanc pẽã patiatur, sicut Hug. & Ian.nec obstat, quòd episcopo dentur.v.menses, de quo.ã.de transac. ca.2. quia maius periculum vertitur in archiepiscopali officio,& ideo minus tempus conceditur,arg.xlij. di.

ADDITIONES.

a Archiepiscopale. Quandoque tamen ex gratia pro tenuta traditur pallium etiam episcopo,ad hoc j.de præscr.c.cum in iuuentute .
b Plenitudo. Vide Arc.xi.distin.c.2 & scripta per eum 2.q.6.decernimus Arch.
c Nemini.vide Panor.& ibi plene modernio. *in c.cœterum*, in fi.primæ col.cum princi.se.j.de iudi.
d Tribu. Et qui negat, perdit beneficium illius actus, quem negat, vt.ff. de fide instr.l.sed si dubitetur.§.i.& ibi concor.per Bar.
e Solue.Vide.l.1.§.denique.ff.de aqua plu.ar.in dubio quis non præsumitur animo nocendi feciisse, vt est glos.no.in l.fluminum.§.fin.ff.de dam.infec.

SVMMARIVM.

1 *Pallio Romanus pontifex semper & vbique utitur:alij in ecclesiis suis, & certis diebus tantum quid in papa, quid in alijs significet,nu.4.*
2 *Papę prerogatiua quę,& ipse dicitur assumi propriè . eius ẽt potestas quę,nu.3.*
5 *Epilogus,Suffragium,& Suppletio gloss.nu.6.7.*
8 *Pallium quomodo, & intra quod tempus petendum,impedimento cessante,& quæ non petenti pœne. quę ad petendum opus sint .*
9 *Scena quid .*

CAP. IIII.

1 ADhonorem. Casus.Romanus † pontifex semper & vbique vtitur pallio. Alii in ecclesijs suis, & certis diebus tantum.Secunda ibi,alij. & diuersitatis causam reddit ibi , quoniam [*Romanus*]simile de tempo.ord. c.j.[*semper*] hæc est
2 vna † prerogatiua papæ. secunda statim sequitur ibi,vbique , & statim submittit huius specialitatis

di.quiescamus,cum similibus . Alij dicunt , q nec metropolitanus hanc pœnam patietur , nisi demũ elapsis.v.mensibus,quæ lectura magis videtur amicarilli literæ *sm* Ho.*sm* quem licet iste rigor sit scriptus,non seruatur.& potest dici, quòd abiit in desuetudinem, cum nec Romana ecclesia ipsum seruet ad vnguem.iiij.di.§.leges, Inno. nec admittitur secundùm consuetudinem curiæ, nec auditur electus petens:sed petere debet procurator capituli, vel vnus canonicus nomine ecclesiæ. Si ergo nulla est electi petitio, ergo nulla mora. C.ã an nali excep.l.i.ad finem:de iure tamen scripto secº, vt dictum est.Et no. quòd sufficit infra tres menses hunc nuncium mittere, nec est necesse, quòd j.illud tempus petat, vel se præsentet. sunt. n. quidam sic remoti à curia,quòd si prima consecratio nis suæ die nuncium mitterent, non possent intra illud tempus ad curiam peruenire.Sed si nuncius in via moritur,vel agit infideliter,nunquid sufficit ad prædictam pœnam vitandam , q j. tres menses semel nũtium miserit?non:imo,ex quo ad metropolitanum peruenerit impedimentum , quamcito potest commodè, vel.j. alios saltim tres men-
a ses a a tempore noticiæ,ad hoc.j.de elec.si electio, tenetur alium nuncium mittere;& facit quod no. de elec.cupientes.§.ad hoc, li.6.in gl.hæ personę. Et si iterum impediatur secundus,mittere tenetur tertium,& quartum,& sic in infinitum,donec hoc adimpleuerit.ff.ad Tertul.l.2.§.si mater non petierit, &.§.igitur, & tota lex facit ad hoc secundum Hostien.¶ In glo.2. [*ibi,vsufructuario*] scenicæ vestis
9 [*& ibi,Scena*] erat † locus intra theatrum ad modũ domus cum pulpito, vbi cantabant comœdi , & tragœdi,saltabant histriones , & mimi.vel dicitur ab vmbraculo:quia erat locus obumbratus à scena,quod est vmbra,& in vmbraculo latebant per sonæ laruatæ , quæ ad vocem recitatoris exibant ad ludos,& facit quod no.in autentico , scenicas , &c. in prin. Oratius in poetica . Poteratque sine his scena duci. Et in fi.de priuilegio,& consuetudine secundum dicebatur obtentum , quod extra prouinciam vti liceret crucis signo.¶ In glo.vltim. in fi.& c.decreto.3.q.6.multum stupeo.

ADDITIO.

a Menses. Integros: quia istud impedimentum absorbet omnem diligentiam ipsius mittentis,secus si partem,vt no.Bar.in l.eadem.ff. de ver.obli.& probat.c.fi electio,hic allega.

SVMMARIVM.

1 *Pallio uti non potest archiepiscopus extra prouinciam suam, etiam si hoc habeat consuetudo.alia de eo infra .*
2 *Residere fingitur commorãs quis extra suam prouinciam pro negocijs ecclesiæ suæ .*
3 *Consuetudo generalis dicitur, quæ seruatur in una prouincia.*
4 *In habitu uis non est .*
Cura quarum rerum erat prælatis Hostrien sis ætate .
5 *Pallio vti extra prouinciam de licentia illius , ad quem quis declinat an sit de iure communi .*
6 *Sine pallio quæ non possint exerceri .*
7 *Dummodo,coniunctio modum sapit,vel conditionem .*
8 *Ordinare,& iudicare in aliena parochia suos potest subditos ex permissu eius,ad quem pertinet .*
9 *Pallij usum in aliena diœcesi nemo alius,quam papa concedere potest,& quid is usus operetur nu.10.& an personalis,tamen concessus esse videatur,nu,11.*
12 *Epilogus,& suppletio glossarum nu.13.*
Eius signum quid indicet,nu. 14.ver.dicit Hostien.
Rationale quid , eiusque descriptio .
14 *Per mitram non designatur officij plenitudo .*

CAP. V.

a 1 EXtuarum. a Casus. Archiepiscopus † extra suam prouinciam pallio vti non potest,etiam si hoc habeat consuetudo.& sunt duæ partes. In prima gratiæ petitio petentis motiuum continens. In secunda petitionis limitata exauditio motiuum reprobans.secunda ibi, licet [*Commo*
2 *rantí*] tunc † fingitur residere, de cleri. non resi. ex
3 parte.2.[*generalis*] dicitur ergo consuetudo † generalis,quæ seruatur in vna prouincia,de hoc.ã.de consue.cum dilectus.§.dictus verò [*Consuetudo*] de modico verò verecundabatur secundùm Hostien. cũ
4 † non sit vis in habitu.Sed ita est, q quasi tota cura datur hodie ventri,ornatui,& honori;nec militamus eo modo,quo noster Imperator iubet.xl.di
5 stin.ante omnia [*indulgemus*] s.indifferenter † extra prouinciam vti pallio de licentia illius , ad quem declinat,vel forsan sine licentia [*Subiectam*] voluetunt quidam, vt Iaco.dicere , q istud erat indultũ iure communi quò ad hoc, vt vti possit pallio de licentia eius,ad quem pertinet.de hoc.j.c.proxim. quod ã.dixit consuetudo,corruptelam fatentur sine tali licentia,& vbi dicit finis,iam dictis casibus, subaudiunt maximè,quò ad illud, q possit suffraganeos extra prouinciam consecrare, & clericos ordinare,dicuntur hoc tenere propriè,ar.ff.de offi. proconsul.l.3.de iurisdi.om.iudi.l.fi.Sed tu dic cõtrà,vt dicam super ver. permittat,& quod j. c.proximo dicitur,expone vt ibi [*Subiectam*] quia de iure communi nec in alia vti debes [*Ordinandis*] talia
6 † enim,& similia,quæ sunt episcopalis ordinis nõ debet exercere sine pallio.Quid de inuitato? dixi. de elec. quòd sicut.§. præterea [*Dummodo*] modũ
7 † sapit,vel conditionem , & necesse est illud existere.sic.ã.c.1.tit.j.& c.vlt.in fi.de electione, quia diligẽtia,& c.cum inter canonicos,in fi.de ẽta.& quasi.cum contingat,de off.ordi.q sedem, de cle.coniuga.Io.de vsuris,cũ tamen. quandoque aliter sumitur,vt no.de prẽben.non potest,li.6.in gl.b quæ-
b 8 ro [*Pertinet*]ordinationem † enim facere, vel iudicium exercere non debet in aliena parochia sine illius permissu,ad quem pertinet.ix.q.2. nullus . & argue,q si episcopus transit ad alienam diœcesim, de illius permissu poterit iudicare inter clericos
c suos,si ad ipsum venerint: c quod quidam negat, vt Phi.hic dicens, q cum diœcesanus illos clericos ordinare,vel iudicare non possit , vel illos episcopos consecrare,ergo de illis licentiam sibi dare nõ potcrit.& etiam ponitur hic propriè, indulgemus illud:& improprie quod ad vsum pallij, vt dicam j.c.proxi.super fi.primæ glo.sed secundùm Hosti. conuincuntur malè dicere: quia si de permissu illius potest illius subditos excommunicare,iudicare,& ordinare.ix.q.2.c.i.& 3.& c.non inuitari,multomagis suos proprios. ibi enim fit duplex gratia personarum,& loci : hic vero loci tantũ. de hoc videas de officio legati,nouit,super.j.gl. nec hic requiritur indulgentia papæ,dummodo non vtatur pallio,vt per iura prædicta colligitur,quod dixi sẽper,quod patet falsum, per ver.indulgemus. q dixi permittat,arg.secundũ Boati.ad quæstionem Prædicatorum , & Minorum , q licet sint priuilegiati super audiendis confessionibus,requiritur tamen
d parochialis licentia,d de hoc.j.de pẽni.& remissio. omnis.in gl.6.quod dic hodie, vt in cle.de sepul.du
e dum,e & expone id[*Permittat*] episcopos consecrare,& ordines celebrare. ex quo autem super his diœcesani episcopi licentia fuerit impetrata , concedit

9 cedit papa, q̃ pallio vti possit. vnde patet † alium, quàm papam hunc vsum non posse concedere. vel dic id. s. ordines conferre & pallio vti. Et si
10 † quæras, quid operatur priuilegium vsus pallij cõcessum à papa? respondeo, vt diœcesanus sine metropolitani licentia hoc concedere possit, q̃ aliàs concedere non possit, etiam si esset palleatus, nisi esset exemptus, cum sit signum prælationis. ſ. c. proxi. secundum Innocen. Sed & cum licentia metropolitani non posset hoc episcopus concedere, nisi esset priuilegium papæ. vnde melius intelligas, in hoc casu quantum est pro vsu pallij, ad metropolitanum recurrendum, Hos. & secũdum hoc expone. is, ad quem ecclesia pertinet iure metropolitico, vel alias quo ad vsum pallij. & facit de tempo. ord. cum nullus, lib. 6. [*Casibus*] tria ergo debent cõcurrere, vt pallio possit vti. ſ. priuilegium, permissio eius, ad quem pertinet, & q̃ altera de his causis
11 subsit: altero deficiente non vtetur pallio. Sed † nũ quid Compos. qui est hodie, vel erit per tempora, poterit his concurrentibus pallio vti, vt sic istud priuilegium dicatur reale: dic inspicienda verba priuilegij, si per ea apparet fuisse reale, ad successorem extendetur, nisi appareat postea reuocatum. si personale, planum est, in dubio verborum recurretur ad papam, de offi. ordi. c. 3. §. si verò, libr. 6. Si verba non sunt dubia, videtur recurrendum ad decre. quoniam abbas, de off. delega. vt sic nomẽ prium & expressum censeatur personale: aliàs reale, vt ibi. Et vide quod dicam de reg. iur. priuilegiũ,
12 lib. 6. in quæstione posita in fi. ¶ Tertia † gl. obijcit.
¶ Quarta reddit rationem. ¶ In vlt. glo. ibi, [*cũ prætor*]
13 vide de vsuris, quæst. ſuper prima glo. ¶ In † gl, secunda [*ibi, rationali*] erat ornamentum pontificale, vel sacerdotale. pannus. ſ. quadrangulus ad latitudinem palmi, & habens. xij. lapides fixos, & hæc verba inscripta Manifestatio, & veritas. & de hoc plene exodi. xxviij. per totum [*& ibi insula*] forte mi-
14 tra. In his † enim non designatur plenitudo officii sicut in pallio [*& in fi.*] dic vt ibi. ¶ In gl. tertia [*in fine*] Sed illud contingit ratione mittentis, mittitur
f enim a principe. f vnde voluntariam iurisdictionẽ exercet etiam antequam perueniat ad prouinciã sibi decretam, vt. ff. eod. l. 3. sicut legatus papæ. ĩ. de officio legati, excommunicatis, secundum Goffr. qui hoc no. & in summà huius tituli, in fi. dicit Hostien. q̃ in eo, & similibus nulli fit prejudicium, hic secus, quia istud signum dat, q̃ locus, in quo talia portantur insignia, iurisdictioni subiaceat insigniti, vt in textu dixi. ¶ In glo. 4. in fi. vbi de hoc, & 100. distin. c. vltimo.

2 *Epilogus & Suppletio gloss.*
3 *Vbicunque, particula ad quatuor hic restringitur.*
4 *De indulgemus, verbo proprie & improprie sumpto opinio reprobata.*

CAP. VI.

Cvm sis. Pars huius de consecrati. eccleſiæ uel alta. cum sis. forte interpretabantur aliqui q̃ eccleſias prouinciæ intelligi ſolum cathedrales. hoc potuit eſſe dubitabile, quod remouet hæc decre. dicẽs
1 q̃ † in qualibet eccleſia prouinciæ permiſſis diebus archiepiſcopus miſſam celebrans, vti poteſt pallio [*Solemnibus*] ſ. eo. ad honorem [*Pontificij*] i. põ
2 tificalis officii. ſ. eod. niſi [*Liberius*] i. libere. ¶ In † gl. obiicit, & dupliciter ſoluit. ¶ In gl. i. [*ibi, de officio pro conſulis. l.* 1.] uide quod dixi. ſ. ca. proxi. ſuper 3. gloſ.
3 [*& ibi, Deſtringere*] dicebat Hoſtien. hoc uerbum † generale, vbicunque, ad quattuor reſtringẽdum, ad prouinciam, ad eccleſiam, ad miſſarum ſolennia, & ad certos dies, & ſic uidetur, q̃ ſi ſub papilione, uel in caſtris, in aliqua priuata domo rxtra eccleſiam ſecundum. c. de conſe. di. 1. concedimus, quãuis. ĩ. ſuam prouinciam archiepiſcopus celebret, pallio non utetur [*& ibi, ſi habet priuilegium*] de hoc Ioan. & Vinen. quorum fuit hæc glo. non poſue-
4 runt hoc † uerbum, & male. Phi. etiam id ſequẽdo dicebat. ſ. c. proximo. q̃ uerbum, indulgemus, ibi ponebatur proprie & improprie. nam, ut dicit, de iure communi archiepiſcopus inuitatus utitur pallio in miſſa extra prouinciam, ut hic, dummodò diœceſanus conſentiat, & ibi. proprie autem ponitur quo ad ordines, uel conſecrationes faciẽdas etiam de ſubditis in aliena prouincia: ſed, ut ibi dixi ſuper uer. pertinet, hoc ſecundum eſt falſum, & primum falſiſſimum, ut modo dixi.

SVMMARIVM.

1 *Sine Pallio, & ſandalijs celebrare potest archiepiſcopus. uide num.* 3.
2 *Sandalia, Compage, & Mapula quid ſint.*
3 *Supplctio gloſſarum.*
Celebrare poſſint ne epiſcopi ſolenniter in alterius parochia ſine parochi licentia. An cum pallio pro defunctis, numero 4.
Indulgentia an dare.

CAP. VII.

Via nos. Alias, tua nos. Caſus. Si-
1 ne † pallio, & ſandaliis poteſt archiepiſcopus celebrare [*Tuę*] iſte archiepiſcopus forte non libenter ueſtiebat pallium [*Sandaliis*] quid ſint
2 † ſandalia compagæ, & mappulæ, notatur. 93. diſt. §. compagis. dicit Pe. q̃ ſandalia ſunt calciamenta purpurea, uel depicta, quibus utuntur epiſcopi quartam 2. & 3. nõ habemus, ſed remanſerunt in
3 antiqua, Pe. ¶ In † glo. j. [*ibi, non licet*] dicit Hoſtien. q̃ intelligit, quando uult ordinare, uel epiſcopalia exercere alias, dummodo ſint noti, putat quòd poſſint etiam ſolenniter celebrare. dixit Innocen. q̃ de licẽtia diœceſani, uel etiam parochialis ſacerdotis celebrare poterunt, dummodo ſine pontificalibus celebrent. illis enim non poſſunt uti, niſi ſuper hoc eſſent priuilegiati. ĩ. tit. j. ad ſupplicationem. ſed ſecundum Hoſtien. reſpondent ibi, qui dicit, q̃ & cum pontificalibus, & ſine licentia poterunt

ADDITIONES.

a Ex tuarum. Ad hoc c. vide quod no. infra vt lit. pen. c. 1. Bal.
b Glo. Ibi vide Ioan. An. in nouella, & in ſpec. de cle. non reſi. in princi. per Ioan. And. & in quodam conſi. Bal. quod incipit, factum ſic ſe habet, quidam nomine exactus.
c Venerint. Sponte, vt no. in c. nouit. ĩ. allega.
d Parochialis licentia. Adde etiam in materia, quod dixit gl. quam totus mundus allegat pro ſingulari, in clemen. 1. in ver. ſpeciali, in fi. de priuile. quæ vult, quòd ſi ſacerdos parochialis: dat licẽtiam parochiano, vt poſſit confiteri, alibi peccata, tamen non poteſt confiteri corã alio ſacerdote, qui non ſit eiuſdem qualitatis, & ſic qui non habeat curam animarum actu, & vide omnino pulchre per Iaſo. in l. ſi per errorem, in 2. colum. ff. de iuriſdi. om. iudi.
e Dudum. In gl. ſuper vet. liberam. vide ad materiam huius. c. l. ſi quando, & ibi Bal. & Sali. C. de inoffi. teſt. & c. ſi papa, de priuile. lib. 6.
f Principe. Secus, ſi habet iuriſdictionem ab inferiore: quia dicit eum voluntariã iuriſdictionem non exercere extra locũ ſuum, quod facit, quia notarius ab inferiore a principe creatus alibi non conficit inſtrumenta, quàm vbi creatus eſt, ita not. Bar. in l. i. ff. de offi. proconſul. & leg.

SVMMARIVM.

1 *Pallio uti poteſt in qualibet eccleſia permiſsis diebus miſſas celebrans archiepiſcopus.*

runt celebrare, ſicut obſeruat generalis conſuetudo, & etiam prædicare, niſi ſpecialiter prohibeantur; quod dic vt plenè no. ĩ. de hæreti. excommunicamus, & in clemen. de priui. c. 2. in glo. pontificali
2 bus. a Indulgentias verò, quæ iuriſdictionis ſunt, nec proſunt niſi ſubditis, dare non poſſunt, de pœniten. & remiſſio. c. 4. 9. q. 2. c. j. & ſequẽ [*& ibi, Tuæ*] de priuile. c. fi. li. 6. ¶ In glo. vlti. [*ibi, reſpicit*] & hoc
4 plus † placet Hoſt. quam id, quod dixit Innocẽ. qui dixit, q̃ ex quo non poteſt vti pallio niſi in ſolenni tatibus; ergo non poterit vti, cum pro defunctis celebrat, cum non ſit ſolennitas. dicit Hoſtien. q̃ de ſolennitatibus non præmiſit, ſed de diebus. tenet ergo, quod gl. & fatetur, q̃ conſuetudo non habet hunc caſum in priuilegiis exprimi [*Et in fi.*] melius diceret de capitulo ibi ſequenti, qđ incipit, porrò.

ADDITIO.

a Pontificalibus. Ibi glo. concordat Innocen. cum Hoſtien.

De renunciatione, Rubrica.

1 *Continuatio, ſeu œconomia rubricæ cum ſuperioribus.*
2 *De Rubricæ materia vbi nã alibi tractetur ſub hoc titulo, & extra verò eum nu.* 3. *& ſequentibus.*
Beneficium, cui quis renunciauit, impetrari poteſt, ibidem uer. item impetrari.
Infirmus prælatus renunciare non cogit, ibid. ver. item præla.
Per reuerentiã & obedientiã alteri vt prælato, iuri ſuo quis renunciat, quod habebat in ea prelatura. ver. item qui.
4 *Renunciare vtique licitum eſt iuri ſuo.*
Mors, & renunciatio ſunt diuerſa, ibid.
5 *Appellationi poteſt renunciari interiectæ ad Papam in cauſis electionum.*
Per electionem vnius præiudicialiũ renunciatur alteri, ibid.
6 *Electus ſi renunciat, eligentes habent nouum integrum tẽpus.*
7 *Renunciationis beneficij receptionem, & collationem ipſius nõ poteſt committere legatus.*
Gratiæ quis renunciat, recipiendo aliud beneficium, & quod ibid.
8 *Appellationi quis renunciat propter apoſtolos non petitos.*
Beneficij renunciatio non valet in caſu. c. multorum. §. ſanè, de pœnis.

1 ¶ † Quia ea, quæ poſtulatione, vel tranſlatione acquiruntur, plerunque renunciatione perduntur,
2 ideò &c. Goff. de materia † rubricæ. 7. q. j. & 2. 17. q. 2. repetitur autem in ſexto, & in Clementinis. ad ru
3 bricam † faciunt de reſcriptis ad audientiam. 2. qđ metus cauſa, Abbas, cum duobus ſe. de fer. cap. fi. de app. quia nos. de voto, per tuas. de ſimo. ex inſinuatione, vt patet ex earum ſummationibus. Item impetrari poteſt contra poſſeſſionem beneficij q̃ & renunciauerat, de reſcriptis. ca. 2. Item prælatus infirmus etiam incurabiliter renunciare non cogitur, de clerico ægro. ex parte. Item qui reueretur, & obedit alteri vt prælato, iuri, ſi quod habebat in prælatura illa, renunciat, de his quæ fiunt à maio.
4 parte ca. ex ore. & licitum † eſt cuique renunciare iuri ſuo, de cri. falſi. c. fi. Item mors, & renunciatio ſunt diuerſa, de reſcriptis, ſuſceptum, lib. 6. Renun-
5 ciari † poteſt appellationi interiectæ ad Papam in cauſis electionum epiſcoporũ. quod dic vt de electione, quãmuis. §. cæterum. per electionem vnius præiudicialium renunciatur alteri, vt e. tit. vt quis
6 duas, in fin. Si renunciat † electus, eligentes habẽt nouum integrum tempus. eod. tit. ſi electio. nõ po
7 teſt legatus † committere receptionem renunciationis beneficij, & collationem ipſius, de oſt. dele. ca. penul. Item renunciat impetrans gratiam recipiendo beneficium, quod ſe non compatitur cum gratia, vt in Cle. de reſcriptis, gratiæ. Renunciat
8 quis † appellationi propter apoſtolos nõ petitos, de appellati. q̃uis. §. j. & ij. non valet renunciatio beneficij in caſu de pœnis, multorum. §. ſanè.

SVMMARIVM.

1 *Cedendi non datur licentia epiſcopo propter ſenectutem, & quando.*
2 *Capituli diuiſio.*
Aut, pro ideſt.
4 *Emeritum, quid ſignificet.*
5 *Relaxari pro licentiari, vel abſolui.*
Licentiam recedendi belli tempore qui dare clericis, vel militibus, non debet.
Nomen alicuius multum timetur, & propter quæ, eo. nu. ver. nominis.
6 *Vigor corporis quandoque etiam ſenibus centenarijs adeſt, & affert exempla.*
7 *Gratiã ſedis apoſtolicæ quẽ habere, q̃bus hic ſignificet verbis.*
Corpore ad mortem tendente, anima erigitur ad ſuperna, ibid. ver. deorſum.
8 *Stipẽdia vel ſalarium habebit, licet quis vincere nequeat.*
9 *Epilogus, & Additio gloſſarum. nu.* 10.
Iudex mutatur ob longum impedimentum, ibid.
11 *In tranquillitate nauem dimittere proretam pernitioſum, tanto magis in fluctibus.*
Cepiſſe multorum eſt: ad culmen peruenire paucorum, eod. nu.
Imperfectum opus non nouit Deus, ibid.

CAPVT PRIMVM.

1 Iteras. Caſus. Non † datur licen-
2 tia cedendi epiſcopo, q̃ propter ſenectutem vult cedere, ſi neceſſarius, vel vtilis ſit eccleſiæ ſuę. Et † in prima deciſa ſupplicatio. In ſecunda ibi, ſi tuam, ipſius repulſio.
3 In tertia ibi, monemus, concluſio [*Aut*] pro † ideſt, & ſic loquitur de inſufficientia prouenient ex debilitate ſenectutis, vel propriè, ſed prima plus conſonat litterę [*Inſufficientiam*] vel aliqđ ex his, propter quæ licitè renunciatur. infra eod. niſi cum pridem
4 Goff. [*Emeritum*] poteſt † exponi. i. non meritũ. ſ. tanto regimine: vel i. valde meritum. ſ. licentia, quam petis, & ſic ponitur 61. di. nec emeritis, & ca. ſtatuimus; & Lucanus. Quæ ſedes erit emeritis, quæ iura dabuntur, quæ noſter veteranus aret, &c. In Hieronymo. de Ebra. quæſtio. Paralipome. Romani eos emeritos vocant qui iam militare deſierũt. Sed in l. pro ſtipendio ponitur. ff. de re militari. deſertorem. §. qui militię tempus in deſertione im-
5 pleuit, emerito priuatur [*Relaxari*] i. † licentiari, vel abſolui [*Hoc tempore*] fortè bellicoſo; & peccat prælatus, qui tali tempore dat licentiam. C. de commeatu. l. j. li. 12. Vinc. vbi capite punitur tribunus, vel p̃poſitus, qui tempore belli dat militibus militiam recedendi, ſecundum Ægi. loquitur de tempore ſciſmatis, quod fuerat tempore Alexandri. 3. [*Nominis*] erat forte nobilis, diſcretus, & potens. pp quæ multum timebatur nomen ipſius. P. [*vigor*]
6 quandoque † etiã ſenibus centenariis adeſt vigor corporis, vt valde pulchrè dicit Hieronymus ad
a Paulum a ſenem monacum. B. Valerius lib. 8. de ſenecture, multorum talium ponit exempla. Inter alia de Gorgia, qui cum. 107. annorum eſſet, ait ſe nil habere, propter quod ſenectutem accuſaret. Et Xenophilus. 105. annorum omnis humani incom-
7 modi fuit expers [*Deuotionis, & fidei*] innuit † q̃ hẽbat gratiam apoſtolicæ ſedis. ĩ. de off. ord. q̃ ſedem. ſ. de electio. ca. v. in fin. Hoſt. [*deorſum*] ad mortem tẽdente corpore, anima erigitur ad ſuperna, quia cũ infirmo &c. Gof. [*Super hoc*] i. ſuper renunciatione.

[*Vi-*

8 [*Victori*]& licet vincere† nõ possit, hẽbit stipẽdia; b
b sicut procu. ff. mandati, salarium. §. sumptus. Vinc.
9 ¶ Prima†glo. determinat textum, & remittit. ¶ Se
cunda glo. textum fortificat. ¶ Penulti. & vlt. dant
10 similia. ¶ In † glo. 3. ibi, differre aliquantulum. mu
c taretur. n. iudex c propter longum impedimentũ.
ff. de iudic. si longius. j. respon. ad hoc infra de vo
to, qã super his. ¶ In glo. vlt. ibi [*scisciturus*] ibi per-
11 nitiosum † est proretam in tranquilitate nauem
dimittere, quanto magis in fluctibus [*& ibi deficit*]
Hieronymus ad Lucinum. B. Cepisse multorum
est: ad culmen peruenisse paucorum [*& ibi, collatio
ne 8.*] ad idem. infra de apostа. quidam [*Et in fi.*] &
d cordi nobis est omnia cepta ad finem perducere. d
C. de emenda. Iusti. co. l. vna, in princ. & deus opus
imperfectum non nouit, infrà de baptis. maiores,
ver. sed adhuc, Host.

ADDITIONES.

a Paulum. Imò non infertur. senex est, ergo insanus, nisi contra probe
tur, vide l. senium, C. qui testa. fa. pos.
b Stipendia. Vide latè d. Iaso. i. l. diem functo. ff. de offi. asse.
c Iudex. Vide tex. no. in l. pe. in fi. ff. de vaca. & excusat. mun.
d Perducere. Et alibi dicit Tullius, quòd nihil est in humano genere
difficilius, quàm inuenire perfectionem.

SVMMARIVM.

1 *Casus duo referuntur, prior ita.*
Beneficium, quod quis abiurat, licitè petit, si denuò eligatur.
2 *Diuisio cap.*
Spirituale pro canonicali, ibid.
Ad canonicale beneficium quę pertineant, ibid.
3 *Stalli etymologia.*
4 *Alterum probare non sufficit, siquis se ad duo astrinxit, vel
rescripti tenor ita se habet.*
5 *Iuramentum cur non obstet hic, & à parte remitti potest. 9.*
6 *Epilogus, Suffragiũ, & Additio glossarum. & nu. sequẽtib.*
8 *Auctoritas, & zelus si conueniunt, non præferuntur numero.*

CAPVT II.

1 VM inter P. Casus. † secun-
dum glo. Qui
abiurat beneficium, licitè petit il-
lud, si denuò eligatur. Et casus Ber.
colligitur ex vltima sua glo. Sed se-
cundum Goffr. iste Petrus impetra
uit tria paria literarum: primis renunciauit in ma
nibus capituli, qui illuserunt ei. Impetrauit secun-
das, quòd non obstante renũciatione deberet sibi
beneficium assignari; quod per maiorem partem
capituli fuit factum, cui se minor pars opponebat
ratione abiurationis. vnde impetrauit omnes has
tertias litteras huius decre. vel dic secundum Hos.
quòd impetrauit litteras, & subiecit se misericor-
diæ capituli renunciando, & abiurando litteras, &
maior pars eum recepit: minor contradixit. Et pri
2 ma † pars decisa narrat factum. secunda dat iudi-
cem ibi, ideoque [*Spirituali*] i. canonicali, ad quod
pertinent stallum, & locus, de quibus sequitur, &
per consequens præbendali, sine quo non diu de-
bet esse canonicus. infra de præben. relatum, secũ-
dum Hostien. sed Innocen. exponit, spirituali bene
ficio. i. iure ratione beneficij contingente [*Stallo*]
3 dicit † Petrus, q dicitur à stando, quia plus sibi stã-
dum est, quàm sedendum [*auctoritate apostolica*] sed
nonne sufficit alterum. s. auctoritas solius Papę, vel
maioris partis capituli? dicit Boa. q iste Pe. obliga-
4 uit se † ad vtrunque probandum, & mos ei geren-
dus fuit, infra de proba. licet, de resti. spolia. ca. j. vel
secundum eum tenor rescripti fuit talis. s. quòd
inuestiretur, si ad id accederet consensus maioris,
& sanioris partis capituli. ad idem de rescriptis, si
pro te, li. 6. [*Videtur nobis*] potest respicere verbum,
afferre; quasi dicat Papa, quòd auctoritas sua intel
ligitur excepta, & potest respicere verbum, videtur
5 & melius [*Iuramentum*] contra † id de iureiur. Si ve
rò. Solutio. hic renunciauit spoliatus, & ideò non
obstat iuramẽtum. j. de resti. spo. solicitè. Sed hoc
non placet Innocen. dicenti, quòd tenet iuramen
tum præstitum à spoliato, dummodo sponte iuret
vt ibi. Quidam dicunt hoc ideò, quia non iurauit
suo iudici: sed hoc est diuinare. dicit Innocen. etiã
tale iuramentum seruandum, ar. 6. q. 3. denique.
Quamuis etiam sit temerarium, donec is, qui præ
stitit, absoluatur. j. de iureiur. cum quidam, in fi. su-
pra de electione, cum venerabilem, ver. idem etiã
tertij dicunt, quòd ex nouo iure hoc procedit, vt in
præal. gloss. vnde placet Innocen. quòd quàmuis
iurauerit capitulo non petere, non tamen deiera-
uit, si postea recepit electus canonicè à canonicis,
qui potuerunt illum à iuramento absoluere, vt di
cam super vlti. gl. & idem, si per inuestituram
Papæ illud recepit. ff. de vulgari & pupil. substitu. ex
facto. §. j. Si tamen recepisset à Papa non facta mẽ
tione de iuramento, vel facta, sed non subesset cau
sa dispensandi, quantumcunque dispensaret Pa-
pa, non consulit Innoc. quòd veniat contra iura-
mentum. facit quod not. de voto, non est. si tamen
dispensaret, & causa subesset, securè posset agere,
arg. supra de rescriptis. cõstitutus, secundum Inn.
melius secundum Hosti. facit. 7. q. j. scias. j. q. 7. nisi
rigor, & §. necessitatis, & cap. se. dicit Host. q quic-
quid dicatur, siue à Papa, siue à capitulo, dictum
beneficium sibi oblatum & collatum fuerit, ip-
sum recipere potuit, & per consequens stallum, &
locum, & spectantia ad beneficium petere ex no-
ua institutione, vt dicit gloss. & hoc placet. ¶ In
6 glo. j. †[*ibi licet*] vide hanc & sequen. de libel. obl. c.
2. super prima gloss. [*& ibi, habebat*] vide de causa
posses. cum ecclesia, super gloss. hoc sumptum.
7 ¶†In gloss. 2. ibi [*quod maior*] vide de re iudi. c. 3. su
per j. gloss. ¶ In gloss. 2. ibi [*quod maior*] nec admitto
8 † illam distinctionem, quòd vbi auctoritas, & ze-
lus conueniunt, præferantur numero imò nume-
rus præferetur, supra de electio. dudum. j. tit. ¶ In
9 glo. vlt. [*in fine*] Nam † etiam si iuramentum præ-
stitum capitulo optasset remitti, potuit à maiori
parte capituli, infra de sponsali. præterea, de iure
iuran. capitu. primo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio suo qui renunciauit, illud repetere non potest, vide
num. 3. vide distinctionem nu. 14.*
2 *Diuisio capituli.*
3 *Ad religionem qui transiuit strictiorem, an vocandus sit ad
electionem primi monasterij vacantis.*
4 *Votum non impedit infirmitas, nisi esset extra mentem.*
5 *Votum, ideſt desiderium, vel propositum.*
6 *Professionem non facit, dum quis est in probatione, & nu. 10.*
7 *Clausula, Si res ita se habet, ad quæ hic referatur.*
8 *Continens pro contento, figura, vnus pro omnibus aliquãdo pu
nitur, & sic Enallage numeri. ibid.*
*Homo sumitur pro communitate & vniuersitate in Lombar-
dia, ibid.*
9 *Populo resistendum, & quando.*
Depositо, an restitui cura possit inuito patrono, ibid.
11 *Epilogus, Suffragium, & Additio glossarum. num. 12. &
& sequen.*
*Abbatem appellant quidam populi, & qui prælatum eccleſię
collegiatę, num. 13.*
14 *Pœnitere quis potest in donatis causa mortis.*

CAP.

CAPVT III.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare sine licentia prælati sui beneficio quis non potest, & nume. 7.*
2 *Diuisio capituli.*
3 *Personæ appellatio lata est, & comprehendit etiam laicos.*
*Xenodochia regi possunt etiam à laicis, sunt tamen sub epi-
scoporum dispositione, ibid.*
4 *Districtionis appellatio etiam excommunicationem continet.*
5 *In transitu clerici de vna ecclesia ad aliam, quando expres-
sus requiritur consensus, & quando tacitus sufficiat.*
6 *Beneficium quis detinere non potest, quando intrauit auctori-
tate propria, nec dimittere, & quando.*
7 *Fraus huic prohibitioni quomodo fiat.*
*Eligi ad dignitatem, vel beneficium electiuum quis non pos-
set in fraudem huius prohibitionis, ibid.*
8 *Renunciare volenti consulere superiorem non sufficit, nisi con
sensum obtineant, excipitur casus.*
9 *Vltio pro excommunicatione.*
10 *Epilogus, & Additio glossarum, nu. 11.*
*Transire di minori ad maiorem gradum clericum nolentem,
nunquid cogere possit episcopus, ibid. num. 11.*
12 *Hæc decretalis de quo genere beneficiorum loqui intelligа-
tur.*
*Personatum qui obtinet, eligi potest in alia ecclesia, & elec-
tioni de se factæ consentire, non tamen se transferre debet
absque licentia superioris, & nume. 13. alioquin reuocari
posset inuitus, ibid.*
13 *De ecclesia translati transactis sex mensibus erit electio, vel
prouisio facienda, si ad diœcesanum pertineat, si verò ad-
alium, quid agendum.*
14 *Transferenti se sine licentia superioris diœcesanus secundæ
ecclesiæ tempus præfigat ad obtinendam à primo diœcesa-
no licentiam: alioquin de secunda ecclesia alij erit proui-
dendum.*
15 *Ecclesia prima transeuntis absque licentia, an vacet ipso iu-
re, & intra quod tempus, & num. 16.*
16 *Decretalis hęc non obseruatur in facto.*
17 *Episcopari ne quis possit inuitis prælatis.*
18 *Transire qui non potest, an debeat postulari.*
19 *Superioris nomine quis hic intelligatur.*
Licentiam dare, aliud, & compellere, aliud.

1 EX transmissa. Casus. † Qui renunciauit
beneficio suo, illud repetere nõ po
test. Et prima † pars ponit partis
querelam. Secunda prouidet ibi,
verum quoniam. Abb. summabat
3 sic. Qui † ad sui petitionem licentiatus transit ad
aliam ecclesiam, ius perdit, quod habebat in pri-
ma. dicens hoc facere ad quæstionem illius, qui
transiuit de vna religione ad strictiorem, an voca
dus sit ad electionem primi monasterij vacantis.
j. tempus probationis: quia videtur, per id, quod
not. si cum licentia transiuit: aliter secus, si sine li-
centia, cum infra annum possit reuerti, de reg. sta-
tuimus, de ętate, & qualit. intelleximus. vide quod
not. de regula. beneficium, lib. 6. [*Clericus*] & cano
4 nicus ipsius ecclesiæ [*Infirmitate*] hoc † non impe-
dit votum, nisi esset extra mentem. j. de regu. sicut
tenor. Hostien. [*Saluatoris*] situm ibi extra oppidũ
[*Petijt*] verbaliter secundum Inno. sed postea iuit
5 ad locum, & accepit, vt sequitur [*Votum*] ideſt † de-
siderium, vel propositum, vel vt dicit glo. [*Faciens*]
in probatione, Ala. vnde ſm Innoc. fuit ibi in pro-
6 batione † etiam religionis in genere, nec facit pro-
fessionem ſm eũ [*contulerat*] ipse Pet. Rubeus [*mu-
tato*] sic j. eod. lectæ [*Supradicta*] scilicet, seculari [*Si
7 res ita se habet*] scilicet, q† bona recuperauerit, & in
recuperatione beneficio renunciauerit ſm Hosti.
[*inuitos*] 63. dist. nullus inuitis [*nec. A Ceperano*] i. ab
8 hominibus † Ceperani, & est modus loquendi, vt
vnus ponatur pro omnibus secundum Goffr. vn-
de vt dicit Host. vulgariter dicitur in Lombardia,
homo Mediolani facit hoc, ideſt communitas, &
vniuersitas Mediolani. & forsan iste clericus erat
de potenti progenie illius loci, ita, q populus loci
cogebat capitulum ecclesię, & fouebat clericum:
9 sed in hoc † resistendum est populo. s. de electio.
quisquis, de constitutionibus, ecclesia Sanctæ Ma
riæ [*De nouo*] arg. ſm Ala. & Goffr. ad quæstionẽ de
posito, an possit curam restituere inuito patro-
no, de hoc j. de rescript. quamuis, lib. 6. in glo. pen.
Et differentiam inter remotum ab ordine, & rele-
gatum, quam scripsit hic Vincen. vide in Spec. de
accusat. §. 2. super ver. priuata, in fi. [*Recipiant*] quia
10 † non fuit professus, nec apparuit eum vitam vo-
11 luisse mutare, Innoc. & Hosti. ¶ †Secunda glo. si-
gnat contrarium, & dupliciter soluit. ¶ Vlti. gl. o-
12 bijcit, & tripliciter soluit, & remittit. ¶ †In vlti. gl.
[*ibi si verò filios*] vbi monasterium quartam dat, vel
13 supplet filijs. ¶ †In glo. j. ibi [*non regularis*] sicut didi
ci à clericis ipsius ecclesiæ, Lau. & est vulgare Apu
14 lorum, Catalanorum, & Hispanorum. ¶ †In glo. 2.
[*ad probationem tantum*] secũdum hanc solutionem
insurgit aliud contrarium de decre. de regula. be-
neficium, lib. 6. vnde glo. cecidit in Syllam, &c.
Nam aut iste fuit monacus, & tunc etiam volen
tes non possunt eum recipere in ecclesia seculari:
aut non fuit monacus, & tunc beneficiũ iure re-
petit. sed dic ſm Host. q qñ recuperauit bona sua,
beneficium expresse renunciauit, & sic nullũ con
trarium, & de hoc dixi in præalleg. decre. benefi-
cium, in princ. magnæ glo. & tunc dicas illum etiã
protestatum, quòd non intendebat per id obliga-
ri religioni etiam in genere, Egi. & Boati. dicunt,
quòd hic fuit tacita renunciatio. ¶ In glo. vlti. ibi,
[*quicunque*] & 2. q. 7. latot [*& ibi, de iure*] vnde dice-
bat Goffr. quòd fuerunt finita auferri [*Et in fin.*]
Lau. vel donata fuerunt causa mortis, vnde po-
tuit pœnitere. ff. de donatio. causa mortis. l. mor-
tis causa.

a 1 ADMONET. a Casus. † Benefi-
ciatus sine licen-
b tia b prælati sui beneficio renuncia
re non potest. hæc decre. erat in pri
ma compilatione sub titu. de testa.
propter partem decisam, quæ fa-
2 ciebat ad illum titulum. Et primò ponit † proi-
bitionem. secundò ipsius transgressionem puniri
præcipit ibi, q si quis [*Personis*] latè comprehendit
3 † non solum clericos, sed etiam laicos, per quos
possunt regi Xenodochia, quæ tamen sunt sub di-
spositione episcoporum. j. de relig. do. de Xenodo
chijs. Primum probatur. 18. q. 2. quidam monaco
rum. de hoc tamen prouidit concilium Vien. de
4 relig. do. quia contingit [*Sub districtione*] puta † po-
ne excommunicationis, & poterit, si volet, exinde
canonem facere. j. de institu. cap. 3. de loca. vestra.
[*Tuo assensu*] Io. 7. placuit. j. & 21. q. ij. cap. 1. Vinc. &
5 Tan. hic, q † si clericus transit de vna ecclesia ad
aliam eiusdem diœcesis, sufficit tacitus cõsensus
sui episcopi, si alterius diœcesis requiritur expres-
6 sus. & vide quod dicam super gl. 2. †[*Detinere*] quã-
7 do † intrauerunt propria auctoritate, non ex insti
tutione episcopi [*Dimittere*] quando canonicè in-
trauerunt, & per institutionem episcopi, ne con-
tradicat littera superiori secundum Boati. Sed vi-
8 de † apertam fraudem ad hanc prohibitionẽ per
decre.

decre. beneficium, de regula. lib. 6. nam volens renunciare beneficio, inuito episcopo, ingredietur religionem probationis causa, & cum protestatione, vt dixi supra ca. proxi. & de ipsius consensu poterit beneficium concedi, quo concesso religionem exibit. dicas, quòd verum est, beneficium posse concedi quia tunc, ex quo collator concessit, nulli potest fraus fieri. eligi autem ad dignitatem, vel beneficium nullus poterit, si tale est, cui per electionem prouideatur; quia tunc verè fraus fieri posset confirmanti, vel instituenti, in cuius manibus fieri debet renunciatio; & super hoc vide quod scripsi de his, quæ fiunt à maiori parte capitu. ore, super verbo, confirmatus [*Inconsulto*]: non sufficit consulere, nisi consensum obtineant, nisi cum volūt religionem intrare, de regu-
9 la. licet, dicit Hostiē. [*Vltionem*] ſ.† excōicationem secundum Hostien. de hoc in glos. 2. Pe. intelligit de arbitraria. allegat decre. de causis, de officio-
10 deleg. ¶ Secunda † glos. allegat duas concordantias, & tractat quid de inferioribus prælatis: exponit, quod dicit finis capituli de canonica vltione. dicit quid si prælatus ratificet, & quid de transitu ad religionem, demum arguit per opinionē Vincen. quam reprobat. ¶ In † glo. 2. [*ibi, aliorum prælatorum*] ad hoc facit littera, ad ordinationem tuā, & idem not. in præ. capit. episcopus de loco, ibi etiam notatur nunquid clericus nolens transire de minori ad maiorem, ab episcopo cogi possit;
c vide quod dicam infra eod. quod in dubiis [c] & in Clementi. eod. tit. cap. vno, in glo. ſ. [*& ibi, Transi-*
12 *tum ratum*] dicebat Innocen. hic, hanc † decreta. intelligendam de constitutis in personatibus, qui & si eligi possint, quia non est prohibitum, sed potius concessum supra de elect. cum inter canonicos, & etiam electioni de se factæ, consentire, non tamen se transferre debent sine licentia superioris. alioquin ab episcopo superiore reuocari pos-
13 sunt inuiti, vt hic supra not. vnde † & si ad alium spectet electio, siue presentatio primæ, ecclesiæ an tequam eliget, vel repræsentet, debet requirere à diœcesano translati, vtrum translationem ratam habeat, arg. infra eod. quod in dubijs. Alij dicunt & fortè non malè secundum Innocen. quòd nisi diœcesanus infra sex menses talem cum effectu inceperit reuocare, circa finem sex mensium poterit fieri electio in prima ecclesia; & si ad diœcesanum pertinet prouisio, superior poterit prouidere quasi diœcesanus, ex quo infra sex menses non reclamat, videatur ratificare translationem secundum Innocen. dicas, quòd vsque ad sex menses expectandum esset, non ergo circa finem. 6. mensium, sed ipsis elapsis erit eligendum, seu prouidendum, & hoc expressum est infra de præben. de multa. §. & vltra sex menses. & hoc in illo casu vbi ad diœcesanum prouisio pertinebat. Nam si ad alium, tutius est, vt diœcesanus requiratur, an translationem ratam habeat, vt supra not. Qui si ter charitatiuè monitus, sufficienter respondere noluerit, ex tunc infra sex menses fiat electio, arg. supra de electio. cap. fin. & infra de sup. negli. prælа. cap. j. quod intelligo, si requisitio non fuit morosa; ad hoc supra de electio. cap. fin. hoc etiam notandum est, quòd & si talis possit eligi & electioni de se factæ consentire, non tamen se transferre sine licentia, vt hic, & 71. di. per totū. ¶ Quid
14 † ergo fiet in tali casu? dicas, quòd diœcesanus secundæ ecclesiæ potest ei tempus præfigere. infra quod a primo diœcesano licētiam obtineat alioquin erit secūdæ ecclesiæ de persona alia prouidendum, arg. infra vt lite non conte. quoniam frequenter. §. si verò aliter, infra de clericis non residentibus, quia nonnulli, & cap. relatum. Sed † & si transeat sine licentia, videtur quòd prima vacet ipso iure, infra de præben. de multa. So. illud intelлige, quando de licentia prælati transijt, alioquin non vocat prima, licet ea priuari possit, vt infra de cleri. non residen. cap. penul. & fi. & hoc infra sex mensēs. nam ipsis elapsis videtur tacitè ratificare translationem, vt supra not. verumtamen secundum Hostien. & si prædicta † de iure scripto vera sunt, tales tamen quotidie sine licentia eliguntur, & electioni de se factæ consentiunt, se transferunt & recipiuntur, ex quo sic translati recepti sunt ad prælaturam, siue rectoriam ecclesię cū cura, priora beneficia, quæ habebant similia, ipso iure intelliguntur vacare, quæ tamen plerunque de facto retinent. Sed omnibus his potest non improbabiliter responderi, quòd multa per patientiam tolerantur &c. infra de præben. cum iam dudum, in fi. & adde, quod no. infrà de præben. de multa, secundum Hostien. [*& ibi, Ad religionem tamen transi-*
17 *re*] videtur, quod † multo magis possent episcopari inuitis prælatis, cum ibi sit communis vtilitas; in religione priuata: sed præsumptio ambitionis obiectionem soluit, vt not. 63. dist. litteras, in fin.
18 glosſ. [*& ibi, Vel etiam canonicus*] Quidam † voluerunt distinguere inter prælatum, vel curatum, in quibus potest notari vinculum. 21. q. 2. sicut, & canonicum, vel alium clericum, de quo prolixè tractat hic Hostien. quod non curo, per decre. si abbatem, de electione, libr. 6. & ea quæ dixi de postu. c. fin. per quæ patet, hoc dictum non procedere, iste non potest transire sine alterius licentia, ergo debet postulare. speciale sit igitur in episcopo, vt ibi patet [*& ibi Concedebat*] Vinc. in antiquo apparatu: sed in apparatu huius compilationis dixit hic contrarium [*& ibi, Hoc non dicimus*] Idem Ioan. 61. di. §. sed aliud, & de hoc supra de postula. capit. vlti.
19 [*& ibi, Per superiorem*] nomine † superioris intellige Papam, cum nullus alius possit rem vnius alteri dare, vt not. de offic. lega. dilectus, de reli. do. constitutus, Abb. dic quòd aliud est licentiam dare, & aliud compellere, vt dixi in decre. nullus.

ADDITIONES.

a ¶ Admonet. Ad materiam cap. admonet; vtrum tacite renunciare possit beneficio sine licentia superioris, dic quòd sic, vt accipiendo beneficium incompatibile, vel contrahendo cum consanguineo, inxta no. in clem. gratiæ. de rescrip. nisi hoc faceret in fraudem superioris, vt not. Ioan. And. in capit. de multa, de præben. vide ibi scripta ibi, si verò infamis, in cap. Ioannes, de cle. coniu. Item episcopo; quòd sine licentia superioris liceat, vt infra de præben. significatum, vide ibi Ioan. And. & glo. 2. & fin. & ibi facit, an requiratur consensus illius, ad quem spectat collatio illius beneficij; ibi scripsi. an in renunciatione, quæ fit episcopo, requiratur consensus. capit. vide etiam glo. in versi. capituli, in d. capit. significatum, quæ dixit, solius episcopi. vide glo. pen. in capit. ex ore, de his quæ fi. a ma. parte capit. quæ vult, hoc non habere locum in tacita renunciatione. & vide not. infra de præben. proposuisti; ad hoc vide Ioan. And. in capi. ex ore, de his, quæ fi. a ma. parte cap. in versi. confirmatus. ſ. an inducatur renunciatio, si electus dicat, placet mihi, quòd alium eligatis, & not. in capit. beneficium, de regu. lib. 6. in manibus autem cuius debet fieri renunciatio iuris, vide etiam quod no. Ioan. And. in c. significāte, de pigno. an aūt monacus monasterio renunciare possit, vide Innoc. in capit. Ioannes, de regu. vbi videtur velle, quòd nec tacite nec expresse possit, & quod nec etiā ad præiudicium sui possit, nec hæc decre. in monaco locum habeat, sed in clericis. sed an clericus sine licentia superioris ad religionem trā sire possit, & an tunc per superiorem possit reuocari, vide Ioan. An. in capit. licet, de regu. in versi. quid si abbas, & vide gl. 2. in capit. quod dei, de ſta. regu. & ibi Ioan. And. in versic. veritati. de monaco autem, qui ad ecclesiam, vel dignitatem secularem velit transire, cuius licentia & consensus requiratur, vide in capit. si religiosus, de elec. lib. 6. & capit. post translationem. infra eod. & ad ea, quæ dixi supra de tacita renunciatione, an valeat, licet dicatur hoc, quòd quantum ad præiudicium prælati talis renunciatio non teneat, tamen hoc potest limitari, nisi ista talis renunciatio fingatur esse ex religionis ingressu, quia sicut clericus secularis sine licentia superioris

rioris ad religionem pōt transire, vt no. in c. licet. ſ. de regu. ita & per consequens beneficio renunciare, quod surgit ex eo. hoc voluit glo. in fin. in c. quod dei. in gl. 2. infra de ſta. regu. quam etiam glo. no. ad aliud in sui princi. quòd licet sit dubium, quando clericus sine licentia superioris beneſi. renunciauit, an beneficium vacet nec ne: tamē tenendum, quòd non vacet, esset vnus effectus talis renuntiationis, scilicet q̄ interim sine licentia superioris administrare non posset, vt ibi voluit illa glo. in prin. sui Archi.
Admoner. Refignatio beneficij eccleſiaſtici debet fieri in manibus Papæ. vide pulchre. D. Iaſ. vbi etiam allegat iſtum tex. in l. illud. in 3. colum. in fi. C. de colla.
b Licentia. Vide omnino ad materiam huius c. quod not. Ioan. An. in c. quia nos. de appella. in gl. fina. sic nec episcopus sine licentia Papæ, de transla. præla. c. inter corporalia, de uo. c. magnæ. Bal.
c Dubiis. Et facit optime quod plene no. Federicus de Senis in tractatu permutationis. q. 24. & 25. vbi ponit.

SVMMARIVM.

1 *Abiurationis ſpontaneæ exceptio admittitur contra petentem beneficium, & replicatio non ſpontaneæ, qui melius probabit, obtinebit, & nu. 5.*
2 *Diuiſio capituli.*
Lectiones variæ huius decretalis, & quam ſequatur, ibid. & nu. 16. & 17. quæ ſit communis, 13. quam ipſe probet nu. 17. ad finem.
3 *Sciſcitari, ideſt, quærere.*
4 *Abiuratio eſt renunciatio cum iuramento.*
Sine cauſæ cognitione, verba dupliciter intelliguntur, ibid. ut de nu. 17.
6 *Iactare quis pecunias ſuas non præſumitur.*
7 *Renunciationem fieri in ſcriptis, non eſt neceſſe.*
8 *In cauſæ cognitione, vel inquiſitione ex hac decretali quid veniat.*
9 *Negatiuus articulus, quòd non vi, & metu & c. non admitteretur indeterminatè.*
Spontanea voluntas probatur eo ipſo, cum non probatur contrarium, ibid. ver. aliter probatur.
10 *Hæc decretalis quando habeat locum.*
Compelli quis in iudicio non eſt ueriſimile.
11 *Vix quod fit, tamen fit quandoq;.*
Ad iuramentum non debet quemquam ſpontanea uoluntas inducere, ibid.
12 *Confitetur quod actor, non eſt neceſſe reo probare, niſi quid in confeſſione non contentum, vel contrarium probare voluerit.*
Probatio quando vtriq; parti incumbit in negocio quod ſponteè ex vna, & meticuloſè ex altera parte allegatur factum, & nu. 16. & 17.
14 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum. num. 15. 16. & nu. ſequen.*
Voluntas coacta uoluntas eſt, & nu. 18. §. 1.
Per impreſſionem iudicis ſi vendo, reſtituitur res, & pecunia retinetur. §. 1.
Lectiones variæ, & caſus huius capituli deſcribuntur, eod. nu. 16. & 17.
18 *De, præpoſitio notat inſtantiam.*
Repoſcere, inſtanter petere.
19 *Renunciatio petitionis inſtitutionis quando obſtet.*
20 *Spoliatus poteſt agere interdicto ad damna, vel aliam cauſam, etiam ſi ad rem agere non poſſet, & 21.*
21 *Violentia turpido ob ſpontaneam renuntiationē quo caſu non obſtet agenti ad damna.*
Metum, vel vim mihi illatum quando videor approbare, ibid. & nu. 22.
22 *Promiſſio, & datio multum ſunt vicina.*
Renuntiatio, & ſpoliatio non ſunt vicina, ibidem.
Metus cauſa actioni non videtur renunciare recipiendo pretium rei per metum venditam, ibidem.
23 *Donatum ſibi ſi reus excipiat, non recipietur eius probatio, niſi in caſu.*
24 *Poſſeſſio remouet præſumptionem malam.*
Probatio rei admittitur, quòd actor non poſſederit, nec ſpoliatus fuerit, ibid.
25 *Probat vterque in interdicto, vti poſſidetis.*
26 *Reſignationis, vel renuntiationis facte per pecuniam exceptio quando releuet.*

CAPVT V.

a 1 SVper. [a] Casus. † Contra petentem beneficium admittitur ſpontaneæ abiurationis exceptio, etiam causa non adiecta, contra quam exceptionem replicare poterit actor, q̄ non ſponte renunciauerit, & qui melius probauerit, obtinebit. com-
2 munis † diuiſio, ſecunda ibi, ſic tuę. Et ſcias, quòd variæ lecturæ huius decre. turbant ipſius intellectum. Sed proſequar exponendo iſtam tātum, ſm quam ſummaui, quæ placuit. Goff. etiam & Hoſt. De reliquis tangam ſuper finem primæ gl. [*Sciſci-*
3 *taris*] i.† quæris, de reſcriptis, ſciſcitatus, Petrus & Abb. [*Obiecta*] ex parte rei petitorio conuenti [*abiu-*
4 *rationis*] cum † iuramēto [*Sine cauſæ*] dupliciter intelligitur, primo vt dicit gl. q̄ non exprimatur cauſa renunciationis in exceptione. ſecūdo an ſit neceſſe cām renunciationis à teſtibus inquiri. directius reſpondet [*Et an*] ſecunda quæſtio, Goſ. [*acto-*
5 *ris*] ſuple, replicantis, q̄ ſponte, &c. & dic † q̄ bene recipiet ipſius probatio. ſi de hoc replicat de ſponta nea, de qua excipit [*Veriſimile*] quia non p̄ſumit
6 † quis iactare[b] pecunias ſuas. ff. de probationibus,
b cum de indebito, ad hoc ff. de inoff. teſt. l. j. in fi. [*Supernacuum*] imo cautum, & neceſſarium. Hoſt. plus placeret, ſi dixiſſet, cautum & vtile [*Inquiri*] à teſti
7 bus, qui ſuper renunciatione deponunt, & ſic† patet, q̄ non eſt de neceſſitate, q̄ renunciatio fiat in ſcriptis. de hoc. 7. q. 1. qualiter, in glo. 2. [*Nec vi, nec metu*] ſ. illatis à priuata perſona, & in officio nō cō-
8 ſtituta, Pe. ecce † quid venit in īquiſitione, vel cauſæ cognitione, non enim intelligas, quod teſtes ſuper his negatiuis producantur, ſed ſuper reſignatione ſimpliciter facta: quæreretur tamen ab eis, ſi ſciunt metum, vel vim &c. interueniſſe: & ſi dixe-
9 rint q̄ non, remanet exceptio probata. Si † enim formaretur articulus, Intendo probare, q̄ non vi, non metu &c. non reciperetur titulus: quia nec probari poſſet, cum pura, ſimplex & indetermina ta ſit negatiua: bene tamen poſſet teſtis dicere ſe non eſſe conſcium violentiæ, vel ipſam non credere. C. de his, qui ad ecc. confu. l. fi. aliter probatur hæc negatiua hoc ipſo, q̄ non probatur contrariū, ar. ff. de procu. verius. C. qui mili. non poſ. ſuper ſeruis, lib. 12. ſm Hoſ. tu dic, q̄ tanta poſſet eſſe determinatio, q̄ recipereť articulus, vt plenè dixi de electione, bonæ. j. ſuper glo. ideſt ſm. & vide qđ dicam hic ſuper j. gl. [*Oppreſſione*] illata. ſ. ab aliquo
10 in officio conſtituto, Pe. [*Iuramentum*] dicit † Hoſt. q̄ loquitur hæc litera, quādo extra iudicium facta dr renunciatio. Nā in iudicio non eſt veriſimile quē compulſum. ff. qđ met. cauſa, non eſt veriſimile, &
c quia magna eſt tuitio prætoris, [c] ff. qđ cū falſo tutore. l. j. §. penult. & iuſſus indicis purgat infamiā. ff. de his, qui no. furti. accipe. §. q̄ iuſſu, quod dic, vt notatur, infra de præben. niſi eſſent [*quod vix*] & ta
11 men † qñq; fit. nam quod vix fit, tamen fit. ff. de iu di. vix certis, de cogna. ſpirituali. c. 2. li. 6. [*de voluntate*] quia ad iuramentum nō debet quemq̄ ſpontanea &c. ſ. de iureiu. & ſi Chriſtus, ver. Iacob [b] [*Niſi replicatio*] Hoſt. ſic continuat, ſoluta prima quæſtione, q̄ teſtes excipientis non recipiunt ſine cauſæ cognitione, ſoluit ſecundam, cuius teſtes recipi debeāt, & dicit q̄ actoris, ex quo replicat, & ſit rō.
12 Nā † ex quo actor dicit, fateor renunciationē, ſed feci illā non ſponte, & hoc volo probare, ſup renūciatione nō eſt neceſſe plus laborari, ex quo con-

fessus est illam. ℣. c. j. ad fi. de confes. c. j. si tamen reus dicat, imò sponte renunciasti, vterq; probabit
13 [*& opinionem*] hæc est † communis litera. alia litera habet oppositionem. i. modum oppositionis, vel
14 causam iuxta ea, quæ dicta sunt. ℣. ¶ Prima † gl. ponit casum. ¶ Gl. licet, primo dicit valere renunciationem sine causa. Secundo ad textum signat cõtrarium, ponit opinionem, & solutionem. ¶ Glos. quæ pro expensis, arguit à contrario, & illud argumentum reprobat. ¶ Vlti. gl. no. & dat simile. Secundo quærit, arguit pro, & contra. remittit, & opi
15 nionẽ ponit, quę dat illam lecturam. ¶ In † gl. licet ibi, si mulier. §. si metu. 2. si metu hæreditatem adiui, hæres sum, quia coactus volui [*& ibi. §. sed quod prætor*] vide de re iudi. c. in causis, super 1. gl. [*& ibi. §. sed metu*] i. si coactus sum ab emptione, vel locatione discedere, nascitur actio prætoria [*& ibi, ordinarij*] vide de sequest. c. j. super 3. gl. ¶ In gl. C. quod metus causa [*si per impressionem*] si per impressionẽ iudicis, maxime cõstituti in officio mediocri sibi, vel personæ submissæ vendidit quis rem, res restituitur, & pecunia retinetur. ¶ In glo. est enim, ibi [*nec codicillos*] vide in c. cum dilectus, super glo. hoc ideò. ¶ In glo. vlt. ibi [*non est*] vide de præsumptio-
16 ni. q̃to, super. 1. gl. ¶ In † 1. gl. in fi. alij
d ponunt alii ter casum, & sic ſm Tanc. & recitat Host. Quidam repetebat beneficium suum, excipiebat, ꝙ repetere nõ poterat, qa sponte illud abiurauerat, querit, cuius testes sint prius admittendi, vtrum rei excipientis, vel actoris replicantis, & dr̃ rei, qui obtinebit probata exceptione, nisi actor fidem faciat de replicatione. Vltimo satisfit tacitæ quæstioni,
17 vt. ℣. & secundum † istam lecturam exponitur, sine causæ cognitione. j. ante q̃ recipiantur probationes actoris. Inn. dicebat, ꝙ prima quæstio erat, an exceptio spontaneæ resignationis simpliciter proposita sine adiectione iustæ causæ sit admittenda, & respondetur ꝙ nõ. simile. ℣. de appella. constitutus. hoc est dicere, ꝙ si aliquis repetit beneficium suum petitorium proponẽdo, & reus opponat exceptionem spontaneæ ab iurationis, audiendus non est, nisi probabilem causam resignationis p̃tendat. secundo dicitur, ꝙ si actor replicat dicẽs, ꝙ coactus renunciauit, & vterq; vult probare, recipiẽtur testes actoris, ꝙ coactus renũciauit. nec obstat. ℣. de restitu. spoli. accepta. qa ibi volebat ꝓbare spoliationem, & non coactam renunciationẽ, & est ratio, quare hoc casu præferũtur probationes actoris: qa reus intendit probare interiorem intentionem ipsius actoris. i. ꝙ sponte resignauit, qđ soli deo patet. actor verò vult ꝓbare vim, vel metum, & hoc vidit oculus, quare probatio actoris etiam per paucos testes multitudini testium rei p̃ualere debet ſm Inno. qđ ponunt Host. & Abb. & Egi. & allegat Hostien. qđ legitur & notatur de testibus, præterea, & c. in nostra. & est simile, qđ no. ī spec. de probatio. §. j. vltra medium, ver. Item si testes, & facit ad id, quod dicam de accu. cũ oporteat, in glo. nota licet. Et dicit Abb. terminatam per hoc quęstionem facti de quadam puella rapta, dũ ibat ad ecclesiam, inclusa in quadam domo, & demum rapiens vocatis multis testibus ibi despõsauit illam: puella post reddita libertati, illo eam petente, probauit metum & violentiam: vir volebat probare contrarium, ꝙ spontanea voluntate ℣xisset. ſ. ridendo tempore cõtractus, & simili modo, non debuit admitti per ea, quæ dicta sunt ſm Innoc. qui dixerat hic in vlti. glo. sua, ꝙ ex amissione testium rei posset esse periculum, cũ pauci scirent violentiam: multi possent superuenisse, q̃ spõtaneam confessionem audiret. ff. qđ metus causa, l. j. dabat etiam Boati. exemplum in scholare, qui
in studio renunciat beneficio propter metum, q̃ sibi & suis infertur in partibus, quem testes renunciationis percipere non possunt. Fatentur tamen prædicti ſm Innoc. ꝙ indirecte admitteretur reus probare volens nullam violentiam interuenisse, ar. ℣. de testibus, series, & c. ex tenore. vel si præsumptio esset contra actorem, qui dicit se in publico coactum, cum tamen is, qui dicitur cogens, sit pauper & humilis, vel talis, de quo non creditur, ꝙ violẽtiã, vel peccatum commisisset. ff. quod metus causa, non est. de no. oper. nuncia. c. 2. ver super eo. & hoc forte sonant verba in fi. habito ad dignitatem &c. vt etiam ibi no. vel dic, ꝙ finis huius de cre. non negat, quando probationes rei admittãtur: sed de probationibus spoliati tantum dicit, ꝙ sunt admittendæ. & hoc ideò: quia de ipsis tantũ dubitatum, & quæsitum fuit. Sed si reus diceret, ꝙ post coactionem iterum & alio tempore secundò sponte renunciauit, probationes ipsius admitterẽ
18 tur. C. quod metus causa. l. 2. ff. de condi. ob turpẽ causam, si ob turpem. & hoc si petitorio ageretur secus si possessorio, de rest. spoli. solicite; secundũ Innoc. dicit Host. ꝙ plus sibi placet lectura gl. Alij sicut Iaco. de Al. intelligunt decre. in restitutione, quæ petitur condictione ex canone, reintegrada. Alij etiam in ea, quæ petitur per interdictum, vnde vj. Alij generaliter intelligunt siue petitorio, siue possessorio, vel vtrunq; sim̃l agatur siue cõditione ex lege, vel ex canone, vel per iudicis officiũ
19 vel per actionem, quod metus causa. mihi placet lectura glo. & decido multa hic notata maxime ꝑ Innoc. quæ plus obtenebrant, quam declarent intellectum decre. de quibus etiam non curauit Hostien. ¶ In glo. secunda [*in fi.*] vt sic † istud, re, notet
e instantiam petitionis, vt dicas reposcentibus. i. instanter petentibus, & non iudicium restitutionis.
¶ In glo. licet non sit, ibi [*adeptus illud*] Abb. Tancr. & idẽ Inno. qui dat etiam exemplum de omni lœsione conscientiæ, & de volente religionem ingredi [*& ibi, Quidam*] ſ. Lau. Goff. hic [*& ibi, In rem*] vide quod no. ff. quod metus causa. l. metum, & C. eod. ti. l. 3. [*& ibi, Super spoliatione*] ibi & hic no. Inn. quòd
20 † renunciatio petitionis restitutionis per pactum bene obstat agenti interdicto per l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. hic ergo loquitur, cum dicitur renunciasse iuri suo, titulo, vel dominio. Dicit † etiam, ꝙ
f spoliatus potest agere interdicto ad damna, g vel
g aliam causam. ff. vnde vi. l. idemq; est. §. qui vsuf. & l. si plures. §. fi. etiam si ad rem agere non posset, vt quia confitetur se sponte renunciasse, vel priuatũ fuisse propter peccatũ. secus, si negares, vt hic, qa
21 tũc ageret ẽt ad rem. Sed † obijcitur, propter spõtaneam renunciationem videtur esse sublata proxima turpitudo violentiæ. C. quod metus causa.
h l. 2. ff. de condictio. ob turpem causam, si ob turpem. ergo etiam ad damna agere non poterit. respondet hęc dissimilia, quia sponte renunciand, o non approbo vim mihi factam, nec videor negligere, cum possint subesse aliæ causæ renunciationis, vt in prin. glo. sed soluendo, quod per metum, vel turpem causam promisi, metum, quem pertuli, videor approbare. Itẽ † promissio, & datio multum sunt vicina; non sic renunciatio, & spoliatio. imò, quod plus est, qui per metum vẽdidit pretiũ recipiendo, nõ renũciat actioni, quod metus causa. C. quod metus causa, sua, si vi. [*& ibi, Abiurauit*]
23 Sed an † excipit reus, ꝙ actor sibi rem donauit, dicit Inn. ꝙ non, quia esse potest, ꝙ actor donauit, & tamẽ postea possedit, & spoliatus fuit: quia super donatione, vel renunciatione etiam præcedente non recipietur eius probatio, etiam secundum quosdam si dicat se possedisse tempore, quo actor dicit

dicit se spoliatũ ꝓ inconueniens, qđ sequi posset vtroq; ꝓbante: sed alij in vltimo dicto tenẽtes õriũ rũdẽt & bñ ſm Inn. ꝙ fereẽ sñia ꝑ melius ꝓbãte, i de electio. cũ ecclesia, de ꝓba. ex litteris. si pari
i ter ꝓbãt, absoluat reus, de fi. instr. inter, in fi. ꝑsum
24 ptio † aũt, q̃ hic est õ reũ, cessat vtroq; dicẽte se eo tpe possedisse. Veritas est, ꝙ ꝓbatio rei õ illa duo, q̃ actori incũbunt, admittit. i. ꝙ non possederit, nec spoliatus fuerit, vt no. & dicã in decre. solicite [*& ibi, vterq;*] sic † & in interdicto, vti possidetis ꝓbat
25 vterq;, de ꝓba. licet, Inn. ¶ In gl. [*Quæ pro expensis, ibi, Non teneat*] Idẽ Inno. de rerũ ꝑmu. cũ vniuersorũ.
26 [*Et in fi.*] dicit Inn. qa hæc cã † exprimit a reo, ꝙ si ꝑ pecuniã resignauit, repellit exceptione, & actori fiet restõ; & hoc, qa reus turpitudinẽ suã allegat. hęc vera, nisi diceret, ꝙ ab alio pecuniã recepisset ꝑ resignatione: secus, si peteret res ꝑsana: qa tunc posset excipe illũ resignasse ꝑ pecuniã a se datam. ¶ In gl. vlt. [*ibi, De repetitione ecclesiæ*] simile qđ no. xj. q. j. Christianis, & ℣. de litis ꝓte. exceptionis, li. 6. [*& ibi, Alij*] ſ. Gof. [*& ibi, non est*] & 31. q. 2. Lotharius. [*& ibi. c. vno*] hodie primo, lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶ Super. Nota in hoc c. ꝙ negatiua prægnans potest probari. ſ. probãdo eius contrarium, & hanc limitationem, quando ex terminis affirmatiuę negando concluditur negatiua, alio non addito, & absque ꝙ testes super negatiua aliquid deponant, vel declarent, vt si dico, ꝙ coactus renunciaui, ergo immediate sequitur, ꝙ non sponte: secus, vbi negando non concluditur, vt no. vult textus in c. cum ecclesia, de cã pos. & proprie. nam non sequitur, ad me spectat electio, ergo non ad te, nisi apponatur dictio, tantum, vel similis ut ibi, & sic etiam potest solui contrarium, quod facit Innoc. in c. licet causam, de proba. licet multum laborauerit, & male soluerit, & forte id fuit de mente eius. Archidia.

b Iactare. Vide do. Franc. Areti. in l. a Titio, in pe. col. ff. de verborum oblig. & vide etiam. d. Iaſo. in l. cum quid, in 7. col. ff. si cert. pet. ver. ad prædicta. &c.

c Prætoris. Vide. d. Iaſo. in l. j. ff. si quis iusdi. non obtem. & per discursum illius tituli.

d Alij. Et no. ex hac gl. ſecundum intellectum, ꝙ hic quæratur a teste, ꝙ quando testis interrogatur de factis alterius, prout ab alio est factum, quod debet reddere rationem dicti sui, si præsumptio est contra dictum: aliàs ſecus, vt in c. ſicut. infra de ſententia & re. iudic. de causa autem scientiæ suæ uide no. in c. cum causam, de testi. Alij, vt dicunt, intelligunt, inquirere debet ſummatim, & sic sine causæ cognitione, non debet admittere, vt dicit text. & informare debet animi sui motum. Archidia.

e Notet. Aliquando verbum petere, ponitur pro repetere, vide Bar. ſol. ma. super rubrica, & in rubrica ff. ſi cert. pet. & l. 1. §. si quis ædificatum. ff. de no. oper. nun.

f Spoliatus. Vide Io. de Imol. in c. item cum quis, infra de restitu. ſpo.

g Damna. Quando. ſ. promisit non petere restitutionem rei, vt ſ.

h Ob turbem. Vtrobiq; vide Bar. qui aliquid ponit ad intellectum huius. c. & plenius Saly. in d. l. 2.

i Probante. Vide d. Franciſcum Areti. in c. ex litteris. infra de ꝓbatio.

SVMMARIVM.

1 *Electioni de se factę qui ſponte renunciauit, ſuper ipſa electione vlterius audiri non debet.*
2 *Diuiſio capituli.*
Confeſſiones partium, allegationes aduocatorum dicuntur, ibidem numero 2.
3 *Sententia iuſta præſumitur ex motu iudicis: ſecus ex proceſſu. admittitur tamen probatio contra præſumptionem.*
Contra præſumptionẽ probatio admittitur, & quo caſu, ibid.
4 *Actio ſuper qua re erat hic.*
5 *Sententię quando ſtandum, & num. 12. & 13. ea tenet, licet falſa cauſa inſeratur, ius cõtra litigatoris; fortius, ſi iuſta, licet non expreſſa. idem ſi duæ exprimantur, altera quarum ſit contra ius, nu. 6.*
Legis, qui teſtamento, ff. de excuſ. tut. intell. ibid.
7 *Motus iudicis per ius, quod non facit ad caſum, ſi moueatur per aliud, quod faciat, ſufficit.*
Valere rem potius, quàm perire iudicandum, ibid.
8 *Per literas epiſcoporum ſemiplena per confeſſionem partis plena probatio fit.*
Sententia noua ſi pro me feratur, licet non ſuper confirmatione primæ, a qua fuerat appellatum, tenet, & ratio, ibid.
9 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, & nu. 10.*
Res iudicata pro veritate accipitur.
11 *Epilogus & nu. inferioribus.*
12 *In appellationis proſecutione vtri parti, an vtrique, & quando incũbat quid probãdi onus, & nu. 13. & §. nu. 10. §. 1.*
Proceſſui quibus caſibus ſit ſtandũ, ibid. nu. 12. & 13. & 5.

CAPVT VI.

1 IN præſentia. Casus. † Qui
2 põte electioni de se factæ, ſuꝑ ipſa electione vlterius audiri nõ dẽt. Et † ponit gñalẽ cãm ꝓfirmationis sñiæ. Scdo spãlẽ ibi, Quia tñ [*Confeſſionibus*] partiũ [*Allegationibus*] aduocatorũ [*Motum*] di-
3 cebat † ergo Pe. ꝙ vbi q̃rit, an sñia sit iusta, ex motu
a iudicis p̃sumit̃ ꝑ ipsa, vt hic. si ex ꝓcessu, a secus, vt in decr. qm̃. de hoc in gl. õ ip̃m, no. ꝙ õ p̃sumptio-
b nẽ admittit ꝑ batio. b ſi. ſ. c. ꝑx. de hoc. ℣. de spõ. is, q
4 fidẽ [*si tu*] q̃ † agebas, ꝙ qđã abbas, q renũciauerat abbatiã, illã de facto dimitteret, Inn. [*Coniudicibus*]
5 q̃ erãt † iudices ap. [*Fuerat*] sup. biẽnio lapſõ. ℣. quẽ, licet appellatũ fuiſſet, õ ꝓcessum nihil fuit obiectũ. & sic facit ꝑ, qđ signat õ in auth. de his, q̃ igre di. ad app. §. illud, aliàs, si vero, Host. [*Præter iſta*] i. ꝑ ter p̃sumptionẽ, q̃ facit ꝑ sñia [*Conſtitit*] not. ꝙ licet
6 † falsa cã inſeratur in sñia, tenet tñ, q̃uis lata sit õ ius litigatoris. ℣. de re iud. cũ inter vos ad fi. fortius aũt valet, si subsit iusta cã, q̃uis nõ sit exꝑssa. ℣. de re iu-
4 ſtatuta [*Pœnitentia*] dicit Goffr.ꝙ † quia hoc eſt mãdati tranſgreſſio, & in trangreſſione mortaliter peccatur,ideo de iure communi executio ordinis non habetur,licet habeatur character. & ideo dixit,ſm eum ſuſtinere poteris,impoſita,& peracta tota,vel eius parte.§.eo.ex tenore[*Suſtinere poteris*]
5 tuo † iure iuſta ignorantia excuſante.℣.tit.2.c.2.vel vrgente neceſſitate,vel euidenti vtilitate eccleſiæ ſuadente.ad hoc de elec.cum nobis olim,& ca.in cauſis,niſi forſan tu in hoc deliquiſſes,arg.℣.de cleri.coniu.diuerſis,de dona.inter virum & vxorem, & ſi neceſſe,vel ſi nos feramus ſententiam,vel nobis retineamus diſpenſationem.§.c.proximo.in fi. & c.litteras,in fine. aliter diſpenſare tuo iure non poſſes,niſi tibi ſpecialiter cõmitteretur.§.eo. cum quidam,ſm Hoſti.qui dicit hoc tenendum quicquid notauerit in ſumma, eo.tit.§.ſi per prælatũ. Sed dices,quomodo poteſt hic allegari iuſta ignorantia ? reſpondeo,quia ſimplex fuit, qui in eccleſia nunciauit tempora,vt epiſcopus, q̃ nõ diligenter inquiſiuit: vel quia diuerſis temporibus de cõ
6 ſuetudine † ieiunantur tempora Septembris in diuerſis locis.ponit exemplum in Lugdunen.Vien. Ebredunen. & Vapicen.in quibus, licet ſatis ſint vicinæ;diuerſa eſt conſuetudo.Vien.enim prẽteridit feſtum beati Mauritij patroni ſui,& Vapicen. beati Arnulphi, quod tẽporibus illis ſolet occurrere;de quo vide,qã ſcripſi.℣.de obſerua. ieiunio, ſuper rubrica, ver.quamuis etiam dixerim.& ad
7 cognoſcendum † quatuor tempora ponit Hoſtien
a ſis hic verſus, Vult crux [a] Lucia,cinis, charisma dia. Vt det vota pia quarta ſequens feria. Et his
8 † ſabbatis quatuor temporum, & ſabbato media næ quadrageſimæ,& ſabbato ſancto, & his tantũ, non obſtante contraria conſuetudine,ſunt ſacri ordines conferẽdi.§.capitulo primo,& tertio. Minores eiſdem ſabbatis, vel diebus feſtiuis. de prima tonſura dixit hic Hoſtienſis,ꝙ quolibet die cõ ferri poteſt:quia canones de illa certum diem nõ exprimunt, vt quia ſic de generali conſuetudine obſeruatur,argu.quod legitur,& notatur.℣.de ætate & qualitate,cum contingat.¶ Prima † gl.arguit ꝙ tempus &c.dat ſimile,de ætate & qualitate, & de baptiſmo.¶ Vltima gloſſa ſignat contrarium, ſoluit; ſolutioni opponit, reſpon. & oppoſitioni
10 acquieſcit. ¶ In † gloſſa ſecunda [*ibi,ait prætor*] vide in capitulo, de cauſis, ſuper vltima gloſſ.¶ In glo.vltima [*ibi,ad conſultationem*] ſi. quod nota.de filiis presbyterorum,ex tua.

ADDITIO.

a Crux.Vide pulchre Alberi.de Roſa.in dictionari.ſuo in verbo,crux.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſus occultus prẽter homicidam poteſt in ſuſceptis miniſtrare poſt pœnitentiam, & ad ſuperiores aſcendit, & nu.7.8.10.& quando,nu.4.& 9.10.et ante pœnitentiam monetur,vt etiam in ſuſceptis non miniſtret, & a quibus, nu.8.ad fin.vide nu.10.*
2 *Bonum ſummum quod ſit.*
3 *Supplementum contextus,& nu.6.*
4 *Argumentum a contrario ſumitur.*
5 *Diſpenſare in quibus poſſint epiſcopi.*
Crimina mediocria quæ dicantur, remiſſ.eod.nume.§.Quæ autem.
6 *Periurium ſitne maius homicidio crimen,remiſſ.*
7 *Sacerdotis proprij officijs an & quando liceat ſubditis abſtinere.*
8 *Inter homicidam, & alios criminoſos quid differt ex cauſa miniſterij.*
9 *Iudicium diuinum,perpetua damnatio.*
Character recipitur, licet quis prohibeatur ordinari, & quando.
11 *Epilogus, additio gloſſarum,& nu.12.*
13 *Peccator occultus prodere crimen ſuum debet,& quibus,& qua de cauſa.*

CAP.

CAPVT XVII.

a 1 VÆſitum eſt. [a] Caſus. Occultus † criminoſus præter homicidam poſt pœnitentiam in ſuſceptis miniſtrat, & ad ſuperiores aſcẽdit, ante pœnitentiam monetur,vt etiam in ſuſceptis non miniſtret. cõis diuiſio.ſecunda ibi,reſpondemus [*Adulterij*] ſm Hoſti. exemplificat hic mediocria, excludens vnum
2 de his vt enorme in verſi.præter [*Bonum*] hoc † eſt ſummum bonũ in hac vita,quod, ad omne, quare:reſpon.nec verba,nec faciem hominis pertimeſcit.12.q.3.ſenti.[*et infra*] an poſſint ſine diſpenſatione poſt pœnitẽtiam in ſuſceptis miniſtrare, vel
3 ad maiores aſcendere [*Propoſita*] ſup. vel † his ſimi lia.§.de tranſlat.c.2. [*Notoria*] quo caſu ꝓpter ſcandalum abſtinebunt.50.diſt.de his.not. ſm Inno.&
4 argue † per ꝓrium,ꝙ ſi ſint notoria ſine diſpenſatione non poſſunt aſſequi primum ſtatũ. ℣.de bi-
5 gamis,quia circa.& in † talibus & in minorib⁹ regulariter diſpenſant epi, niſi vbi inuenitur prohibitum,de iudi.at ſi clerici.§.de adulterijs. Quæ au
b tem ſint hæc mediocria, [b] dicit Hoſt. ꝙ oĩa mortalia.remittit ad ſummam, de pœniten. §.de peccatis,ſub.§.quę autem ſint peccata mortalia, & poſſunt colligi.25.diſt.§.nunc autem. quod dixit hic Vinc.de occulto peccatore, vide ad litterã in Spe. tit.2.§.iuxta,ver.ſunt quoque,ad finem [*Homicidij*]
6 contra 22.q.5.ille, vbi † dr periurium maius cri-
c mẽ homicidio. [c] ibi ſoluitur. & quod hic dr de homicida,intellige de aljs enormibus.no. de renuncia.niſi.§.propter conſcientiã,ſm Hoſt. [*Impediri*] quò ad ſe,ſm Eg.hoc dicit, quia aliter incongruè fuiſſet exceptum de homicida,cum etiam ille, ex quo occultus eſt,quò ad alios impediri non debe-
7 bat. dicit autẽ † Inno. ꝙ licet iſti poſt pœnitentiã
d licite miniſtrent, ante [d] pœnitentiam tñ non miniſtrant ſine peccato.videtur etiã ſm eum, ꝙ pro quolibet peccato mortali, & notorio licet ſubditis à proprij ſacerdotis officijs abſtinere, ad hoc,vt exinde confeſſus pœnitentiã agat. & hoc, vbi nullum exinde peruenit ſcandalũ. Si verò ſcãdalum timeretur exinde,vel vitaretur ex cõtemptu, quaſi ſacramẽta per talem præſtita minoris eſſent efficaciæ,non liceret ſm Inno. de quo remittit ipſe Hoſt.℣.de cohabit.cleri.& mulie.veſtra, & ca.tua. [*Qui*] ſ.occulti criminoſi, periuri.ſ.vel alij mediocres peccatores,la.de Ala.intelligit hoc de † homi
8 cidijs, de quibus præmiſſum eſt dicens, ꝙ ex quo ſunt occulti,monendi ſunt,ſed non prohibẽdi.alleg.de ſimo.ex tuæ,& iura, quæ ꝓbant, ꝙ eccleſia non iudicat de occultis.32.diſt.erubeſcãt, cũ ſimilibus. Et ſi dicis, quid ergo ſpeciale in homicida? rñ.quia cum aliis licet manifeſtis diſpenſantur,cũ iſto non 50.diſt.miror.verius eſt, ꝙ homicida, licet occultus, celebrare non debet, nec promoueri.Si tñ celebrare vult,non poteſt prohiberi. vnde differt ab alio criminoſo:quia alius occultus poſt pœnitentiã ſine peccato miniſtrat, & promouetur homicida verò occultus licet ꝓhiberi non poſſit: tñ etiã poſt pœnitentiã ſine peccato nec miniſtrat, nec promouetur [*Monendi*] à ſuis confeſſoribus in
9 occulto [*Diuini iudicij*] i. perpetuæ † damnationis [*Suſceptis etiam*] quaſi dicat, non ſolum non debẽt ad ſuperiores aſcendere: ſi tñ hoc facerent character reciperetur,dummodò forma ſeruet, & vera ſacramenta conficiunt. 19.diſt. ſm.j.q.j.dñs, & c. quod quidã,& no.℣.tit.2.ca.1. [*Non miniſtrent*] dice-
10 bat † Hoſti.ſummam decre. hoc velle: mediocris peccator occultus poſt peractam pœnitentiã ſine diſpenſatione aliqua, & notorius pœnitens obtenta diſpenſatione epi,exceptis prohibitis, in ſuſceptis ſecurè miniſtrat, & ad maiores promouetur. Enormes verò ſine diſpenſatione Papæ, exceptis conceſſis, nec miniſtrare debent, nec ad maiores aſcendere. Impœnitentes aũt monendi, & obteſtã di ſunt,ne miniſtrent, vel ad ſuperiores aſcendãt: in iudicio tñ contentioſo cogi non pũt, ſed ſuæ dãnabili conſcientiæ relinquuntur. dicebant Pet. & Abb.ꝙ quatuor regulæ hinc ſumebantur. Prima nullum crimẽ mediocre occultum impedit poſt pœnitentiã in ſuſceptis miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcendere.Secunda talis.omne crimẽ mediocre,& notorium facit hominem irregularem.Tertia talis.omne crimen enorme impedit in ſuſcee ptis miniſtrare,& ad ſuperiores aſcendere, [e] vt ſic ꝙ de homicidio dicitur,dictum ſit exempli cauſa. Quarta talis. omne mortale peccatum ante pœnitentiam facit hominem irregularem, ne poſſit in ſuſceptis miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcendere.
11 ¶† Tertia gl.no.homicidam &c.probat, & remit-
tit. ¶ Penult.glo. rñ.per quæſtionẽ, an in occultis
12 ſit diſpenſatio neceſſaria,alleg.pro,& cõtra. ¶† In glo. ſic patet [*ibi, dominus dixit*] 1. Paralipomenon. 27.& 28. [*& ibi,prophetę*] ante hanc prohibitionem homicidæ presbyteri erant, quod dic, vt not.21. diſt.§.1. ¶ In gl.ſimile.℣. [*ibi, exequantur*] vide quod plenè dicam de ſciſmaticis. ca.1. ¶ In glo. pen. [*in fin.*] de hoc.℣.de accuſat de his. ¶ In glo.vlti. [*ibi,accuſationem*] habebit ergo † occultus peccator non ſolùm epiſcopo, ſed etiam teſtibus, per quos diſpenſationem probare poſſit, prodere crimẽ ſuũ,
f de hoc.j.diſt.ex pœnitentibus. [f]

ADDITIONES.

a ¶ Quæſitum eſt.No.tex.ibi,vel aliàs,vbi videtur probari, ꝙ probatio iudicialis fuerat notoria, de quo in c.fin. & c. reſtitutionem, de cohabit.cler.& vide ad materiam iſtius glo. quod no. glo.25.diſtin. primum,& quod ſcripſi.2.q.7. c.non poteſt. Ad materiam, an poſt pœnitentiam poſſit miniſtrare,glo.3.q.7.c.ſacerdos. Arch.
b ¶ Mediocria. An propter iuramentum iniuſtum debeat remoueri, no.℣.de iureiuran. c.ſicut noſtris. quid de periurio, vide in c.querelam,& ſeq.eod.titu.Bald.
c ¶ Homicidio. Vide latè Barbat.poſt alios Doct. ibi per eum relatos. in c. at ſi clerici. infra de iudic.
d ¶ Ante. Vel ſaltem factam de peccato confeſſionem. ita no.Innocẽ. ſupra eo.ex tenore,& ibi Ioan.And. ſuper glo.2.in fin.
e ¶ Aſcendere. Vide quod ſcripſi in q.7.§.idem teſtatur, an ſacerdos conſtitutus in peccato,peccet dicendo officium ſuum. Archi.
f ¶ Ex pœnitentibus. Vide Pet.de Ancha.in conſilio ſuo relato per d. Andr.Pomum in c.at ſi clerici, col.14.infra de iudi.

¶ De ſcrutinio in ordine faciendo, [a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio ſiue diſpoſitio huius rub.cum ſuperiori.*
Scrutinium duplex, ibid.
2 *De ſcrutinio quibus in locis alijs tractetur.*
1 ¶ Dicto † de ordinandis, quia ordinandi examinandi ſunt, ideo &c. & eſt duplex ſcrutinium. vnum, quod habetur ante ordinationem, cuius forma habetur. 24.diſt.quoniam epiſcopus. ſecũdum, quod fit in ordinatione, cuius forma habe
2 tur hic.de † materia.23.diſt.qui eps, & c.ſequenti. & 24.diſt.per totum, & 51.diſtinct. qui in aliquo.

ADDITIO.

a Scrutinia. Quot modis dicatur ſcrutinium, Vide glo. in c.dilectus, de ordi.cog.& in c.2.de elect.lib.6. Bald.

SVMMARIVM.

1 *In ſcrutinio epiſcopi quid reſpondere poteſt epiſcopus.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Epiſcopum alloqui Papam, ſi frater appelletur à papa.*
4 *Prior qui dicatur ex multis eodem die promotis.*
5 *Archidiaconus dicitur primus diaconorum,& à quibus eligebatur.*

Archipresbyter à quibus olim eligebatur, ibid.
Arch diaconatus, & Archipresbyteratus prælatio an solum esset nomine, remiss.
6 *Prioritas assistentium tantum attenditur.*
7 *Scrutinium olim non fiebat de subdiaconatu, & ratio.*
Subdiaconatus olim non erat sacer ordo, ibid.
8 *Cognitio non comprendit, quod quis scit vt sacerdos.*
Diffamare malum, ibid. & nume. 9.
9 *Scrutinij multiplex significatio, remiss.*
10 *Indignitas ordinandi si denuncietur metr opolitano, & nolit audire, nisi publicè proponatur, quid agendum.*
Conscientiæ satisfaciendum, ibid. ad fin. versic. sed si, & nume. 7. versi. cognoscis.
In scrutinio proponens promouendum in personam ecclesiæ loquitur, ibid. versi. cum loquatur.
11 *Epilogus, suffragium, & additio gloss. nu. 12. & seq.*
14 *Bonus homo præsumitur, & ratio.*
15 *Per baptismi sacramentum sit hominis reparatio.*
16 *Homo præsumitur nudus, & ratio.*
17 *Ex præteritis quando præsumatur in præsens, & nu. 14. 15. & 19.*
18 *In dubio, cum quæritur de animæ salute, consulitur peccatori. cum verò de pœna personarum in iudicio quæritur, præsumuntur bonæ.*
19 *Vitæ examinatio, an & quando facienda in adeptione beneficiorum.*

CAPVT PRIMVM.

1 EXparte. Casus. † Episcopus
2 interrogatus ī scrutinio episcopi ordinandi respondere potest illum dignum, si non nouit illum indignum. Et sunt † duæ partes. In prima decisa cōsultatio. In secunda responsio ibi, fraternitati. in qua primò Ro.ec.morē inducit. Secundo rñ.responsum moderatur, & moderatū declarat [*Fraternitati*] ꝙ
3 hoc † patet, ꝙ episcopo loquitur, qui forte habebat ex consuetudine respondere in scrutinio epi-
4 scopi ordinandi [*Prior*] ſ. tempore. vnde, etiam † si eodem die fuerunt plures promoti, ille dicit prior inter illos eiusdem ordinis, qui prius in sede ponitur. ſ. de maio. & obed. c. 1. cum suis concor. Hosti.
5 [*Diaconorum*] qui † Archidiaconus dr̄. olim enim diaconi vnum eligebant ex se, quem Archidiaconum nominabant: presbyteri vnum, quem archipresbyterum nominabant. 14. dist. legimus. Et an
6 prælatio illa esset in nomine tātum, ibi plenè not. [*Assistit*] attenditur † ergo prioritas assistentium tantū [*Postulat*] in persona ecclesiæ loquitur [*Ad onus*] 40. dist. ante omnia [*Presbyteratus*] respicit, quod dixit diaconum, vel diaconatus respicit, qđ
7 dixit subdiaconum. de ipso † verò subdiaconatu non fiebat tale scrutinium, vt puta: quia in primitiua ecclesia non fuerat sacer [*Illum*] ordinandum per se presentatū [*Non credimus*] ergo nec nos credere debemus. 24. q. 1. hæc est fides, Hosti. [*Conscientiam*] hoc soluit omne contrarium, & omne quare, ſm Hostien. [*Responsione*] ad interrogationem ſ. metropolitani consecrantis episcopum [*Cognoscis*] sic ꝙ te remordeat conscientia. de hoc. s. de rescri.
8 cum contingat. & non intelligas † de illo, qui scit vt sacerdos, de pœni. omnis [*Priusquam*] fit hoc vt vitetur scandalum electi. est enim malum aliquem diffamare. 6. q. 1. ex merito, & duobus. c. seq. [*Scrutinium*] de † multiplici significatione scrutinii. no. ſ.
9 de capel. mo. c. 2. in 1. glo. & de elect. c. 2. lib. 6. [*Secretò*] quasi in pœnitentia, si fit occultum, ne proximus diffametur, de sent. excom. cum non ab homine. 6. q. 2. per totum [*Nunciare*] Quid † si metro-
10 politanus non vult ipsum audire super denūciata indignitate, nisi publicè proponat, quia occulta est? respondet secundum Innocen. & Hostien. & Abb. euitet scrutinium si potest: & intelligit Innocen. eum debere taliter euitare, ꝙ per id crimē fratris non publicetur. vnde si eo præsente & tacēte per hoc publicaretur, dicat hæc verba. Item si euitare non potest, dicat hoc securè, cum loquatur in persona ecclesiæ, quæ suam indignitatem ignorat. 11. q. 1. vnus. & 7. q. 1. plerique, & de offic. ordina. si sacerdos. sed si per hoc non informat cō scientiam suam, satisfaciat ei, secundum Hosti. & est simile, quod dicam. infra de præscript. c. vltim. [*Faciamus*] ergo licet deuiare à consuetudine Romanæ ecclesiæ. de hoc. s. titu. proxi. ca. 1. ¶ In gl. j.
11 † obijcit, & soluit. ¶ Vlti. glo. ponens brocardum alleg. pro tria iura: in cōtrarium alleg. 5. & soluit.
12 ¶ † In glo. vlti. [*& ibi, seruos*] legaui seruos manumittendos, si digni sunt libertate, debetur libertas, si non sunt indigni, dato ꝙ nil fecerint, per qđ meruisse dicantur [*& ibi. §. ergo*] vide de testi. licet vniuersis, super 3. glo. [*& ibi. l. 2.*] petens veniam ætatis habet se probare idoneum moribus, & animi probitate [*& ibi, Ex persona*] vide in prælegato capitulo, fi. de præsumptio. super j. glo. [*& ibi, Si magistratus*] pupillus non habet docere tutores non fuisse soluendo: sed magistratus habet docere illos tunc idoneos [*& ibi, Ab ea*] vide de appel.
13 suggestum, super glo. 2. ¶ † In glo. j. [*ibi, indignitate*] item quomodo testificatur de eo, quod non nouit? contra id. 3. q. 9. testes [*& ibi, videt illum*] habere rectam membrorum dispositionem, Vincē. [*& ibi, à bonis*] qui prophetari videntur illum futurum bonum. 93. dist. legimus, versic. noli, vbi de hoc. dicebat etiam Hostien. ꝙ huius interpretationis auctoritate talis excusatur. 23. q. 4. qui peccat, & remittit ad notata, de homicid. c. postulasti. [*Et in fin.*] adde quod not. 64. dist. ca. 2. ¶ In glo. vlti. ibi. §. ergo, & C. de inoffic. testam. si quis filium, & ff. de fideicō. libert. l. Thais. §. forore, & j. de iud. cum deputati [*& ibi. l. 2.*] dicit Hosti. illud, cum dubitatur de ætate. sic & s. de electio. cum nobis olim, ad fin. [*& ibi. quæst. 5. Aliter*] isti sunt casus speciales, vt not. 2. q. 7. quærendum, in glos. 2. [*& ibi, solutio*] idem Goffr. in summa huius titu. [*Et in*
a *fine*] secundum Ioan. adde quod no. j. [a] de elect. si forte, lib. 6. in glo. qui etiam, & de regu. iur. qui semel, eodem lib. Dicebat hic Hostien. † homo fuit
14 creatus plenus virtutibus. vnde naturaliter præsumuntur homini virtutes inesse. nec obstat peccati
b destructio: [b] quia per † sacramentum baptismi
15 fit reparatio, de summa trini. firmiter, in quo confertur gratia, de consecr. dist. 4. cap. 2. & ideò, cum
c constet semel reparatus, adhuc[c] talis præsumitur, nisi probetur destructus. ad hoc. C. de probat. siue possidetis. manet ergo hæres Dei, qui semel fuit. ff. de mino. ait prætor, aliàs incipit, & si fine. §. penult. vnde & si probetur destructio per peccatum, adhuc præsumitur destructio, nisi probetur re-
16 fectio, de testib. testimonium. Homo † verò quò ad temporalia nascitur nudus, Iob. 1. 47. dist. c. sicut. vnde adhuc talis præsumitur, nisi probetur ve-
d stitus, maximè quia diuitiæ, quæ accidentales[d] sunt, de facili adsunt & absunt, vt in §. magistratus, quem alleg. glo. & in auct. vt omnes obed. iu-
17 di. §. 1. colum. 5. ad præterita † facit, de regul. iur. semel, lib. 6. vbi autem probatur quis semel fuisse soluendo, adhuc talis præsumitur. ff. de priuile-
18 credit. si creditores, in fine. Item verum † est, quòd
e quando quæritur de salute animæ, in dubio[e] consulitur peccatori: & vbi imminet periculū partici pationis, vel mali exempli, vel scandali, p̄sumetur peccator, ne pericliteť anima, & ipsius remedium negligatur. Cū verò quæriť de personis in iudicio puniendis, semper præsumuntur bonæ, nisi euidēter probentur malæ. C. de probat. l. fin. 77. dist. si qd.
19 vbi etiā † de beneficijs adipiscendis quæriť, vel de personis sublimādis, ꝑ quas ecclesiæ regi debeāt, vel de occultis hominū actibus, in quibus ecclesię non imminet euidens periculū, si qua p̄sumptio est ꝺ ꝓmouendū, vel oriť aliqđ dubiū, inquirendū est, de filijs presbyt. litteras. Sed si nulla sit specialis ꝺria p̄sumptio, semp iudex examinationē faciet generalē, de elect. nihil. vbi verò examinatione facta, nil mali reperiť, semp bonus præsumitur: per posterius tamē apparentia præsumunť interdum præcedentia mala, ad hoc de spon. is qui, de elect. innotuit, versi. parentes, ſm Host. qui etiā in his remittit ad summam, eod. tit. §. quæ sit forma.

quę & quando admittatur.
17 *Ordo confertur ab eo, qui renunciauit episcopatui.*

CAPVT PRIMVM.

1 EQuisiuit. Casus. Epūs, † q renū ciauit loco tm̄, inuitatus cōferre p̄t ordines, sicut prius. si renunciauit ordini, cū ordinato per eū ad minores, vl̄ ignorāter ad sacros, bene dispēsat epūs: cū ordinato verò scienter ad sa
2 cros nō dispensat. Et sunt † duæ partes. in j. consultatio. in 2. ibi, rñdemus, ratio distinguens [*Resignationem*] aliàs renunciationē [*in ipsis*] i. in ipsorū exe cutione: qa de charactere non erat dubiū [*& infra*]
3 sup. vel † ad superiores ꝓmoueri, Pet. [*Dignitati*] Si verò renunciauit simpl̄r, præsumiť renunciasse lo
a co [a] tm̄, quod probat ex eo: quia qui renunciat dignitati, præsumiť hoc facere pp crimen. s. de renūciat. post translationem, ad fi. ergo præsumeretur criminosus, qđ esse non dēt. s. tit. proxi. c. vno, ſm Phil. & Host. in hoc remittit ad summā, eo. ti. §. sed
4 quid si simpl̄r. & dicit Inno. ꝙ ťid, quod hic dicit renunciari dignitati. s. de renuncia. post trāslationem, appellat renunciare ordini. Intelligitur † aūt per hæc renunciatū ordini, & executioni, & ptāti sacros ordines cōferendi. Primo casu, qñ renūciauit loco tm̄ sicut antea, sup. poterat. ſ. clericis exneis ordines cōferre rogatus per ipsum epm̄ [*Ab*
5 *episcopo*] qui † solus in diœcesi sua dat cōmendatitias ad ordines. qđ dic, vt j. de tēpo. ordi. cū nullus, lib. 6. & ideò dicit ab epō: quia cum ipse subditos nō habebat, illos ordinare nō pōt nisi rogatus [*De*
6 *ratione*] i. † rōnabiliter, ac si dicat, bonus faber est, nō deest sibi nisi materia, sup qua fabricet [*Confere*] nisi à papa, vel eius legato, ꝓhibitus esset, vt patet in antiqua [*Metropolitanus*] hoc nō posset, nisi ab eo bñficiatus esset. s. de renūc. ad supplicationem [*In secundo*] ſ. cū renūciauit ēt dignitati [*Distinguendum*] dicit Host. imò subdistinguēdū: qa supra
7 cepit distinctio [*Poterit*] disp̄ēsatiuè, Vin. Tan. Goffre. & Hosti. [*Non habebit*] nec † hic dispensat epūs secus cū ordinat ab epō alieno executionē habente. i. qui nō renūciauit, de hoc. s. de tempo. ordi. ꝙ
8 translationē [*Discretus*] ad † talem pertinet dispensare, quod dic vt s. de elec. dudū. 2. de transla. c. fin.
9 ſm Host. & de præbē. de multa, in fi. [*Dispensare*] † ī
10 susceptis, & suscipiendis. ¶ † Prima gl. tractat de di
11 ctione vsq;. ¶ Vlt. gl. obiicit, & dupl̄r soluit. ¶ † In
12 prima gl. [*ibi, quod ait prętor*] in prin. ibi, dimissum ab exercitu accipere debemus militē caligatū, vl̄ quēuis aliū vsq; ad cēturionē, vel præfectū cohortis &c. [*ibi, ponitur inclusiue*] & sic malè alleg. [*& ibi. §. senatores*] sequiť, accipere dēmus eos, qui ī patriciis, & cōsulibus vsq; ad oēs illustres viros descendunt. ¶ In gl. 2. [*ibi, latę culpę*] sequitur, finis est, nō intelligere, qđ oēs intelligūt. ¶ In gl. vlt. [*ibi, error*] sequiť, facti nec maribus quidē in dānis, vel cōpē diis obest [*& ibi, regula*] sequiť, est iuris quidē ignorātia vnicuiq; nocere: facti verò ignorātia non no
13 cere. ¶ † In gl. j. [*ibi, prętor*] & j. ti. pxi. à multis, & j. de fid. istr. cū dilectus, ff. de leg. 1. filiusfa. §. 1. & C. đ pcu. auct. ꝙ ius [*Et in fi.*] 15. q. vlt. cū multæ. j. de p̄sbyt. non bapti. c. vlti. circa fin. Arch. ī decre. Si gratioše, de rescript. li. 6. ī qua hæc dictio nullū hēt dubiū. ad hāc ptē allegat. 31. dist. a ſr. 32. dist. de illo. 77. dist. qcūq;, & 78. dist. p̄sbyter. 33. q. 4. ñ oportet. 2. de fer. capellan⁹, ver. qa tū [*& ibi, ver.*] Et sic à trib⁹. facit pro j. parte. ff. de pœn. absentem. §. aduersus, & l. capitalium. §. 1. an per alium causæ app. l. j. quib. mod. vsufr. amit. l. sicut. ff. de leg. 2. quidam. de lega. 3. patronus. §. Sempronio. aliquādo ponit im-

negligatur.

ADDITIONES.

a ¶ No. j. Vide de materia ista glo. 11. q. 7. c. quærendum. Bald.
b ¶ Destructio. Vide tex. no. in l. imperialis, in versi. omnem maculam abolemus. C. de secun. nupt.
c ¶ Adhuc. Vide Bar. in l. si prius. ff. de no. oper. nunciat.
d Accidentales. Vide in l. ex persona. C. de probat. per Bald. & d. Barthol. de Sali. & qūo quis probatur pauper, per Bar. in l. si constante, ff. solu. matri.
e In dubio. Facit regula. c. iuuenis, de sponsa. vbi probatur, quòd in dubio semper debet capi illa via, per quam consulitur animæ.

¶ De ordinatis ab episcopo, qui renunciauit episcopatui, vel excommunicato, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio rubricæ quæ.*
2 *De ordinato, qui erat excommunicatus, quid iuris, remiss.*
De ordinatis à criminoso, vel simoniaco, vbi tractetur, ibid.
3 *De materia huius tituli vbi alibi tradatur.*
1 ¶ In tractatu † ordinandorū, quæ præcedit, & sequiť, interponiť rubricella de ordinatis &c. Goffr. & hic tractat, quid iuris de ordinatis ab excōica-
2 to. Quid iuris † de ipso excommunicato ordinato dr̄. j. de sen. excom. cum illorū. de ordinatis verò à simoniaco. j. de simo. per tuas. 2. & aliàs crimino-
3 so. 9. q. j. in fūm. de prima † parte non hr̄ expresse ī decretis, sed īducit. j. q. j. ventū, & q. 7. Daibertum: bene tñ hr̄. 68. dist. de ordinatis ab his, de quibus dubitatur, an fuerint episcopi, de secunda. 9. q. j. per totū, & facit j. de scismaticis. c. 1. in prin. & c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ordines conferre potest inuitatus, qui renunciauit loco tantum, non ordini.*
Dispensare potest episcopus cum ordinato ab eo, qui ordini renunciauit, & quando, ibid. & nu. 8. & in quibus, num. 10.
2 *Diuisio capituli.*
3 *Supplementum contextus, & num. 5. & 7. ver. poterit.*
Episcopus renunciasse loco tantum præsumitur, & quare, si simpliciter renunciauit, ibid.
Criminosus quis præsumendus non est, ibid.
4 *Dignitas, & ordo parificantur in renunciatione episcopi.*
5 *Ordini cum renunciatur ab episcopo, quibus alijs intelligatur renunciasse.*
6 *Ordinare solus potest episcopus in diœcesi sua subditos & ad ordines dare commendatitias, non alius episcopus, nisi ab eo rogatus, nu. 7. & quando, ibid.*
7 *De ratione, idest rationabiliter.*
7 *Dispensare ad quem pertineat.*
11 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. & nu. seq.*
Vsque, ponitur exclusiue nonnunquam, & è contrario quandoque, & nu. 13. & 14.
Ignorantia facti excusat. §. 2. & num. 16. §. 1.
14 *Remissio parum docet.*
15 *De A. & absque præpositionibus, vbi tradatur ostendit.*
16 *Ordinati ab episcopo, qui renunciauit episcopatui, ignorātia*

propriè,44.dist.nõ oportet.dicit ibi, videri, ꝙ hæc dictio in dilationibus, & citationibus ponatur inclusiue,de restit.in integ.tum ex litteris,ad finem. de dilat.c.vlti.in fi.de dolo,& cõtu.cũ dilecti, post prin.vbi dedi concordantias, subdit,dici posse,ꝙ in prædictis tribus iuribus ponitur exclusiuè pro citra: vel loquũtur in citatione facta per Papam, in hoc residet, & remittit ad summã Host. & Specu.ad quæ remisi in prędicta decreta.cum dilecti. ſ.ad ſummam,de ferijs,§.fi.in prin.& Spec.de citationibus.§.1.ver.item ꝙ citatio fit ad diẽ, quæ re-
14 missio † parum docet.Dici ſolet,ꝙ dictio,vsque,à canone,vel lege prolata includit, vel excludit, ꝓut istorum alterum plus amicatur, vel inimicat alijs iuribus, vt intellectus amicus recipiatur, inimicus respuatur, quod patet hic & in multis præalleg.iuribus.semper tũ, si de mente legis appareat,illam sequimur,& sic loquitur. ff.de extraord. crimi.l.pen. versic.sunt quædam,ibi,vsque ad pœnam capitis: quia ipsa res mortem bene commi natur. Illa ergo in pœnalibus ponitur inclusiue: quia patet de mente per verba sequentia. si profertur ab homine, stamus voluntati loquentis, si expresè, vel per coniecturas de illa constare potest,ĵ.de verb.sign.intelligentia, & c.propterea.ff. de reg.iur.semper in stipulationibus. Si de voluntate non apparet,recipimus inclusionem, vel exclusionem,quæ fauorem habet, vel ex cuius contrario resultat odium per regulam,odia, cum cõcor.de reg.iur.lib.6.& facit quod no.ff.de dolo.l.j. quod de coniectura dixi, exemplificari posset, vt dicebat Dinus in præalle.l.patronus.quia si vendi di tibi domos, vel prædia mea vsque ad talem domum,ex qualitate precij discernetur,an domum includere voluerim,necne, per l. ff.de rebus dub. vtrum,§.quæsitum.de leg.2.qui solidum.§.etiã,& ad Trebel.nonnunquã. qui distinctionem illã de fauore,& odio improbant per l.pen.de extraordi. criminibus,ad quam.§.rñ.quare ibi, vsque, inclu dit in pœnalibus. quod dicitur de fauore improbant,per præalle.l.filius. ff.de leg.1. vbi excludit in fauorabili materia.ſ.legatorum.sed dupliciter responderi potest. ſ. ꝙ illa sunt verba legis, quæ sic excludunt,ne alia lex violetur,vt §.vel licet essent verba hominis, & fauor debeatur, non tñ contra iustitiã patroni. ĵ.de donat.inter vir.& vxo.nuper. Dicunt aũt hi,quibus non placet illa distinctio,ꝙ semper ponitur inclusiuè, nisi per correspondentiam alterius actus aliud appareat,vt in exemplo,
b de quo.§.alleg.præ.l.patronus, b & l.quidã scien dum,ꝙ qñ,vsque;adiscitur tempori limitato, nullum facit dubiũ.exempla patent de restrip. si gratiosè,& c.si ꝓpter,de elect.cũ ex eo.sed qñ,vsque, ponit limitans tẽpus,vt in præ.de cre.cũ dilecti,de dolo.& cõtu. cũ concor. quas ibi posui super dic. vsque,tunc facit dubiũ: & vbi aliud non apparet, non esset absurdũ dicere, ꝙ prolatũ ab hoie recipiatur ꝯ proferentẽ exclusiuè, vel inclusiuè. ĵ.de reg.iur.ꝯ eum.lib.6. cum concor. aliàs sit locus di
15 stinctioni prius dictæ,de † præpositione, à, dicam
c de præben. statutũ, c lib.6.super glo. est ergo. de, absque,dicã,de procura.qui generaliter.§.1.lib.6. ¶In glo.tunc dicitur [*ibi,publicè*] dixit hic Vincẽ.
16 Phi.Goffr.Host.& Guil. ꝙ licet † ẽps publicè renũciasset, clericus ab eo postea ordinatus potuisset habuisse iustã ignorantiam, vt si extra prouinciã tunc fuisset,& hoc probaret, sicut. C.de ꝺhen.stipu.optimam,de testi.ex tenore, ĵ.qui matri.accu.
d pos.d c.fin.¶In gl.vlti.[*ibi,necessaria*] dicebant quidam istos suspectos de scientia: quia si certum esset de ignorantia,locus esset ꝺrijs, at hoc conabatur defendere Inno. sed postea se correxit, quod vide de scismati.c.1.ad fi. mag.gloss.alij, ꝙ hoc in
17 vituperium ordinãtium [*& ibi,officij*] inspicimus † executionem ordinis pontificalis,nõ illius, quẽ confert.nã illius virtute illũ confert [*Et in fi.*] quæ tamen de facili obtinebitur ſm Inno. Host.& Eg.

ADDITIONES.

a ¶Loco. An episcopus possit tacitè, vel expresè episcopatui renunciare,vide etiam no.ĵ.de concess.præben.cum nostris, Bald.
b ¶Patronus. Ibi de materia vide plenissimè per Bart. & in l.meminisse.ff.de offic.præsid.& per Cyn.in l.à caligato. C.de nupt.
c ¶Statutum. Et per Cy.in l.à caligato. C.de nupt.& per Ioan.And. in Specu.de dilat.§.1.ver.sed pone.
d ¶Possint.Not.istud dictum ad materiam notarij priuati, cuius priuatio in vno loco est nota,in alio ignota. quod dictum alle. Bald.in l.j.C.de testa. & dixit illud no.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentorum effectum confert excommunicatione minori ligatus.*
Ignorantiæ vbi fit simpliciter mentio, de probabili intelligendum,ibid.
2 *Dispensare cum ordinato ab episcopo excommunicato quis episcopus possit,& in quo.nu.2.ad fin.*
Pœnitẽtiam mihi potest iniungere sacerdos de peccato, quod eius mandato admisi,ibid.
3 *Epilogus,& additio glossarum.nu.4.*
5 *Ordinatio requirit verbum,& actum.*
Excommunicatio verbum tantùm.

CAPVT II.

1 VM clericis [*Excommunicato*] maiori. ĵ. de sent.excõ.si quẽ. ligatus † enim minori, cõfert effectum sacramentorum.ĵ.de cler.exc.mi. si celebrat. [*Ignoranter*] ignorantia probabili, vt §.c.proxi.in fi. [*Per suos*] cum alius contulit,arg. de cle.coniug.diuersis, ſm Pet.Boa.& Abb. idem
2 Host.fatetur: ipse tũ,ꝙ successor † delinquentis a
a hoc posset. Vinc.dicit, ꝙ ipse ordinans absolutus poterit dispensare, sicut & sacerdos iniungere potest mihi pœnitentiã de peccato, quod eius mandato cõmisi. Idem Eg. ad hoc vltimũ facit quod no.Lau.loquens de concubina,vel adultera facer dotis.3.q.7.§.vlti.in fine. & idem ibi Hug.fatetur tũ,ꝙ honestius esset id alteri committi ꝓpter † maiorem erubescentiã,quę est magna pars pœnitentiæ,de pœni.dist.j.quem pœnitet. & facit, qđ no. 30.q.j.omnes.33.q.2.placuit [*Dispensari*] ſ.vt in illis
3 ordinibus ministrent. ¶†Prima gl.signat ĵriũ, & dupliciter soluit.itẽ quęrit,arguit affirmatiuè,solu
4 it negatiuè.¶Vlti.glo.rñdet per ĵriũ. ¶†In gl.j. [*ibi,ordinẽ*] Host.remittit ī hoc ad no. de tẽp.ord.in ſum.§.1.ver.hæc igit̃ sit fides tua,& ĵ.de sacra. nouitera.c.2. [*& ibi,quæ infrà*] vbi de hoc ī summa [*&*
5 *in fine*] Item ordinatio † requirit verbũ, & actũ.ĵ.
b de sacra.non ite.c.fi.excõicatio b verò verbũ tm̃, ſm Host.& facit ad no.de cõse.eccl.vel alta.aqua.

ADDITIONES.

a ¶Delinquentis. Facit quod not.Io. And.ĵ.de tempo.ord. c.cũ quidã.
b ¶Excommunicatio. Vide de materia.in c.cum dilectus, de consue. & ĵ.de cle.excom.c.si celebrat,Bald.

¶De ætate,& qualitate,& ordine præficiendorum, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia rubricæ quæ.*
2 *De materia tituli huius quibus in locis alibi tractetur sub hoc titulo,vel extra eum sub alijs sparsim, & nu.3.& 4.*
3 *De ætate sententię latæ statur, à qua non fuit appellatum. Delegati in beneficij curati adeptione, vicarij parochialis ecclesię,Prioris conuentualis,vel non,& Inquisitoris,ætas quanta requiratur, docet, vbi tradatur.*

1 ¶Dicto † de ordinibus, dicendũ est de præficiendis.& quia in præficiendis consideratur qualitas, & ætas,

& ætas, & ordo, ideo &c. secundum Goffre.dicebat Damasc. quia in præficiendis ea requiruntur,quæ in ordinandis,& ideo &c.Et nota, ꝙ quidam habent in rubrica de ætate,& qualitate ordinandorum, nõ debet esse.Nam de qualitate ordinãdorum habuimus rubricam. ŝ. de tempo.ordi.
2 & qualitate ordi.de prima † parte.77. dist.& 78.di. & per totum. de secunda 38.distinct. per totum, 61.distinctio.per totum.de tertia.60.dist. per totũ. hoc reperitur in Sexto, & in Clemen.primæ parti coaptatur,de elect.cum in cunctis.vnde confirma tor debet inquirere de ætate,eod.titu. cum nobis,
3 & cap.nihil,& statim † sententiæ latæ super ætate,
a a qua a non fuit appellatum, eodem titulo, cum dilecti,in fine.Et pueri,non sunt idonei ad beneficia,de præben.super inordinata. Ad secũdam partẽ facit de accusa.omnipotens.ad omnes tres par-
4 tes,de electio. dudum,primo, de ætate † eius, qui per delegationem causæ præficitur, de officio delegati,cum vigesimum. Item quo ad beneficia curata põderatur ætas temporis,quo impetrauit, de rescriptis.si eo tempore, libro sexto.in prębendis non sic,de pręben.ei cui. ad totam rubricam facit de electio.licet canon, cum ex eo,& c. cõmissa.ad primam & tertiam partem, eodem titulo. nemo. ad primam, eodem titulo, ex eo quod, in principio, & c.indemnitatibus,in principio.ad tertiam, de prębend.si pro clericis,& de institu.capitulo secundo. Item de ætate vicarij parochialis ecclesiæ, in clemen.de offic.vica.cap.vno. de ætate monaci prioris conuentualis,vel non, de statu monacorũ, ne in agro.§.cęterũ.de ętate inquisitoris,de hęred. c.2.in principio.

ADDITIO.

a A qua. Et vtrum faciat fidem in alio iudicio. Vide plenè per Bart.in l.de ætate.ff.de mino.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc vt faciat ad hunc titulum.*
Non præficitur qui ordinari non potest, & præfectus remouetur,ibid.nisi sit vtilis ecclesiæ,cui præest. nu.4. uel nisi post adeptionem fiat talis,nu.5.& 6.
2 *Abbates olim non erant clerici.Hoc tempore benedicunt,& minores conferunt.*
3 *Prælati qui dicantur.*
4 *Vtilitas ecclesiæ facit vt ei præfectus non remoueatur.*
5 *Epilogus,suffragium,& additio glossarum.*
Non amittit quis dignitatem, uel magistratum, si furiosus, vel cęcus euadat,distinguitur nu.6.
6 *Amotio vel remotio à dignitate, vel magistratu, & ecclesia quando fiat eius,qui post eorum cuiusuis consecutionem in hic expressum incurrit,eod.nu.6.& 5.*

CAPVT PRIMVM.

1 VT Abbates. Nõ sumatur. & decret. ista † facit ad titulum de ordine præficiendorum,idest eorum,qui præfecti sunt; & concor. infra eodem, quęris. vel ad titulum de qualitate præficiendorum: quia si talis est, ꝙ ordinari non possit, non præficitur; quia & præfectus remouet, & hoc,quod dicit principium de abbatibus, non
2 habebat olim locum. Nam † olim Abbates non erant clerici.93.distin.a subdiacono, & de hoc, infra eodem,tuam.sed hodie benedicit, & minores ordines confert.ĵ.eodem,cum contingat [*Diaconi*] quid si fiant etiam presbyteri, remittit Hostiensis ad notata de renuncia.ad supplicationem, in fin. & hoc repetas, fiant [*Archipresbyteratus*] repete tenent, & fiant,aut sup. si noluerint ordinari, cum tamẽ possint, & sic differt à versiculo sequenti, secundum Pet. & Abb.& Egi..licet Hostiensis prius dixerit hoc superfluum propter finem, sed postea correxit. [*Aliqua iusta*] ut quia sunt corpore vitiati per modum notatum,infra de corpore vitiatis. capitulo finali [*Non potuerint*] licet ordinari velint,
3 Egidius [*Prælationes*] tales † ergo sunt prelati. de hoc de officio ordi.cum ab ecclesiarum, Hostien-
4 sis [*Amittant*]nisi aliter † ualde sint vtiles ecclesijs, quibus pręsunt, quod dic, ut infra eodem, quæ-
5 ris.¶Vltima † glossa allegat quatuor iura in contrarium, & soluit. ¶ In gloss.vltima [*ibi, qui furere*] sequitur,cępit,statum,& dignitatem, in qua fuit & magistratum & potestatem videtur retinere,sicut & rei suę dominium retinet [*& ibi*,§.*Casum*] cæcus retinet adeptum magistratum,senatoriam, & iudicandi officium: ad nouum non aspirat. ¶In
6 † gloss.vltima [*ibi, quando per culpam*] vel etiam præter culpã, si ante dignitatem adeptam in hunc statum incidit,secundum Inno.& Host.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia dispensatiue minori concessa, non per laicos, sed per clericos regi debet,& quousque.*
2 *Diuisio capituli.*
3 *Cantuariensis archiepiscopus est legatus in prouincia sua.*
4 *Laicis ecclesias regere, & alia ecclesiastica quæ & quando administrare, uel tangere sit prohibitum, & ne laicis hic vetita committantur,pertinet ad prælatos corrigere.*
5 *Custodia ecclesiarum quibus committatur ex defectu ætatis eorum, quibus sunt commissę, quam habeant auctoritatem,& quo nomine administrabunt.*
6 *Ecclesię quibus committendę,iuncto contextu,& nu.11.*
7 *Supplementum contextus.*
8 *Epilogus,suffragium,& additio glossarum.9.& 10.*
Impuberibus dignitas dari non debet etiam sub conditione, cum fuerit in ætate,& subsit necessitas penurię hominum, & nu.10.§.3.
11 *Principis uoluntati quo casu non parendum.*
12 *Animarum periculum quando videatur uerti ex persona rectoris.*

CAPVT II.

1 IX ratione. Casus. Ecclesia † dispensatiue minori concessa non per laicos, sed per clericos regi debet,donec ille perueniat ad
2 ætatem.Et sunt † duę partes.prima ponit reprehensibile factum episcopi. secunda illud corrigi pręcepit,ibi, vnde quoniam, quæ duo facit. Primo prouidet circa prædicta. Secundo circa futura cum pœnæ comminatione, & decreti appositione, ibi,eidem, & facit ad primam partem
3 rubricæ de ætate præficiendorũ.& dirigitur † decr. Cantuarien. archiepiscopo, vt patet in superscriptione,qui legatus est in prouincia sua,de off.leg. c.j.vel est iste de casibus ad archiepm spectãtibus, quando.ſ.peccatur in beneficijs conferendis,arg. ĵ.de insti.ca.3.vel quando specialiter quæritur de correctione episcopi.9.q.3.cum scimus. vel procedit hic ex speciali delegatione, & mandato Papæ ſm Inno.& Hostiẽ.& sic soluitur,quod opponitur archiepiscopũ in dioecesi suffraganei iurisdictionem non habere.ĵ. de offi.ord.pastoralis [*Plures*] ſ. plures pluribus.non enim pluralitatem, sed ætatẽ
4 hic ponderat [*Sed per laicos*] quibus † non licet ecclesias regere,vel oblationes recipere.10. q.j.quia sacerdotes,& duobus.c.seq.ne sacra etiã vestimenta tangere,de conse.dist.j.in sancta, & c.vestimenta, de coha.cler.cap.j. in fi.nec administrationem ecclesiæ tenere. 16.quæstione 7. capitulo j. & capitu.in noua, & se.nec de ecclesiasticis aliquid disponere.ŝ.de cõsti. ecclesia. nec excusat auctoritas

epiſcopi,de deci.q̃uis,& c.prohibemus,qui etiam
in proprio hoſpitio prohibetur talia laico cõmit-
a tere.[a] 89.di.indicatum, ſm Hoſt. Dicebat Inn.ge-
neralem adminiſtrationem eccleſiæ, vt ſuper eos
dñetur,ſemper clerico cõmittendã:ſed ſpecialem
procurationem aliquarum tpalium rerũ poſſunt
habere laici ſub clerico,quaſi ipſius generalis pro-
curatoris vicarij,vt in prædictis capitulis indicatũ,
& in noua,de quo remittit Hoſti.ad ſummã,ne p̃-
la.vi.ſuas, ver.ſed & vr̃,& pro ſibi cõmiſſis aget,&
defendet,de procu.petitio. poteſt etiam laicus ſm
Hoſti.eſſe generalis procura. vel ſyndicus ad iudi-
cia.de ſyndico.c.vno. ¶ Sed q̃rit Hoſti. quid de ec-
b cleſia ſic debiris [b] aggrauata,q̃ non poteſt,niſi per
laicũ releuari? Rñ. q̃ ſi ſit religioſorũ, cõmitti de-
bet alicui religioſo illius domus,vel alterius,ſi ille
deficiat, non clerico ſeculari, de rebus eccle.non
alie.poſſeſſiones. & adde quod ibi no.deficiẽtibus
religioſis admittetur ſecularis,argu.de relig. dom.
inter quatuor,ne cle.vel monac.relatum.ſi nec ſe-
cularis clericus inueniatur,putat Hoſti. in tãta ne-
ceſſitate eꝑm diſpenſare,q̃ ad tempus laico com-
mittatur,arg.de loca.& condu. veſtra. & quod ibi
no.ita tamen, q̃ non laicus, ſed clericus ibi nomi-
ne laici adminiſtret, vt ſequit̃,ad hoc de Iudeis, ex
ſpeciali.aliter, ſi laicus omninò vellet miniſtrare,
ad Papam recurrendum eſſet.2.q.5.Mennã.32.di.
§.verum. ĩ. de deci.tua.i.Si vero eccleſia ſit ſecula-
rium clericorum, dicit Hoſti.etiam ad religioſum
haberi recurſum;ad hoc de ſta.mo.q̃ Dei timorẽ.
dicit tamen; q̃ hoc non ſeruãt:imo in tali caſu ir-
requiſito epiſcopo nõ ſolum ſecularibus clericis,
ſed & laicis,non ſolum fructus, ſed etiam admini-
ſtrationem cõmittunt,& de prælatis, ad quos ſpe-
ctat talia corrigere,de ſup.negl.præl.c.2. [*Quoniam hoc*] ſ.q̃ pueri habeant prælaturas, vel q̃ eccleſiæ
diſponantur per laicos.Hoſti. & Egi.[*Tolerari*] ĩ.ne
f cleri.vel mona.ſm inſtituta [*Cuſtodiam*] erant tiſti
quaſi curatores puerorum,qui nec habent perſo
c nam legitimam ſtãdi in iudicio [c] & agent iſti noĩe
eccleſiarum,uel pueri ipſorum auctoritate. arg.ff.
d de admi. [d] tu l.1.de quo remittit Hoſt.ĩ. c.1. [*Con-*
6 *gruam*] 25. † annorum,de elec.cũ in cunctis.§. infe
riora.[*Et ſcientiam*] & morũ grauitatẽ.ĩ.c.2.[*Egerit*]
committendo deinceps eccleſiarum regimen pa-
tienti p̃dictos defectus [*Debitam*] de hoc.ſ.de elect.
nihil eſt.& vt dicit Inn.videtur eꝑs obligari de ma
la adminiſtratione puerorũ, quos inſtituit,arg.ff.
de mag.conue.l.2.ff.de admi.tu. Lucius.1. & 2.al-
7 leg.Hoſti.de offi.archi.ea,quæ.[*Carere*] ipſo † iure,
ſi eccleſia eſt parochialis.ĩ.de elec.licet canon,lib.
8 6.contra.ĩ.c.proxi.in fi.ibi ſoluitur.¶ Secunda † gl.
alleg.concor.ſignat contrarium,& ſoluit.¶ Tertia
glo.reſpondet per obiectionem,quam ſoluit,& re
mittit.¶ Penul.glo.quærit,& arguit negatiuè.¶ Vl
ti.gloſ.primò ſoluit contrarium. ſecundo quærit,
arguit affirmatiuè,ſoluit contrariũ, ſolutioni obij
9 cit,& obiectioni reſpondet.¶ In † glo.4.[*ibi,non debet*] etiam ſi ſubſit neceſſitas penuriæ hominum,
ut ibi.¶ In gl.penul. [*ibi,quia tenetur*] alias non tene
tur;& verum eſt, q̃ tenet obligatio, ſed non tenet̃
interim ad onera, ut ibi. ¶ In vlti.gloſſ. [*ibi quidam conſulebant*] vide de offi.deleg. cum vigeſimum, in
glo.2.[*& ibi.l.vlt.*]vide.ſ.gl.proxi.¶ In gl.j.[*ibi,vſque ad* 14.]de hoc vide in prœmio.Vi.li.ad fin.in prin.
magnæ gl.[*& ibi,vel non eſt compos.*] adde quod no.
77.diſt.in veteri.¶ In glo.2.[*in fi.*] ſm Tan. ĩ. de offi.
archi.dilecto,Goffr.& de oſſi.delega.ſuper eo.¶ In
glo.3.[*ibi beneficium*] Alta.ſimile.ĩ.de præb.c.antep.
lib.6.[*& in fi.*] infra de reſcrip.ſi eo tempore, in gl.
penul.li.6.¶ In gl.impuberibus [*ibi, non debet*] etiã
ſub tali conditione, ut ſit prælatus, cum fuerit in
ætate.ff.de hæred.inſti.hæreditas ex die.ff.de regu
iur.actus,ſecundum Vincen. ¶ In gloſ.idem dicit,
[*ibi,archidiaconum*]in canonico procedit quæſtio:in
archidiacono non,ut infra eodem titulo, ca.vno.
lib.6.[*Et inſi.*] Vincen. hodie dic ut infra de elec.ex
e eo,quod. [e] lib.6.& in cle.eodem titulo,cap.2.& 3.
10 ¶ In †gloſſ.vlt.[*ibi,diſpenſatiuè*] ſm Tan.idem Goff.
& dico hanc diſpenſationem papalem, nõ archie-
piſcopalem, vt paret infra eo.c.vno, lib. 6.[*Et inſi.*]
Idem Rof.& Tan.& idem Goff.in c.proxi.quod ve
11 rum putat † Hoſt.niſi de expreſſa principis volun
tate.ſupra de elect.cũ nobis olim,ad finẽ, ad hoc.
infra c.2.in j.gl.nec eſt præſumendum, quod hoc
concederet puero, quod tamen ſi faceret, præcisè
parendum eſt quo ad temporalia.19.di. in memo
riam,in ſpiritualibus vero,vel quibus vertitur pe-
riculũ animæ,non obediret.remittit.ſ. de tempo.
ordi.ad aures.de conceſſ.præbẽ. propoſuit. hæc de
f puero.de pubere vero ſecus.ĩ.c. proxi. Arch.in de-
cre.ſi eo tempore,[f] de reſcri.ad id,quod dixi ſupra
non parendum in periculum animæ,alle.24.q.1.
manet,in prin.20.diſt.c.1.in fi.& c.2.in prin.55.di.
nullus, in fi.2.q.7.quapropter.11.q.3.non ſemper.
ad hoc.35.q.9.loci.ff.de actio.& obli.l.ſeruus.peri
12 culum† autem vertitur animarum,ex quo neſcit
regere,ſe vel populum infra c.proxi.excipit tamen
neceſſitatem,, vel vtilitatem eccleſiæ.alleg. 7.q.1.
ſcias,in fin.

ADDITINNES.

a ¶Committere. Vtrum laicus conuerſus habere poſſit eccleſiam,vi-
de quod no.in c.2.de deci.quid de hoſpitalariis, & templariis, ibi-
dem Bald.

b Debitis. Vide latè Barba.in c.poſſeſſiones,de reb.eccl.non alien.hic
alleg.per iſtam.

c ¶In iudicio Prout habetur in l.j.& in toto ti.C.qui leg.perſo.ſtandi
in iudicio habent.

d ¶De admi.Et vide illam l.in §.j.&ibi per Bar.quomodo concipiatur
libellus contra pupillum,vel adultum,& quis citatur,an ipſe,an exe
cutor.& vide c.fi.de iudi.lib.6 & de materia vide bo.gl.in l. donatã,
& ibi Baldus.C.de acquir.poſſ.

e ¶Ex eo quod.Patet ergo per hoc capitulum,quod tolerabilio eſt col
latio tituli in perſonam inhabilem quam ipſius adminiſtratio.facit
quod no.glo.ſuper ver.ſuffragium,de elect.in c.ex eo, quod lib.7.&
facit c.grandi,de ſup.neg.præla.lib.6.& vide Bar.in l.quidam conſu
lebat.ff.de re iudi.& doc.& maxime Bal.in l.fi.C.de teſta.mili.

f ¶Si eo tempore.Ibi vide Io.And. & probat tota iſta glo.ulti. quod ſi
diſpenſetur cum impubere ſuper ti. non tamen ſit diſpenſatum ſup
adminiſtrationis commiſſionem,quod probat.l.eos,alleg.in gl.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ regimen minori.14.committi non debet,etiam non ætatis,nu.4.ſine diſpenſatione ex cauſa; ibid.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Decorant,vel honorant homines, quem veſtimenta decorant.*
Imperare qui ſibi ipſe non poteſt,ſtultum eſt, ut alij imperet, ibidem.
Curator dandus pubertate ſe neſcientibus,ibidem.
4 *Diſcretione carent minores.14.ann.*
Duces non ſunt eligendi iuuenes,& ratio,ibid.ver.nemo.
5 *Verbi in alia reſolutio.*
6 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum.7.& 8.*
In poteſtate patria an electus in prælatura ſit ac alias, & nu.10.11.12.& 13.
9 *Superiorem recognoſcit omnis ille,qui habet alium ſub ſe,excepto papa.*
10 *In poteſtate patria an maneat,& in quibus.num.13.*
11 *Poteſtatis patriæ cum dominica comparatio.*
In ſacris conſtituti & illuſtres interdum æquiparant, & in quibus.
13 *Presbiter, uel ſacerdos in quibus priuilegiatus ſit.*
14 *Huius decretalis cum ſuperiori proxima conciliatio.*
Inter puberes,& impuberes magna differentia, & in quibus eod.nu.& an cum his diſpenſetur ad beneficia.
15 *Pubes maior.17.an agere poſſit ſpiritualem cauſam.*

CAP.

CAPVT III.

1 INdecorum. Caſus. Regi
mẽ † eccleſiæ
2 minori 14.annis cõmitti non dẽt.
Et prima † pars ponit exordiũ, &
cauſas mandati. Secunda manda-
tum. Tertia comminationem irri
tationis,& pœnæ.2.ibi,Nolentes.tertia ibi,Scitu-
ri.& ponit Hoſt.hic verſum. Hunc † homines de-
corant,quem veſtimenta decorant. & facit ad ru
bricam de ætate [*nouerunt*] Socrates, Stultum eſt,
vt alijs imperet, qui ſibi ipſi imperare non poteſt
[*Seipſos*] ſed etiam maiores 14.neſciunt ſeipſos gu
bernare;& ideò datur eis curator.Hiero.ſuper Pa
rabolis.13.c.fruſtra aliquid habet,q̃ ſeipſum non
4 habet [*Diſcretione*] qua † carent tales minores,de
delic.puero.c.1.[*Paruulus*] Ariſtoteles. 3.Ethi. Ne-
mo iuuenes eligit duces eò,quod non conſtat eſ-
ſe prudentes [*Regimen*] etiam eccleſię non curatæ.
& de hoc vide quod ſcripſi,de reſcript. ſi eo tẽpo-
re,lib.6.ſuper glo.penul. [*Præſumatis*] vbi fieret di-
ſpenſatio ex cauſa, non eſſet præſumptio ſm Ho-
ſti.nec fit id tunc incautè, vt ſ.de electio.nihil eſt,
ver.q̃ ſi ſecus [*præſumpſeritis*]conferendo parochia
les eccleſias,vel perſonatus impuberibus, vel pu-
beribus minoribus 25. ſine diſpenſatione facta ex
cauſa rationabili,ſm Hoſt.Tu dic,vt eo.ti. c.vno.
5 lib.6.[*Irritabimus*] i.irritum † nũciabimus.ſ.de ele.
c.qualiter,in fi.& ſic concor.ſ.c.proxi.in fin.¶ Pri
6 ma † gl.rñdet per quæſtionem, an ſacer ordo &c.
alle.5.iura pro,& 6.ĩ õrium, per quas tenuit Lau.
q̃ non ponit opinionem õriam, quã probat duabus rationibus per locum à minori, & hanc approbat. ¶ Vltima glo. arguit à õrio, quod repro-
7 bat.¶ †In glo.j.[*ibi nam,quod ad ius*]cum l.prædicta,
in quibus dr̃, q̃ filiusfamilias magiſtratum gerẽs
cogit patrem adire, & reſtituere hæreditatẽ, quã
dicit ſuſpectã: quia non attẽditur poteſtas patria
in eo,quod ad ius publicum attinet [*& ibi, Sic eue nit*]habens filiam in poteſtate occidit adulterum:
ſed pater,vel auus in ſua ptãte non hẽt illam,cum
ſunt in ptãte aliena [*& ibi.l.vlti.*] tutor non debet
eſſe ſub tutela, nec curator ſub cura [*& ibi, Minores*] exiſtentes ſub cura tutelam, vel curã non ge-
runt [*& ibi, Filium habeo*] vide de pur.can. quotiẽs,
ſuper glo.pen.[*& ibi,per adoptionem*]ſequitur,digni
tas non minuitur, ſed augetur. vnde & ſenator ſi
à plebeio ſit adoptatus, manet ſenator. ſimiliter
manet ſenatoris filius [*& ibi, filiusfa.*] ſequitur, in
publicis cauſis loco patrisfamiliàs habetur, velu-
ti vt magiſtratũ gerat,vel tutor detur [*& ibi.l.ij.*]
quæ ſic dicit, q̃ ad honores pertinet, creditꝰ in po
teſtate filium hr̃e, ẽt is, qui eſt in poteſtate patris.
8 ¶†In gl.j. [*ibi,arg.contra*] 2.q.6. qui ſe ſcit, Goffr.vn
9 de dicebat Hoſt.†q̃ excepto Papa,oĩs ille, qui hẽt
alium ſub ſe,recognoſcit aliũ ſup ſe:aĩr eſſet ace-
phalus.93.diſt.à ſubdiacono, & c.nulla [*& ibi, Per adoptionem*] & l.ſi cõſul [*& ibi, Auct.presbyteros*] pro
bat hoc.ĩ.qui fil.ſint legit.p venerabilẽ, poſt prin.
10 Nam & † ſi per eꝑalem ordinẽ eximit patria pote
ſtas;ergo presbyter, qui promouet in eꝑm,erat ĩ
ptãte [*& ibi, Alij dicunt*] ſ.Vinc. & Tan. [*& ibi, Quæ maior eſt*] dicebat Hoſt.q̃ nõ eſt efficax ſimilitudo:
11 quia licet quò ad quædam † dñicalis ſit fortior,
nõ tñ ſimpr̃,vt patet ex no.ĩ. de infanti. & langui.
a c.vno.Item dñicalis [a] adeò deleꝫ, q̃ nec ſeruus re-
manet: ſed patria quantuncunq; ſoluat̃, ſemp fi-
lius remanet,inſti.de hæred.q̃ ab inteſta.defe.§.a-
doptiui verò,& §.ſequẽti.Itẽ dñicalis odioſa,quia
violẽta,inſti.de iure nat.§.ius aũt gentiũ. Sed p̃ria
fauorabilis:qa naturalis, inſti.de iure nat.j.rñ.de
libertinis. §.1.non ergo ſequit̃,q̃ ſi odioſa ſoluit̃ p̃
receptionem ſacri ordinis,ergo & fauorabilis, ad
hoc.ĩ.de reg.iur.odia,lib.6. [*& ibi, Similis*] æquipa
b rantur [b] interdum † ꝓſtituti in ſacris, & illuſtres.
12 C.de epi.& cle.ad ſimilitudinẽ [*& ibi, Patriæ poteſtatis*] vt ꝑalle.§.filius, inſti.quib.mo. C.de cõſu.l.
fi.lib.12.in auct. q̃ de digni. §.1.col.6. C. de epi. &
cle.auct.ſed dignitas [*& ibi.§.vlti.*] vbi de hoc ĩ vl-
13 ti.glo. [*Et inſi.*] Inno.& Hoſt.hic cõtrà in reb' † pa
ternis,vel patrimonialibus ꝑfectitijs. de bñficiali
bus ẽt hic tractant,de q̃bus eſt expeditũ. ĩ.de iudi.
c.fi.lib.6.fateꝫ tñ Hoſt.talẽ priuilegiatũ quò ad pe
culiũ aduentitiũ,de quo remittit. ĩ. de teſta, quia
nos.Itẽ quò ad violentã ptãtem. ſ.iniectionis ma-
nuũ,vt in c.cũ voluntate, & vide quod ibi dicã ſu
per vlt.gl.& quò ad diſtractionẽ,de qua. C.de pa-
tri.q̃ fil.diſtra.l.2.¶ In gl.vlt. [*ibi, ſed non eſt ita*] vide
quod dixi de arg.à õrio, de ele.publicato, ſup vlt.
glo. [*& inſi.*] vel ibi dicit, q̃d de iure cõi,hic à quo
anno poſſit eꝑs diſpẽſare,R.o.Lau.& Goffr.Idẽ In-
14 noc. & Hoſt.nec † ob.ſ.ca.ꝓxi. vbi diſpẽſat cũ de-
cenni.ga illud p̃ iſtud corrigit ſm Inno. vel fit il-
lud de ſpeciali mãdato Papæ ſm Hoſt.dicebãt ergo,q̃ diſpẽſat cũ pubere,cũ impubere non. Eſt.n.
inter iſtos magna dria, vt patet in teſtãdo, iuran-
do,& mr̃imonio ꝯhendo. Sed quicq̃d dicant, te-
d Laico. Vide Bar. in l.j. ff. de pœnis, & pulchrè Bald. in l.j. C. an seruus ex suo facto. & vide latè d. Iaſ. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & vide d. Marianum de Sen. Barbat. & Moder. in c. propoſuiſti, de foro compet. & ſecundum illud dictum Bald. quem ſequitur Iaſ. vbi ſupra, fuit anno præterito iudicatum per Reueren. dominum Vicarium Epiſcopi Caſalen. non obſtantibus multis fundamentis, quæ adducebantur contra opin. Bald. & d. Iaſ. & fuit in cauſa domini Franc. de Montilio, & Andreæ de Carena.

e Mu. Vide Ioan. Andr. in Spec. titu. 2. §. reſtat, verſicu. quid ſi tamen, vbi iſta iura & ſimilia inducit ad quæſtionem ſcacorum. ad idem vide Bart. in l. legatis. §. 1. ff. de leg. 3.

f Di. Idem videtur ſentire Guil. de Cun. & Iacob. Butr. & ponunt modum, qualiter ſecularis clericum puniat, quia dicunt prius per eccleſiaſticum degradari.

g Accuſatus. Pro hoc, quia accuſatione pendente a ſuſceptione ordinum debet repelli, vt in c. fin. ĵ. de teſtib. Bald.

h Puto quòd in ciuili. Vide latè in conſil. 94. & adde notata per do. Alex. & Iaſ. in l. nemo poteſt. in vlti. col. ff. de leg. 1.

i Promittit. Quid de iſtis fratribus tertij ordinis, vel de militibus gaudentibus, an in iſtis habeat locum, quod ſupra dicitur? vide Barto. in l.j. ff. de pœnis, poſt iſta verba Ioan. Andr. & per ipſum in l. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iur. immu.

¶ De corpore vitiatis ordinandis, vel non, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio, vel continuatio tituli.*
2 *De materia huius tituli quibus in locis alibi tradatur.*

1 ¶Viſo † de impedimento obligationis ad ratiocinia, de impedimẽto corporis videamus, ideo &c.
2 Goffr. habetur † hæc materia 55. diſtin. per totum, & diſtin. 49. per totum. huic rubricæ conuenit rubrica de clerico ægrotante, & vltra illam decret. cum inter canonicos, de elect. vbi patet electum, qui morbo laborat epileptico, nõ confirmandũ.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter, qui in duello digiti partem amiſit, ex diſpenſatione ſui epiſcopi poteſt in ordine ſuo adminiſtrare. Niſi in caſu nume. 5.*
2 *Duellum, & purgatio vulgaris omnis hodie reprobata.*
3 *Scandalum ſi dubitatur ex perſona celebrantis, recurritur ad arbitrium epiſcopi.*
Celebrare ſolenniter cum ſcandalo ex vitio perſonæ celebrãtis non permittitur, ſecus priuatè, ibid.
Publicè, vel priuatim quid facere, magna diſtantia, ibid.
4 *Pœnitentiæ impoſitæ partem ſufficit cepiſſe, vt quod ea peracta exequi poſſemus, antè poſſimus.*
5 *Diſpenſat epiſcopus in multum graui crimine & notorio, ſed non, ſi presbyter eſſet corpore vitiatus.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7. & ſeq.*
Defendendo ſe, vel ſocium, ſi quis gladium ſumpſerit, tutus eſt à pœna canonis, & cuius, imò probabiliter excuſari poteſt homicidium, eod. nu. 7.
8 *Cap. presbyterum, infrà de cleri. ægrot. cum hoc nulla diſcordia.*
Vitiatus corpore, vel mutilatus poteſt promoueri, vel ſuſceptorum executionem habere, ibid.

CAPVT PRIMVM.

1 **D**E presbytero. Cas⁹. Presbyter † qui in duello digiti partem amiſit, ex diſpenſatione ſui epiſcopi poteſt ī ſuo ordine adminiſtrare. ponit factum, de quo reſpondet, illud aggrauans. ibi, Reſpondemus, & ibi, Licet † duellũ, quod eſt hodie reprobatum, & omnis purgatio vulgaris. 2. q. 5. conſuluiſti, & c. ſeq. & ĵ. de purgat. vulg. per totum [*Obtulit*] iracundia forſan motus: quia falſo ſibi crimen imponebatur, Hoſtiẽ. [*Oblatum*] ab aduerſario. vtrũque forſan colera inflammauit, Hoſtien. [*Partem*] quia non dixit, quãram, infrà determinat [*Digito*] non loquitur de pollice, vel indice ſecundum Hoſti. de hoc. ĵ. c. fi. [*Sine ſcandalo*] ſi dubitatur, an ſit † ſcandalum, recurritur ad arbitrium epiſcopi. ĵ. c. proxi. Innoc. [*Solenniter*] nã. in priuato, non in publico poſſet eum permittere celebrare. ĵ. de cleri. peregri. tuæ, Innocen. [*Pœnitentiam*] vel eius † partem, de tempo. ordin. ex tenore, Hoſti. [*Admodum*] i. valdè. concor. vide in Clemẽ. de iureiuran. Romani, verſi. nos itaque. & argum. ſecundum Innoc. q† in multum graui crimine & notorio diſpẽſat [a] epiſcopus. ad idem de apo. c. 2. Si verò eſſet corpore vitiatus, non poſſet diſpenſare cum eo. 50. diſt. non confidat, & vide quod dicam, ĵ. eod. c. ſignificauit, ſuper vlti. glo. ¶† Prima glo. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit. ¶ Secũda glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In gl. prima † [*ibi, miſericorditer*] vnde dicebat hic Hoſtien. q⁹ ſi quis ſe defendendo, vel ſocium, gladium ſumpſerit, dummodo homicidium, vel membri truncatio nõ interueniat, tutus eſt, quicquid dicat canon contrarius, de ſenten. excom. dilecto, vbi remittit: imò, & tunc probabiliter videtur poſſe homicidium excuſari, de homici. ca. 2. quod dic, vt in Cle. de homicid. ſi furioſus [*& ibi. ca. 1.*] ſecundũ Ala. ¶ In glo. 2. [*ibi, presbyterum*] q⁹ † ſecundum Hoſtiẽ. competentius fuiſſet ſub hoc titulo collocatum, cum hic tractetur de clerico vitiato, vel mutilato, vtrum poſſit promoueri, vel executionem ſuſceptorum habere. ibi no. de ægrotante, vel infirmo, vtrum poſſit ſua beneficia retinere, & ipſorũ fructus percipere [*& in fine*] dicebat Tan. illud ius cõmune: hæc diſpenſatio eccleſiæ.

ADDITIO.

a Diſpenſat. Vide latè Panor. & omnes ſcribentes in c. at ſi clerici, in §. de adulterijs. ĵ. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *In oculo habens maculam, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad epiſcopatum promoueri poterit, ſed id nõ eſt perpetuum. nu. 3.*
2 *Diuiſio capituli.*
Inſpectioni oculorum ſubijcitur corporis vitium, ibid. verſi. ſibi viſum.
3 *Oculi macula quæ facit irregularem promotum ad ordines, verſic. dicebat Iaco.*
4 *Diſpenſatio maior ſuper vitio corporis, quàm ſuper infamia, & ratio.*
Graniora ſunt patentia latentibus. ibid.
5 *Cum in epiſcopum electo de vitio oculi alius, quàm papa diſpenſare non poteſt.*
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 7.*
Arbitrium eius, cui quid committitur, vt faciat quid ſibi viſum fuerit, quale eſſe debeat.
8 *Conſilium ſequi quando non ſit neceſſe eorum, quorum cum conſilio quid faciendum, vt hic mandatur.*
9 *Vitia corporalia quæ impediant promotionem, & quomodo differenter à legibus, & à canonibus conſiderentur.*

CAPVT II.

1 **Q**Vm de tua. Caſus. Habens in † oculo maculam, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad epiſcopatum poterit promoueri. Primò ponit † duos obiectus contra electũ.
2 Secundò ibi, vnde, circa vtrunque prouidet. & de ſecundo ibi, de macula [*Obiectum*] ſup. & nobis ſupplicatum

ſupplicatum pro diſpenſatione [*Diceris*] forte per publicam infamiam, cum de facili non poſſit probari. de hoc de filijs presby. Michael [*Sibi viſum*] ſubijciatur hæc res oculis. de ſimilibus no. in arbo
3 re conſanguinitatis, in prin. [*Fuerit*] ergo † eſt aduertendum, an generet ſcandalum; & tunc non confirmet: an non, & tunc confirmet. ſ. ca. proxi. Innocent. dicebat Iacob. de Al. quòd ſi macula ſine ſubtili inſpectione ſe offert viſui, facit irregularem: aliàs non [*In quo*] i. in qua confirmatione, Innocen. & [*in quo*] maculæ impedimento, Hoſti.
4 [*Maxima*] ſ. dixit, multa; quaſi † velit, quòd hoc caſu maior ſit diſpenſatio, quàm priori: & poteſt eſſe ratio: quia hoc patet: illud latet ſecundum Hoſtien. qui tamen remittit ad ſummam, de filijs presby. §. fi. ver. vel dic quòd minima, & ſe. [*Diſpenſatione*] diſpenſatur ſecundùm Pe. quia ſtatim potuiſſet repelli. 49. diſtinctio. ca. j. vel reſpicit, quòd
5 de canonici filio dixerat [*Curauimus*] aliuſ † enim cum electo in epiſcopum diſpenſare non poſſet, ſecundùm Innocen. & Hoſtien. de filijs presby. c. fi. de electione, innotuit, & 50. diſtinctio. nemo. & facit quod dixi, de ætate & qualitate, à multis. ¶ Pe
6 nultima † gloſſ. quærit, & ſoluit. ¶ In gloſſ. vlti. [*ibi, Si in lege*] ſi in lege locationis ſit dictum, quòd arbitratu domini opus approbetur; intelligitur de arbitratu tali, qualis bono viro conuenit [*& ibi, Si libertus*] vide de iureiuran. veniens, ſuper. j. gloſſ. [*& ibi. §. 1.*] ſanus videtur, qui habet oculos eminentes [*& ibi. l. 1. §. 1.*] vide in c. proxi. alleg. ſuper
7 vlti. gloſſ. ¶ In † gloſi. 2. [*ibi, Diſponere debet*] non ta-
8 men habet neceſſe ſequi eorum † conſilium, [a] ſ̃m
a Hoſtien. quod probat per litteram, quod exinde, ſibi non dixit de ſuffraganeis. ad capitulum ſtudeat, reſpondet, quia ibi iudices adiuncti erant, & in caſu, quo certus numerus epiſcoporum requiritur. xv. quæſtio. 7. Felix. ¶ In glo. vlt. [*ibi, Alio*]
9 vel ambos eminentes [*& ibi. §. 1.*] Idem, ſi ſex † digitos habet in manu, eodem titul. Item Oſſilius. ſed dixit Vincen. hoc verum eſſe, ſi nõ incommodatur vſus manus propter eos: aliàs eſſet in redhibitione. ff. de ędil. edic. ſi hominum. §. 1. in lingua dixit diſtinguendum, an perfectè loquatur, nec ne. ff. eo. ſi cui linguam. hæc duo not. ipſe Vincen. de clerico ægro. c. 2. quod dicit gloſſ. de oculo, relinquatur iudicis arbitrio. poſſet enim eſſe tanta eminentia, quòd impediret, & concor. Vincen. infra capitu. fin. vbi etiam declarando tenet, quod no. Ioan. 55. diſtinctio. ſi quis in infirmitate. dicebat hic Hoſtien. quicquid dicant leges, quæ conſiderant ſolum impedimentum vſus membri, non defectum, vel augmentum, nos conſideramus diminutionem, deformitatem, & ſcandalum. nam & lex vetus tales repellebat, quæ moraliter exponitur. 49. diſtinctio. c. 1.

ADDITIO.

a ¶Conſilium. Vide. ſ. de elec. in c. cum in veteri, & de arbi. cum olim, & per Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci.

SVMMARIVM.

1 *Sectus in cunabulis licite promouetur.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Petitorium pro petitione.*
Abſque petitione parum, vel nihil expedit curia, quod reprehenditur hic, eod. nu. & ſimplicem facti narrationem ſufficere, ibid.
De formulis & impetrationibus ſubla. titulus Cod. videtur in curia reuocatus, & vnde procedat, ibid.
4 *Monacus vt clericus dicitur militare Deo.*
5 *Origenes, & Marcus quid egerint, vt exuerentur ſacerdotio.*
Ad conſequentiam non trahenda quę ſint hic, ibid,
6 *Iudicium multis modis dicitur.*
7 *Teſtimonium adulti, qui dicit aliquid ſe in ętate minori vidiſſe, quo caſu valeat.*
8 *Spadonem quem caſtratum quem lex appellet, inter quos quę nam ſit differentia.*
9 *Militare poteſt qui cum vno eſt teſtitulo.*
Clericalis militia nec ſpadonem, nec caſtratum reſpuit, ibidem.
10 *Perſecutio non excuſat nata ex culpa patientis.*
11 *Epilogus, & Additio gloſſarum. & numero 12. 13. & num. 14. 15. & 16.*
In ſe ipſum qui ſęuit, omne turpe facturus in aliũ ꝓſumitur. Abſcindens a corpore ſuo quid quando fiat irregularis, & repellatur ab ordinibus.
14 *Sibi qui non parcit, mihi, vel tibi non parcet, & quid euenerit talia in ſe facienti.*
15 *Teſtium abſciſſorum puluerem, vel carnem non eſt neceſſe reſeruare.*

CAPVT III.

1 **E**X parte. Caſus. Sectus † in cunabulis licite promouetur. & ſunt duæ partes. & primo ponitur monaci † petitio. cui ſecundo ibi, ſane, reſpondet arguẽdo primo a prohibitis. ſecundo a
2 permiſſis ibi, præſertim. ſecunda ibi, Sane [*Petitorium*] ideſt † petitio. & dicit Hoſtien. quòd parum vel nihil ſine illa expedit curia. & reprehẽdit ſubtilitatem, quæ ſeruatur in illa, vt quaſi videatur reuocatus titulus de formulis & impetratio. ſub. C. forte auaritia illas formantium hoc inducit ſecundum eum, cum deberet ſufficere ſimplex facti narratio, de iudi. dilecti [*Militans*] ergo † monacus, ſicut & clericus Deo dicitur militare, ſupra titu. ij. eo libentius [*Promotus*] non petita diſpenſatione, Ala. [*& ĵ.*] primò quæritur, an poſſit in
3 ſic ſuſceptis miniſtrare, vel ad maiores aſcendere
4 [*Affectauerunt*] quid † de Origene, quid de Marco, qui amputauit ſibi pollicem, vt eſſet indignus ſacerdotio, vt in prologo Marci. dicit illa non trahẽda ad conſequentiam, vt no. 55. diſtin. ſi quis abſciderit [*Iudicium*] multis † modis dicitur iudi-
5 a cium. [a] hic ſumitur pro diſcretione. de hoc infra, de reg. iur. in iudicijs, lib. 6. [*Animi*] argumen. contra teſtimonium † adulti, qui dicit ſe aliquid in minori ætate vidiſſe: ſed ſi tunc erat doli capax, bene
7 valet eius teſtimonium, ſ̃m Lau. & Ioan. qui hoc not. 37. diſt. relatum, niſi tale eſſet factum, in quo a principio requireretur ætas perfecta ſecundum Accurſium, qui hoc no. ff. de teſtibus. l. tertia. §. le-
b ge, & ff. de teſtamentis, ad teſtium. [b] §. primo, & de
c hoc in ſpecu. [c] de teſte. §. j. ver. ſed nunquid factus
8 [*Factus*] aliàs ſectus, & talem † appellat lex ſpadonem, quaſi ſpata amputẽtur virilia. ſic natum, de quo ſequitur, vocat caſtratum, & eſt inter eos differentia: quia primus poteſt poſthumum ſibi hæredem inſtituere: ſecundus non. ff. de liberis, & poſthu. l. 6. §. j. & ff. de verbor. ſignifica. ſpadonem.
9 & qui † cum vno eſt teſticulo, militare poteſt. ff. de re militari, qui cum vno. ſed clericalis militia nec ſpadonem reſpuit, nec caſtratum, imo optat, Hoſ. & ego cum ipſo, quod omnes clerici tales eſſent
10 [*Perſecutione*] non nata † ex eius culpa, vt ſi maritus inuentum cum vxore caſtraſſet, ſecundum Hoſtien. [*Epiſcopum*] nedum in presbyterum, de
11 quo quæritur. ¶ Secunda † glo. reſpondet per queſtionem. ſ. quæ eſt ratio, quare ſe abſcindẽtes &c.
12 ¶ In † gloſſ. 1. [*ibi, excipitur*] loquitur de ſeruo, qui aliquid fecit mortis ſibi conſciſcendæ cauſa [*& ibi,*

13 *ibi, Dominus*] & ideo liber † homo suo nomine, licet habeat vtilem actionem legis Aquiliæ, directam non habet. ¶ In glo. 2. [*ibi, Se abscindunt*] ad hoc vt sit irregularis is, qui ex indignatione, vel membri dolore ob dei seruitium, vel aliàs sponte se absciderit, est necesse, q̃ amiserit aliquod mẽbrum: sed sufficit, quamtuncunque sit vile. 33. di. maritum. & idem, si totum non amisit, sed partẽ, quæ tamen deformitatem generet, vel scandalũ 5. c. 1. vel ipsum reddat inhabilem ad exequendũ officium. j. eodẽ. Thomas. alias si ex indignatione sibi dentem traxit, vel se grauiter vulnerauit, non censetur irregularis: quia nec corpore viciatus. alii dicunt, q̃ qui sibi sic manus iniiciunt, & si nõ sint corpore vitiati, repelluntur tamen: quia sponte sequierunt in seipsos, & sic sine dispẽsatione nõ promouentur, & si non membrum, sed tantum partem amiserint. 5 5. distin. qui partem, secundũ Inno. qui hoc no. j. c. proxi. & pro hoc faciant rationes, quæ colliguntur ex hac glo. 1. quia sui homicida. [d] secunda, quia nimis crudelis præsumitur. tertia, quia alienum inuadit, cũ suorum mẽbrorum dominus non sit. quarta, quia ille solus eunuchus placet deo, quem facit non necessitas, sed voluntas. 33. q. 5. tunc saluabitur, quinta, quia videtur deum redarguere, q̃ plus in eo creauerit, q̃ sit necesse. 35. distin. ab exordio. ipsi tamen Host. & Innoc. hic plus placet, q̃ si super eo laborat infamia, & multo fortius, si sit notorium, repellant, nec promoueantur sine dispensatione, & sic intelligitur vltima opinio. aliàs sine dispensatione promouentur, si sit occultum, de tempo. ordi. c. fi. [*& ibi. In seipso*] qui sibi† non parcit, mihi, vel tibi qũo. 14 parcet. Goff. refert Vale. libro 7. exemplo. 7. Genitium etiam ab hæreditate excluſum: quia se spõte castrauerat. ¶ In gl. vlt. [*insi.*] vbi † etiam not. q̃ 15 non est necesse carnem illam, vel puluerem reseruare, ut dicunt vulgares.

ADDITIONES.

a ¶Iudicium. Habet multa significata, vide Panor. in rubrica de iud. & ibi cæteri scribentes. & adde vltra ibi scripta extense per Decium & Bassignanam, q̃ iudicium aliquando ponitur pro tempore. cap. præcepta. 55. dist. vbi Arch. quem vide.

b ¶Testium. Et ibi vide Bar. & vide etiam gl. in l. notionem, ff. de ver. sig. & per Io. An. in spe. §. allegato, vbi plenius per ipsum: impubes tamen facit indicium, ut not. gloss. in l. fina. de his qui. vt ind. quod nota.

c ¶In spec. Et gl. sentit, q̃ non possit in c. cum nobis, de prescrip. Vide quod de hoc plene scripsi, tertia. quæstio. 9. testes, vbi est gloss. quòd non possit, Archi.

d ¶Homicida. Ad materiam vide plenius per Io. An. in spec. de iniuri. §. 1. vbi ponit. q. de vno vulnerante se ipsum, an incidat in pœnam statuti impositam vulneranti aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Virilia si sibi fecit abscindi Sacerdos suum officium, & quod & quo casu poterit exercere, quod fit ex gratia, cum de iure deponendus esset, nu. 4.*
2 *Diuisio decretalis.*
3 *Altaris ministerio priuatus nec tanquam diaconus, nec tanquam subdiaconus accedet ad altare.*
5 *Epilogus, suffragium, & additio glosarum. nu. 6. & 7.*
Displicet imprudens, unde placere studet, ibid.
8 *Cum viciatis corpore ut solus papa dispenset, ecclesia Romana seruat, non episcopus.*
9 *Auctoritate nostra, & tua, clausulæ expositio.*

CAPVT IIII.

1 Ignificauit. Casus. Sacerdos † qui sine causa virilia sibi facit abscindi, credens indè mereri, dispensatione episcopi suum officium præter altaris ministeriũ poterit exercere. &
2 in prima † factum. in secunda conditionale mandatum. & secunda pars ibi, quo circa [*Inueneris*] remittit hic Hostien. ad no. de filiis presbyt. litteris,
3 super versi. inuentus [*Ministerio*] ergo† nec tanquã diaconus, nec tanquam subdiaconus accedet ad altare, arg. infra. titu. j. cap. 1. de conse. distin. 2. tribus, secundum Host. [*Concedas*] de †gratia. nam talis de iure deponendus esset. rationes dixi. §. capit.
5 proxi. ¶ Penul. gl. †respondet per quęstionem, qd̃ sit sacerdotale officium &c. ¶ Vltima glo. respondet per quæstionem, an hoc casu episcopus suo
6 iure dispenset. ¶ In † gloss. 2. [*ibi Morborum*] ex quo caret vtroque teste, vt ibi. ¶ In gl. vltima. [*ibi liber homo*] vide supra. ca. proxim. super glo. prima. ¶ In
7 †glo. i. [*ibi, displicuit*] ad hoc versus. Displicet imprudens, vnde placere studet, Host. & Abb. ¶ In gl. 2. [*ibi Morbum*] sed nõ Hispanum, Vin. interdum appellat eum precioſiorem. ff. ad l. Aquil. si seruus. §. & si puerum, & ibi soluitur in glo. 1. ¶ In gloss. 3. [*ibi, Baptizare*] super hoc adde, quod not. l. dist. qui sub gradu. & 1. q. j. §. ex his verbis, in glos. sed cum episcopus. [*& ibi. Similia*] in extremis vngere, aquã benedicere, & mortuos sepelire. ¶ In glossa vlti.
8 [*in fine*] hoc videtur placere Host. quidam †dicũt, q̃ quia propter deum abscidit, licet stulte, posset episcopus dispensare, sed Inno. plus videtur placere, q̃ siue instet operi licito, siue non, irregularis est: quia corpore viciatus: sed ad hoc prodest pia intẽtio, vt facilius dispensetur, sed per papam, nõ per episcopum. l. distin. nõ confidat. quod placet Guil. Na. & dixi. §. c. 1. in fi. vnde dixit Inno. j. de reiudi. cum æterni, libro vi. q̃ Romana ecclesia seruat, q̃ solus papa dispenset eum corpore viciatis,
9 & secundum hoc † expones, Auctoritate nostra, & sup. per consequens tua. i. tibi commissa: quæ etiam ideo tua dicitur: quia nec alij committere posses, de offi. dele. c. vlti. Hostiẽ. etiam in hoc remittit ad summam, eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Virilia si Sacerdos ex iusta causa fecit abscindi, potest ut prius exercere officium sacerdotale.*
2 *Epilogus & additio glossarum nu. 3. & 4.*
4 *In corpus suum sæuire liceatur seruis.*

CAPVT V.

1 Ex parte. Casus. Sacerdos † qui ex iusta causa virilia sibi fecit abscindi, potest vt prius sacerdotale officium exercere. Et in prima, querela presbyteri. In secunda prouisio, secunda, ibi quoniam. [*& infra*] hoc est, queritur, an suũ possit
2 officium exercere. ¶ Secunda † glossa. not. a contrario, rationem reddit, signat contrarium, & soluit. ¶ In glossa secunda [*ibi. §. Stichus*] nullus intelligitur esse in suo peculio. [*& ibi. §. si ipse*] vide j. in
3 suppletionibus. ¶ In † glossa prima [*in fine*] & forte non potest agere leprosus, nisi constituat procuratorem, argumen. infra, de coniu. lep. cap. primo ad hoc infra, de iudi. intelleximus, secundũ Vinc. ¶ In gl. secunda [*§. Si ipse*] vbi dicitur, quod naturaliter † licet seruis in corpus suum sęuire, quod
4 intelligit Hostien. de iure naturali primæuo communi omnibus animantibus, institu. de iure naturali, in principio, quæ ratione carent, nec iniuriam [a] facere possunt. ff. si qua. pau. l. 1. §. 1. [*& ibi, Dominus seruũ*] conuentus de peculio [*& ibi propter hoc damnum*] scilicet q̃ deterior factus est seruus, q̃ se ipsum vulnerauit.

ADDI-

ADDITIO.

a ¶Iniuriam. Vide ibi Floria. de sancto Petro.

SVMMARIVM.

1 *Mutilatus manu si promotus fuerit in abbatem, deponitur ab abbatia.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Ordinandi quæsdam fraudes possunt committere in ordinatione, & quas, & nu. 3. & sic omni dispẽsatione indigni. 4.*
3 *In ordinatione consulitur episcopo, vt diligenter videat & palpet singula membra ordinandi.*
4 *Hanc decretalem cum decretali, tuam, supra de ætate & qualita. conciliat.*
5 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, & nu. seq.*
Dente caret magna pars hominum.
Linguæ parte mutilatus quo casu possit ad ordines promoueri, eod. nu. 7. etiam religiosus, ibid.
Balbus, vel blesus sani sunt, ibid.
8 *Irregularitatis verbum pro defectu etiam capitur.*
9 *Ob taciturnitatis peccatum, non propter irregularitatem remouetur abbas hic.*
10 *Ordinandus, vel promouendus crimina quæ cõfiteri tenetur.*
11 *Abbatia hic requirebat abbatem sacerdotem: iura contraria minime.*

CAVT VI.

a 1 Xposuisti. [a] Casus. Mutilatus † manu si promot[b] fuerit in abbatem ab abbatia deponitur. cõmunis diuisio. secunda ibi, nos
2 igitur. [*Promouit*] cõfirmãdo† supra, de ætate & qualitate, tuam, non ordinando: alias bene fuisset episcopus cæcus, si in benedictione manuum id non perpendisset secũdum Hostien. sed Abb. dixit, quòd forte per foramen cappæ traxit vnam manum, & eandem iterum traxit reuolutam, & sic decepit episcopum. tamen infra probatur, quod iste nondum erat in sacris secundũ Hostien. qui † consulit episcopo, quod diligenter videat, & palpet singula membra ordinãdi, memor
prouer. 26. G. diligenter attende vultum pecoris tui. ad hoc quadragesimasecunda distin. quiescamus, j. q. j. §. ecce, cum honoris. de purga. canoni. constitutus. & quia quidam pedes habẽt ligneos, consuluit, quod illum faciat discalciari. per quæ caueat etiam episcopus, cui talia committat, vigesimaquarta distinctione, quando [*Fraudulenter*] &
4 sic † omni dispensatione indignus, cum hic fuerit fraudulenta taciturnitas, & nulla necessitas: sed supra de ætate & qualitate, tuam, erat necessitas, & nulla promouendi fraus, secundum Hostien. &
5 ideo ibi dispensatur, hic non. ¶ Prima † glossa respondet per quæstiones, quid si amisisset digitos; quid si dentem? ¶ Vltima glo. allegat tres concor. quærit, & quæstionis dubium aperit. ponit opin.
6 Ioan. & soluit cotrariis respondendo. ¶ In † glossa prima [*ibi, Si hominis, alias si homini*] & ꝯmuniter incipit, idem Ofilius [*& ibi cui dens*] nam magna pars
7 hominum aliquo dente caret, vt ibi. ¶ In† glossa prima [*in fine*] idem dicit Hostien. de parte linguę, dummodo non impediretur organum, vel loquela. nam balbus, vel blesus, & qui tardius loquitur, sanus est, vt ff. eo. l. Offilius. §. finali. & adde quod dixi supra capitulo secundo. dicit etiam, quod religiosum promoueret de gratia, dummodo loqui posset, septuagesimaseptima distinctione, capitulo fina. & penul. ¶ In glossa tertia, [*in fine*] dicit Hos-
8 tiẽsis, quòd si † verbum, irregularitate, esset in textu. ipse exponeret, ideſt defectu, sicut supra, de rescriptis, ad audientiam, & de electione, innotuit. §. primo. ¶ In glossa vltima [*ibi, Legi*] non. de abbate, sed de monaco loquitur, inquãtum dicit, q̃ nõ requiritur in illo personæ regularis integritas. ad duo proxima respondet infra glo. Dixit Ioannes,
9 & Innocentius consentit, quòd non† propter irre-
b gularitatẽ, propter quã non remoueret [b] Abbas secundum eum, sed propter peccatum taciturnitatis, propter quam non habet executionem ordi-
c nis sic susceptι, de renuncia. nisi. §. personæ [c] dicit
10 † autem, quod promouẽdus confiteri tenetur crimina, de quibus conuictus est, vel cõfessus, vel deprehensus, vel quæ alias sunt notoria, quinquagesima distinctione, si ille. ad alia non tenetur: sed se curius est, si confitetur, & dispensetur, vt alterius non accusetur: alias secus, vigesimaquarta distinctione, capitulo finali, dicit Hostiensis, quod tenet etiam prodere illa, quæ post pœnitentiã impediũt ordinis executionem, quæ nota. secundum eũ in præ. decre. nisi. [*& ibi æquiparatur*] sic eodem titulo, cupiẽtes, & capitulo, si postquam, libro sexto [*Et*
11 *in fine*] dic † quod hic abbatia requirebat abbatẽ sacerdotem; contraria non, secundum Innocen. & Hostien.

ADDITIONES.

a Exposuisti Facit ad hoc quod no. de testi co. c. præterea, Bal.

b ¶Remoueretur. Vide de hoc late & extense per d. Maria. de Senis in repe. c. ad audientiam, in 2. q. de homi.

c Personæ. Ibi vide, & vide, an criminosis positionibus quis debeat respondere. in c. dudum, el 2. supra de elect. & in capitulo secundo, de confess. infra.

SVMMARIVM.

1 *Pollicis vngula carens ad sacerdotium licite promouetur, & quando.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Pollex est digitus grossus, & qua ratione sit dictus.*
Casus sunt innumeri, nec præuideri possunt, eod. nu.
3 *Epilogus, & additio glossarum. & nu. 5. & 6.*
Deformitatem ob quã corporis quis repellitur ab ordine &c.
5 *Membra corporis magna quæ.*
6 *Corporis vitium quadrupliciter sumitur.*
Deformitatem corporis qui tacuit fraudulenter deijcitur à beneficio, sed episcopus cum eo dispensare posset, & in quibus, excipitur casus in religioso, eod. numero, versi. & ibi, deijcitur.

CAPVT VI.

1 Homas. Casus. Carens † vngula pollicis, dũmodo sit fortis in pollice, ad sacerdotium licite promouetur. Prima ponit monaci casum. Secunda condi-
tionale mandatum, ibi, Quocirca
2 [*Constitutus*] factum narrat [*Pollicem.*] digitus† grossus est sic dictus: quia inter cęteros pollet virtute, & potestate [*Fortuito casu*] qui tot sunt, quòd numerari non possunt. C. de vsufru. l. penultima. C. de præscript. 30. anno. l. vltima, nec semper præuideri, infra de homici. Ioannes, & capitulo finali, Hos-
3 tien. ¶ Prima † glossa in viciatis distinguit, quod aut sponte, aut casu. & si sponte, aut non interuenit iusta causa, aut interuenit, & tũc aut est deformitas, aut non. si casu, distingue inter membra, &
4 an culpa sua, vel non. ¶ In † glossa prima [*ibi, Interueniente*] & tunc subdistingue, quia aut partẽ amisit, aut totum. si totum, tũc indistinctè repellitur. si partem tunc subdistingue: quia aut deformitatem inducit, aut non. In primo repellitur quinquagesimaquinta distinctione, qui partem. In secundo subdistingue: quia aut est notorium, quod ipse sponte ex indignatione se abscidit; aut est occultum. Primo casu sine dispensatione non potest promoueri. Secundo potest, Hostiẽ. [*& ibi,*
5 *magnis membris*] puta † amisit oculum, pedem, nasum, vel manum. Hostien. vnde dicebat Gui. qua-
6 drupliciter summi vitium † corporis, aut ex defectu mẽbri, aut ex inhabilitate; aut diminutione, aut augmento [*& ibi, Deijcitur*] quò ad altaris ministerium

niſterium indiſtinctè, niſi forſan in religioſo diſpẽ ſaretur in pede ligneo, quia latet. in beneficio verò deijcitur, ſi hoc tacuit fraudulenter, ſupra capitulo proximo: poſſet tamen cum tali etiam per epiſcopum diſpenſari, quòd haberet præbendã, vel perſonatum, vel eccleſiam, vel abbatiam. de hoc de ætate & qualitate, tuam. & ſi ſit presbyter, poſſunt ſibi concedi ſpectantia ad officium ſacerdotis præter altaris miniſterium, ſupra eodem, ſignificauit. Et quo ad illud neceſſe eſt alterum ſurrogari. ſic intelligitur, quinquageſimaquinta diſtinctione, Si euangelica [*& in fine*] Tanc. de hoc quinquageſimaquinta diſtinctione, in ſumma.

¶ De bigamis non ordinandis, Rub.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *Bigamus quare non promouetur.*
3 *In ſententiam huius tituli, ſiue de eius materia vbi tractetur alibi.*
4 *Bigamia per quos probari poſſit, & in ea locus eſt purgationi, & quando.*

1 ¶ Quia † inter cæteras irregularitates bigamia nõ minima reputatur, ideo & cætera. Aſſignantur quatuor rationes, quæ notantur, vigeſimaſexta diſtinctione, in ſumma, quare † bigamus non promouetur. prima propter ſacramẽti defectum, infra eodem, debitum. alia propter prærogatiuam ordinum. 26. diſtin. vna. Item præſumitur incontinens, quia vna mortua tranſiuit ad alteram. 82. propoſuiſti. Item quia non habet frontem hortandi viduita tem, qui coniugia frequentauit, vel qui cum vidua contraxit. 26. di. vna, Gof. habetur
3 † materia. 26. di. & 34. di. §. quod ergo, vſq; ad finẽ diſtinctionis, & 84. di. quiſquis, & 28. q. vlti. per totum, & reperitur in 6. Congruit. decre. tam litteris, de teſti. vbi patet † bigamiam electi ad eum re
4 pellendũ per laicos, & fœminas poſſe probari, & quod in ea locus eſt purgationi deficiente probane confra infamatum.

SVMMARIVM.

1 *Repudia propter fornicationes fiebant, & alias ob cauſas repudium reprobatum eſt hodie, ibid.*
Repudiata quæ dicatur, ibid.
2 *Sacerdotium pro ſacro ordine.*

CAPVT I.

1 VT bigami. [*Repudiatarum*] id. eſt † ob cauſam fornicationis ſeparatarum, & dimiſſarum. 50. diſt. ſi quis viduam. ſed hodie repudium reprobatum eſt. ĩ. de diuor. gaudemus dicebat Pe. quòd repudiata dicitur, quæ propter conſanguinitatem, vel aliam iuſtam cauſam iam cognita dimittitur marito. Idem de maritis ancillarũ. 34. diſtinctio. ſi quis viduam. 2. & quæ ſit huius ra
2 tio, ibi not. [*ſacerdotium*] i. ſacrum † ordinem. ¶ In glo. 2. [*in fi.*] & forma eius habetur. ea. di. in capite. ¶ In gloſ. 3. [*ibi ſacramenti*] alias rationes dixi ſuper Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Cum bigamo, qui ordinatus eſt ad ſacros, non diſpenſatur. vi de nu. 9. & 10.*
Ordinator bigami poteſtate ordinandi priuabitur, niſi in caſu, ibid.
2 *Ordinandi poteſtate, & officio, clauſulæ expoſitio.*
3 *Irregularitas eſt in bigamo ordinato, quam pœnitentia non tollit, ibid.*
4 *Cum ordinatore bigami quo caſu ſolus Papa diſpenſat.*
Diſpenſatio omni caſu, quo meretur epiſcopus depoſitionem, pertinet ad ſolum Papam, ibid.
Soluere regulariter eſt eius, cuius eſt ligare, ibid. ver. cum eius.
5 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum, nume. 6. 7. & num. ſequentibus.*
Virginitas, vel caſtitas reſtitui non poteſt.
Bigamus quis dicatur, iuncta gloſſa, & quis eorum indefenſabilis, & nu. 8.
8 *Fœmina prohibetur ordinari.*
Caſta, quam nemo rogauit, ex Ouidio, ibid. ver. dicit Hoſti.
9 *Diſpenſatio non prohibetur ab apoſtolo, licèt ordinationem prohibuerit bigami, & percuſſoris, & nu. 10.*
10 *Paulus minor adminiſtratione Petro.*
Papa non aſtringitur conſtitutione Pauli, neq; Petri, & ratio, ibid.
11 *Diſpenſare Papa quibus in caſibus non poſſit, aliò reijcit.*
12 *Irregularitas non eſt annexa bigamiæ iure naturali, poſitiui iuris quæ ſunt, in eis multum Papa poteſt, ibid.*
13 *Cum bigamo in quibus poſſit epiſcopus diſpenſare, & cuius generis bigami.*

CAP. II.

1 VPer eo. Caſus. Cum † bigamo, qui ordinatus eſt ad ſacros, non diſpenſatur, & ordinator priuabitur poteſtate ordinandi, niſi cum eo fuerit diſpenſatum [*Officio*] q. d. de iure † communi ſunt deponendi ita, quod nec miniſtrent, & ſic
2 careant officio, nec epiſcopale exerceant, & ſic poteſtate; ad hoc de ordi. ab epiſcopo. c. j. ſecundùm Hoſt. [*Apoſtolum*] ad Titum. j. & j. ad Timoth. 3. [*In eis*] i. eorum executione. Characterem enim habent, vt etiam dicit gl. [*In ordinatore*] in quo fuit
3 culpa tantum, ſed in ordinato † eſt etiam irregularitas, quæ non tollitur per pœnitentiam, ſicut culpa. & ſic loquitur contrarium de decre. 2. ad fin. §. de transla. ſecundùm Boa. [*Adhiberi*] per † Papam.
4 quod omninò verum eſt, ſi eſt notorium, ſecũdũ Hoſt. qui etiam dat hic pro regula, quòd in omni caſu, quo meretur epiſcopus depoſitionem, ad ſolum Papam ſpectet diſpenſatio, ad quem ſpectat depoſitio. 3. q. 6. quamuis, & c. multum, & c. dudum, cũ eius regulariter ſit ſoluere, cuius eſt ligare, de ma. & ob. cum inferior, de transla. c. 2. §. j. & ſic non ob. quod dicitur, Papam hic non reſeruaſſe, de ſenten. excomm. nuper, & pro hac parte, de
5 temp. ord. litteras, & c. dilectus. ¶ Tertia † gl. ponit. 5. modos, quibus quis dicit bigamus. ¶ Quarta glo. s. contrarium de. c. lector. ponit quattuor
6 opi. demum ſoluit. ¶ In † 4. glo. [*ibi l. vna*] ibi dicitur, quod virginitas, vel caſtitas corruptę reſtitui
a non poteſt [a]. ¶ † In gl. Vere [*ibi, violat*] ſed talis nõ
7 eſt indiſpenſabilis. ĩ. de cle. coniu. ſanè. 2. & j. & pe. [*& ibi, quotquot*] dicebat Pe. c. iſtud intelligendum de fœminis tantũ. & quòd ibi dicit tex. bigamos, debere dicere bigamas. ſed neſcio ad quid hoc dixerit, niſi forſan quia non eſt periculũ ſic de fœmina ſentire, quæ etiam † aliàs prohibetur ordinari, vt dicam. ĩ. de pœ. noua quędam, ſuper gloſſ. 2. [*& ibi. contraxit*] ſup. & cognouit [*& ibi, Corrupta*] etiam ſi credebat eam virginem. de hoc. 32. diſtin. nemo [*& ibi, ſcienter*] idem, ſi ignoranter ſecundùm Hu. Lau. Rai. Goff. in ſumma huius ti. §. item pone, Abb. Pe. quod credo verum, cum non quæratur hic de vitio ordinandi, quo caſu requireretur ſciẽtia, ſed de defectu ſacramenti, quod etiam ignorans poteſt pati [*& ibi, Adulteram*] dicit Hoſt. quòd cum,

eum, teſtante Ouidio, caſta ſit, quã nemo rogauit, non eſt ſine periculo promouere coniugatum. remittit ad ſummam, eo. ti. §. j. & 2. & 3. [*& ibi, Vxores*] q. d. bigamus. i. binæ vxoris maritus, ſicut monogamus, qui habuit vnã tantũ. 26. diſti. vnius, & ſic dicimus trigamum, & octogamum. 3. q. j. aperiant. ¶ In gl. Sed cõtra [*ibi, lector*] vbi de hoc [*& ibi, Martinus*] Refert Tan. quoſdã dixiſſe, Martinum in hoc non papam, ſed capram [*& ibi, contra Apoſtolum*] ſed † poteſt, etiam ſi fiat ad ſacros; quia apoſto
9 lus prohibuit ordinari, ſed non prohibuit diſpen-
10 ſari ſm Gof. vel ſm eum Paulus fuit † minor adminiſtratione Petro, cuius ſucceſſor eſt Papa. vnde conſtitutione Pauli Papa non aſtringitur, ſimile. 20. di. §. j. hic no. in ſumma huius ti. in fin. Idẽ Io. & Tan. Inno. Ho. & Abb. nec conſtitutione Petri, cũ ſit par, de elec. innotuit [*& ibi, prohibuit*] ſic apoſtolus prohibuit ordinari percuſſorem; & tamen diſpenſatur cum eo. de hoc de homicidio, ſicut, de cle. percuſſ. c. pe. & vl. Ho. [*& ibi, Defectum*] concor. quod no. ĩ. de fi. presby. c. j. li. 6. ¶ In gl. nec ſufficit,
11 [*& ibi, Non poteſt diſpenſare*] caſus, in quibus † Papa diſpenſare non poteſt, vide in ſpe. de legato in tractatu diſpenſationum. §. nunc breuiter [*& ibi, Cum bigamo*] hoc tenet hic Hoſt. & fortificaretur hæc opi
12 nio, ſi diceretur, quòd irregularitas † non eſt annexa bigamiæ de iure naturali, ſed ſolum de poſitiuo: quia, quòd non eſſe bigamum non ſit de eſſentia ordinis, patet: quia verum ordinem recipit, vt ſequitur in glo. quod non eſſet, ſi id eſſet de ipſius eſſentia. circa illa autem, quæ ſunt iuris poſitiui, multum poteſt Papa, vt dixi ĩ. qui fi. ſint legiti. per venerabilem, ſuper glo. 2. [*& ibi, Quicunq;*] Idẽ Gof. hic, & in ſumma, de reſcrip. circa prin. & Hoſt. in ſumma huius ti. §. fi. vbi reprehẽdunt Nicolaum furioſum, qui dixerat, quòd bigamus etiam ex di-
13 ſpenſatione non plus recipiebat ordinem, quàm
b aſinus. [*Et in fi.*] in quibus † etiam epiſcopus [b] diſpẽ ſare poteſt ſm Hoſt. per præalle. c. quicunq;, & per c. cognoſcimus. 34. di. & in hoc differt a ſeruo, qui nec ad minores promouetur. §. de ſer. non ordi. c. j. & 2. non credo epiſcopum poſſe etiam in minoribus cum verè bigamo diſpenſare per decre. vnã. ĩ. e. li. 6. [*& ibi, idem tenet*] Fran. Vercel.

ADDITIONES.

a Non poteſt. Per hoc ſolet dici, quòd hoc ſolo priuatur deus, vt facta pro infectis haberi non poſſunt. & vide latè. d. Bar. Socinum in l. j. §. ſi vir vxori. ff. de acqui. poſſ. vbi refert ſe conſuluiſſe & defendiſſe quendam Iudæum, contra quem erat formata inquiſitio de blaſphemia, vt ibi, eleganter & pulchrè per eum.
b Epiſcopus. Vide Archi. in c. vt conſtitueretur. 50. di. & Bar. in c. at ſi clerici, in 12. col. ĩ. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus vxore viuente, vel mortua non ordinatur.*

CAPVT III.

1 DE bigamis. Caſus. Bigamus † vxore viuente, vel mortua non ordinatur [*Presbyteris*] ſcilicet de facto poſt bigamiam ordinatis. poſſet etiam intelligi de presbyteris, qui poſtea contrahendo incurrunt pœnam bigamiæ. ĩ. c. proxi. [*Viduarum*] i. corruptarum [*vxoribus*] de facto ſecundum vnam lecturam, vel de iure ſecundum aliam. ¶ In gl. j. [*ibi, Impedimento*] ſecundum Ala. & facit quod no. §. c. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Bigamiæ pœnam incurrit mortua vxore promotus ad ſacros, ſi cum ſecunda de facto contraxit, & quando, & latius num. 5.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Deſtinatio animi hic attenditur.*
4 *Pugna pertinax inter viri aſſertionem, & placiti defenſionẽ.*
5 *Bigamia inducitur ex matrimonio contracto de facto, & quo caſu, & nu. 7. & ex actu meritorio, ibid.*
In maleficijs voluntas, non exitus ſpectatur. §. 2.
6 *Affectus hic attenditur.*
Bigamia an ſit peccatum, ibid.
8 *Epilogus, Suffragium, Additio gloſſarũ, nu. 9. 10. & nu. 11.*
Factum magis quãdoq; conſideratur, quàm affectus, vel ius, & nu. 10.
Opinioni ueritas præfertur, licet quandoq; ſecus. §. 1. & nu. 10. §. 1. & nu. 11.
10 *Verbum plus conſideratur quandoq;, quàm factum, faciunt exempla ſuffragij, nu. 9.*
11 *Opinio veritati quibus caſibus anteponatur, & ex ſuffragio potes elicere, nu. 9.*

CAPVT IIII.

1 VPer. Caſus. Qui † mortua vxore promotus ad ſacros cum ſecunda de facto contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licèt bigamus non ſit. Et primo † ad caſum propoſitũ alleg. pro
2 Vna parte. ſecundo pro contraria. tertio ſoluit. ſecunda ibi, licet obuiet. tertia ibi, nos autem [*Deſtinatio*] quaſi hoc † ſolum ſit attendendũ hic, an illã
3 habere voluerit in vxorem ſecundum Inn. [*Quod neutrum*] ſimile. §. de vſu pallij. c. j. [*ſicut*] quod probauit lege, nũc probat canone [*Legalibus*] põderata. l. canonica, ſm quã talia terminantur, & non ſm le gem ciuilem, vel alludit vulgari [*Nuptijs*] de facto. & ad hoc inducit [*Aduerſo*] ſcilicet, q; poſſit cum talibus diſpẽſari [*Veritas*] Pe. in proœmio libri ſententiarum, inter † viri aſſertionem, & placiti defen
4 ſionẽ pertinax pugna eſt, dum ſe veritas tenet, & ſe voluntas erroris tuetur [*Clericis*] conſtitutis in ſacris. Idem de monacis. 27. q. j. quotquot, Innoc.
5 [*In ipſis fuit*] quomodocunq; † non teneat matrimonium conſanguinitate, affinitate, voto, vel quacũque alia de cauſa, ſi de iure contractum induceret bigamiam, contractum de facto, copula ſecuta, inducet pœnam bigamiæ, licet Archi. no. 34. diſt. cognoſcimus, & hic. e. ti. c. vno, li. 6. q; ſi habens vxorem legitimam, illa mortua contrahit cum ſecunda, ſi non tenet matrimonium, & ipſe hoc ignorabat, non incurrit pœnã bigamiæ, dicens q; iſte, de quo hic loquitur, fuit in culpa. Tu tene, qđ p̃dixi. ſatis enim eſt, q; habuerit affectũ coniugij. & iſte
6 affectus † hic attenditur, vt §. dixi poſt Inn. ſicut ergo publica honeſtas inducitur ex matrimonio, quod non tenet, dummodo teneat ex conſenſu,
7 deſponſa. c. vno, li. 6. ſic ex tali matrimonio † conſumato inducitur bigamia; & procederet dictum Archidi. ſi bigamia diceret peccatum, ſed conſtat contrariũ. imo, quod plus eſt, cõtrahit ex actu meritorio. ĩ. de ſpõ. inter opera [*Non liceat*] per inferiorem à nobis, quod dic vt no. §. c. 2. ſecundum Ho.
8 ¶ Tertia † gl. alleg. concor. quibus quandoq; plus affectus conſideratur, quãdoq; plus factum. ¶ Gl. [*hinc collige*] alle. 7. concor. & 6. contraria, & ſoluit.
9 ¶ Vltima gl. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In † tertia glo. [*ibi, Hæc conditio*] conditio, ſi nupſerit, intelligitur effectiuè. vnde ſi nubit impubes, vel ei, cuius nuptiis eſt inter dictum, non eſt paritum conditioni [*& ibi, Mulier. §. primo*] inſtitutus ſub conditione, ſi ſeruum hęreditarium manumittet, de facto manumittet, & hęres erit. ¶ In gl. hinc collige [*ibi l. 1.*] vide de teſti. ca. præterea, ſuper gl. no. ergo [*& ibi. l. 3.*] vide de ſenten. excommu. ad hæc, ſuper gl. 2. [*& ibi l. 1. 2. & 3.*] prima ſic iacet. In cõtractibus rei veritas potius, quàm ſcriptura, ſpici dẽt. ſecũda

dicit,quòd ſimulatio,qua vxor emit, non vir,veritatis ſubſtantiam non immutat.tertia dicit,ꝙ emptione pignoris cauſa facta non quod ſcriptũ,ſed quod geſtum eſt,inſpicitur.¶In glo. antepenultima[*ibi Si quis ſeruo*]ſi ſuaſi ſeruo tuo,quod rem tuã tibi ſurriperet,& mihi adferret,quod fecit te conſentiente,licet hoc non ſit furtum,nec corruptus ſit ſeruus,teneor furti,& ſerui corrupti.¶In gloſſ. penul.ibi.l.vlti.[*in fi.*]vide de elect.in cauſis, ſuper
10 vj.glo.¶In† glo.vt C.[*ibi* §.3.]arg.contra.ff.de cõdi.& demonſtr.l.filiæ,Vincẽ.[*& ibi c.vlti.*]& quandoque plus conſideratur verbum, quàm factum.
a quandoque e conuerſo.[a] de hoc.de elect.eccleſia j.[*& ibi,*§.1.] quid dicat hæc lex,& quædam alia exempla,in quibus requiritur,vel ponderatur factum,& ſi de iure non teneat,vide in 2.q.Paduan.
b ver.ſed adhuc, ſuper regula,non[b] præſtat,de reg. iur.libr.6.¶In gloſſ.Hic collige[*ibi,Conſultationibus*] quod etiam facit contra[*& ibi, Querelam*] & ff.de acqui.hære.is quis putat,& ibi concor.[*& ibi,Decipientium*] vel delinquentium,vt hic[*& ibi,Sententiarum*] ponit Abba.verſum† Teſtamenta, fauor,
11 odium,ſententia, proles. Ex iſtis cauſis præfertur opinio veris [*Et in fin.*] vel ſic veritas præfertur opinioni vnius,vel paucorũ, ſed publica opinio præualet veritati,Tan. quandoque,Vin.& Goff.dic-
c bat Hoſt.quòd[c] veritas,de qua conſtat,præfertur opinioni regulariter, ſalua in iudicijs opinione Romanæ curiæ,quæ in iudicijs præfertur veritati in his,quæ non ſunt contra fidem,de re iudica.in cauſis.¶In glo.no.[*ibi,quotquot*] vbi idem not.¶In gl.vlt.[*ibi,Sane ij.*]& ibi etiam de hoc.[*& ibi,contraxit*] cum virgine alias ſecus.j.eo.c.vltimo.

15 *Matrimoniorum,vel nuptiarum quædam corporales,quędam ſpirituales,quędam miſtę, & ſubdiuiduntur ſpirituales. Nuptiarum corporalium effectus,ibid.circa prin.uerſic. quę ſunt virtutis.*
16 *Nuptiarum tribus his generibus,quę poſſunt adaptari.*
17 *In nuptijs primis Adę, & Heuę corporalibus quę fuere deſignata.*
18 *Vxor ordinandi quare requiratur uirgo.*
19 *Incarnationis myſterium poteſt in ſecundo matrimonio ſignificari.*
In epiſcopum cur conſecrari poſſit,qui vxorem habuit & concubinam,cum illa conſecrari non poſſit,quę ui,uel ante baptiſmum fuit corrupta,ibid.
20 *Sacramentum non requiritur,ſed prohibetur defectus in ordinando.*
In eligendo non requiritur,ut quis ſit religioſus:ſed ſi fuit religioſus,requiritur ne ſit apoſtata,ibid.
21 *Synagoga an debeat ut concubina reputari.*
22 *Matrimonium contrahentis actus non cadit in ſeipſum, ſed in alium.*

CAPVT V.

DEbitum. Caſus. Pars huius de baptiſmo,debitum, & hoc dicit. Qui † contraxit
1 cũ virgine, licet prius ab alio fuit deſponſata, bigamus nõ cenſetur. Et primo ponit rationes.vltimo re
2 ſpondet ibi,Vnde is.[*Duo*]vnum † eſt, quod facit matrimoniũ,ſcilicet conſenſus:& eius bona ſunt tria,de condi.appo.c.fin.[*Charitatem*]eſt ergo iſtud ſacramentum. i. ſacræ rei ſignum, cum charitas ſit res ſacra,Pe.& Abb.[*Et iuſtam*] iſtud ſacramen-
3 tum † perditur per peccatum,quo anima recedit a Deo:ſed per pœnitentiam reaſſumitur. 50. diſt. domino ſancto [*Apoſtolus*]i.ad Cor. 6.[*Adhęret*] per charitatem,& eius opera [*Vnus*] ſcilicet idem volens:vel vnus in charitate, ſcilicet eum amans ſecundum Innocen.[*Cum eo*]per vnionem gratiæ, de ſum.tri.capitulo ſecundo[*Conformitatem*] ideſt ſacramentum conformitatis coniugij, de quo dicit infra Hoſtien. [*Conſiſtit*] i.prouenit, & ſequitur ex vnione diuinæ, & humanæ naturæ. [*Ad quod*] ſcilicet ſacramentum comprobandum [*Euangeliſta*] Io.j.[*factum*]i.deus & homo vnitus eſt[*Profectio*] ſup.Hoſtien. cum etiam in coniugio viri & fęminę conſumato,ſiue per conſumationem ipſius ſignificetur cõformitas ſupradicta,patet,quòd con
4 iugium &c.[*Conſumatum*] nam† in conſumatione, vel commiſtione,quæ non eſt,nihil conſiſtere, vel ſignificari poteſt[*Coniugium*]i.conformitatis ſacramentum,Hoſtiẽ.[*Iuxta quod*] ideſt ad oſtendendũ,
5 quod† carnalis copula eſt ſacramentum incarnationis Chriſti, & quod tantum inter duos coniuges eſt illud ſacramentum,quod in coniugio deſignatur,ſcilicet vna eccleſia vni viro, ſcilicet Chriſto ſubdita. non eſt ergo hoc ſacramentum, vbi alter coniugum carnem ſuã diuiſit in plures.Inn. breuius dicit Hoſtiẽ.i.ad quod coniugium, quod eſt inter Chriſtum, & eccleſiam per corporale deſignatum matrimonium conſumandũ[*exponens*] ad Eph.v.[*quod dixerat*]Gen.ij.in fin.[*Hoc nunc*]quomodo poſſit hæc authoritas exponi, videquod dixi ſecundum Hoſtien.de fri.& ma.c.fi.[*Os*]deſignatur ſacramentũ per verba ſingularia,os, caro,car-
6 nem, vxori,Innocen.[*Homo*] hic† & hæc homo[*& ſic relinquet homo*] i.vir & mulier [*patrem & matrem*] i. torum patris & matris, tamen multi ad litteram propter coniuges relinquũt parentes, cõtra quos Vale.lib.1.capitulo tertio,de parentibus,& fra-
a tribus loquens Chara[a] eſt vxor;dulces liberi;iocundi ami-

ADDITIONES.

a ¶E cõuerſo.Vnum bene no. ꝙ fortiora ſunt facta ad declarandum voluntatem,quam verba, quæ ſæpe proferuntur contra intẽtionem proferentis,vt in c.dilecti,de app.ſecundum Panor.in conſi.223.in cip.illud de iure quæritur,vnum viſa remiſſione,in pe.col.in prin.& vide pulchre do. Fran. Curtium ſeniorem in l.reprehendenda, per illum rex.C.de inſti.& ſubſti.vbi & Iaſo.in 4 no.aliquid dicit.
b Non.Et vide Bar.in l.quid ergo.§.3.alleg.in glo.& facit quod no.in l.ſi legatum.ff.de fal.& quod no.doct.in l.vbi.C.de tranſac.
c Quod.Vide per glo.& Bar.in l.Barbarius.ff.de offic.præto.& per d. Bar.de Sali.in l.j.C.de teſta. & facit materia fictionum, de qua per Bar.in l.ſi is,qui pro empto.ff.de vſuca.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus non cenſetur,qui contraxit cum virgine,licet prius ab alio fuerit deſponſata,& cur prohibetur ordinari, nu. 17.ad fi.ver.per prædicta.*
2 *Matrimonium conſenſus facit,eiuſque bona tria.*
3 *Matrimonij ſacramentum,quod perditur per peccatum,& reſtituitur per penitentiam.*
4 *Non eſſe quid conſtat,ex eo nihil conſiſtere,vel ſignificari poteſt,& nu.11.*
5 *Matrimonij alterũ ſacramentum per diuiſionem carnis vnius coniugum in plures deficit.*
6 *Matrimonij ſacramentum deſignatur per verba ſingularia.*
7 *Homo hic ſumitur vtriuſque ſexus.*
Patrem,& matrem relinquet homo, ſententia hæc quomodo intelligatur,ibid.
8 *Caro vna in matrimonio vt exponatur,& quando nõ dicatur amplius caro vna,ibid.& nu.9.*
In matrimonio tria ſunt ſacramenta,eod.nu.& qualiter tertium amittatur,ibid.
10 *Maritus vnice viduæ quare prohibeatur ab ordinibus.*
Vxor uiro ſuas communicat actiones,& quas,ibid.
11 *Signaculum pro ſignificatione,ver.ſignaculum.*
12 *Cognitio vxoris multis ex cauſis, & quibus poteſt euenire.*
Sacerdotium,omne ſacrum includit.
13 *Epilogus & additio gloſſarum,& nu.15.*

7 di amici,affines accepti.†ſed poſtea cognitis nulla beneuolẽtia debet accedere,quę priorem exhauriat.& vide quod no.30.di.c.j.[*Duo*]nõ plures[*Carne vna*].i.in † vno propoſito non diuidendi carnẽ
8 in plures. ſecundum quam expoſitionem tangit tertium ſacramentum, quod conſiſtit in propoſito vnitatis,quod habere debet contrahens, ſcilicet vt ſit vnus vnius, ideſt quod aliam non ducat, nec ab illa perpetuò diuidatur. tranſiens autẽ ad ſecunda vota recedit ab hoc propoſito, & ſic perdit ſignificatum huius ſacramenti, & incurrit ex hoc defectum, qui eum impedit promoueri. vel expone. i. per conſumationem carnalis copulæ à deo vniti intelliguntur, quòd duo corpora fiunt vnũ, & duæ carnes vna. ad hãc expoſitionẽ de cõuer.cõiu.ad apoſtolicã,ſm Ho.[*ſtatim ſubiunxit*]verbum auctoris. & dic, ſubiunxit, ſcilicet apoſtolus poſt finita verba protoplaſti[*hoc autem*]verbũ apoſtoli[*Dico*]exponit Hoſtien.i.in hoc corporali matrimonio conſumato dico conſiſtere, vel per ipſum ſignificari magnum ſacramentum, quod eſt inter Chriſtum,& eccleſiam[*Cum ergo*] infertur ex prædictis[*Sacramenti*]ſcilicet & virginitatis, ſeu incorruptibilitatis perpetuæ & inſeparabilis, quod eſt inter Chriſtum,& eccleſiam,& quod repræſentat vir vnius tantum vxoris in virginitate deſpon-
9 ſatæ & cognitæ[*Defectum*]quod†incurrit, quando ducit & cognoſcit ſecundam,vel cortuptam,etiã ſi vnicam.vide cum per ſacramẽtum ordinis effi ciatur quis miniſter ſacramentorum,nullum dẽt pati ſacramenti defectum[*Viduæ*] de bigamo pa-
10 tet: ſed de†marito vnicæ viduæ quæritur, quare prohibeatur,& in quo ſit eius defectus.dicit Abb. quòd vxor viro ſuas communicat actiones,de cogna.ſpiri.Martinus. Cum ergo illa ſit multiplex, & vir,qui cum ipſa factus eſt vna caro, eſt multipliciter,& fingitur in plures carnem ſuam diuiſiſſe[*Illa*] vidua & corrupta[*vnica*].i.virgo & incorrupta[*vnici*]ſicut eccleſia Chriſti. imo eſt pluriũ, & corrupta ſecundi. & ſic in hoc ſecũdo prædictũ deficit ſacramẽtum[*Nec iſte*]bigamus ſcilicet, de quo præmiſit[*Sit vnus*]cum plures duxerit, & cognouerit[*vnius*]virginis,ſed duarum,Chriſtus aũt fuit vnius eccleſiæ & fidei, non plurium; & ſic ſimiliter in bigamo deeſt hic ſacramentum [*Non*
11 *deeſt*]quia†in eo,vel per id,quod non eſt,nil ſignificari poteſt,Hoſt.[*Iſtiuſmodi*]aliàs huiuſmodi [*Signaculum*]i.ſignificatio cõiugij,quod eſt inter Chriſtum,& eccleſiam,Hoſtien.[*Minimè*] per quod patet, quòd non deeſt conformitas coniugij, quod eſt inter Chriſtum, & eccleſiam [*Cognitam*] fortè
12 mortuus†eſt primus, vel ante copulam religionẽ intrauit.quod potuit,de conuer.coniug.verũ &c. ex publico,vel frigiditate fuit matrimonium ſepa ratum.Scias,quòd magiſter ſententiarum in ſpõſa de futuro non cognita bene fatebatur hoc: ſed in ſponſa de preſenti tenebat contrarium. 4. ſententiarum.27.di.in fi.quod falſum eſt,vt hic patet [*In plures*]vxores,ſcilicet per id,quod dicitur j.c.p-
13 xi.[*Sacerdotium*]omne† ſacrum includit ſ.c.j.¶ Gl. triplex,tractat de triplici ſignificato matrimonij. ſecundò quærit de tertio, in quo conſiſtat. ponit opi.quam reprobat,& ſoluit.¶Pe. glo.quærit,ponit duas opi. & ſecundam approbat. ¶Vltima gl. reſpondet per quæſtionem,alleg. pro; ponit opi. contrariam,quam reprobat. ¶In gloſ.vltima[*ibi, Proſpexit*]vide de ferijs,capitulo ſecundo,ſuper pri
14 ma glo. ¶In† glo. ideſt in carnali [*in fin.*] ſed idem videtur de fornicario coitu.32.q.4. in eo fornicator,in principio.dic vt ibi.¶In gl. Triplex[*ibi,Carnali copula*]dicit Hoſt. ꝙ de materia iſta recurrendum eſt ad ea,quæ no.in ſumma, eodem titulo.§.
15 quare bigamus,& ad arborẽ, & ad 16. cellulas ibi depictas, quam dicit hic legi poſſe.dicit† etiam,ꝙ matrimoniorum,vel nuptiarum alię dici poſſunt merè & purè corporales, aliæ ſpirituales merè & purè,aliæ miſtæ:corporales merè & purè communes ſunt omnibus,qui non prohibentur, infra de ſponſa. cum apud,quæ ſunt tantæ virtutis, quòd aquam,ideſt delectationem corporalem mutant in vinum,ideſt opus bonum, & quandoq; meritorium,quod,ſignificatum fuit Ioan. 2. Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ &c. in miraculo ibi facto,quod etiam ratione extenſionis præcellit alia ſacramenta,de diuortijs,gaudemus; qã dic, vt dixi.ſ.de frigi.c.fi. Spirituales verò merè & purè aliquæ excellentes,aliquæ communes;aliquę ſpeciales,ſiue priuilegiatæ. excellentes, quæ fuerunt inter Chriſtum,& eccleſiam,de quibus Greg.in homelia Mat.22. Simile eſt regnũ cęlorum regi &c. dicit,apertius atq; ſecurius dici põt, ꝙ in hoc pater regi filio nuptias fecit, quo ei per incarnationis myſterium ſanctam eccleſiam ſociauit,de quibus apoch.21.in prin.Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem:& dixi,Veni,oſtendam tibi ſponſam vxorem agni.19. Exultemus,& gaudeamus, & demus gloriam ei:quia venerunt nuptiæ agni.& dicũtur iſtæ excellentes,quia nullus inuenitur,qui ſic fidẽ eccleſię ſeruauit,vt Chriſtus,& quia nemo ſibi cõparari poteſt. communes illæ dicuntur, quæ contrahuntur in communibus ſacramentis eccleſię, & nemini denegãtur, ſicut baptiſmus quò ad nõ. baptizatos: & penitentia quò ad baptizatos. 32. di.§.verum.§,de ſum.tri.c.j.Speciales & priuilegiatæ ſunt illæ, quæ contrahuntur in ordinatione, vel conſecratione,ad quas non niſi idonei admittuntur,vt j.q.j.§.ecce,cum honoris.Miſtæ verò dicuntur,quæ ſunt inter humanam naturã, & Chriſtum dei filium,ſingulares, de quibus Greg. in dicta homel.tunc deus pater deo filio nuptias fecit, qũ hũc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit. Dicuntur aũt miſtæ:quia partim corporales, & partim ſpirituales. Corporales dicũtur propter carnis aſſumptionem. Spirituales propter diuinæ naturæ vnionem,ad qđ pertinet, qđ hic dr, verbũ caro &c. Quod intelligas nõ cõfuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.dicuntur etiã ſpũales, qa ſine virili ſemine,& ſine aliqua corruptione Chriſtum concepit virgo de ſpirituſancto.vñ in ſimbolo,à tota trinitate &c. & ſ.de ſum.trini.c.j. Et dñr ſingulares ꝓp illud beati Bene. Tria opa fecit opꝰ illa maieſtas in aſſumptione nr̃æ carnis ita ſingulariter mirabilia,& mirabiliter ſingularia, vt taliter nec facta ſint,nec faciẽda ſint amplius ſup terrã.Cõiuncta ſunt quippè adinuicẽ deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum.his nuptijs medijs interueniẽtibus ꝯctæ ſunt ſpũales excellẽtes,de qbus ẽ dictũ.his ambabus medijs,& paſſione glorioſa ſecuta ꝓſumatũ ẽ irreuocabile ſacr̃m, qđ in morte cõſumat̃,ſm apoſtolum, & ſm legẽ. de hoc,de cele.miſ.cũ Marthæ,ver.cæterùm.& ex his ẽt ſequunt aliæ ſpũales,de qbus p̃miſſum eſt.
16 Hiſ†tribus nuptiarũ gũibus adaptari põt tria gña creaturarũ hoĩum,vitarũ,ſcĩarũ,& cõſcĩarũ, de qbus no.ſ.de ſum.tri.c.j.ver.vnũ vniuerſorũ. & ẽt
17 in primis†corporalibus Adæ & Euæ, fuerũt alia duo genera deſignata,ad qđ pertinet verbũ apoſtoli in rex. Item in formatione vtriuſq; eſt reperire actũ corporalẽ quò ad corpora formata,& ſpũalẽ quò ad animas,& cõiũctionẽ aĩarũ ad corpora & ipſam formationẽ reſpectu diuinæ manus ibi,potẽter operantis,ad id.56.di.naſci.Patet ẽt euidenter,ꝙ in primis nuptijs corporalibus vetus Adam pater noſter reperit vnus vnius, & Eua vna vnici.

Sic & nouus Adã.i. Christus in excellentibus nuptijs reperitur vnus vnius:& mater nostra ecclesia vna unici. nec in aliquo prędictorũ quò ad nup. pertinet, est reperire aliquid corruptionis, vel diuisionis. & dicit Host. per prædicta declaratum, quare propter defectum sacramenti prohibetur
18 bigamus ordinari[*et ibi,Virginali,*]cum†ergo Christus ad hanc vnionem faciendam sibi matrem virginem elegerit, merito vxor ordinandi sit virgo [*& ibi,Corporalis*]quia secundùm hoc cessante. i.finito actu, non esset ibi sacramentum. Item quoties renouaretur actus, toties rediret sacramentum,licèt quidam dicant, ꝙ primus actus tñ designet sacramentum, Ioan.[*& ibi,vincũ.*] quasi vt dicebat Inn.ſm cõiugium potius habere designare duas ecclesias vni viro Christo subiectas. fatet
19 tñ,quod† misterium incarnationis bñ p̃t in scõo matrimonio significari [*& ibi,episcopus*] quare in eꝑm consecrari possit,qui vxo.habuit, & concubinam,cum illa consecrari non possit, quæ vi vel ẽt ante baptismum corrupta fuit, no.26.dist. c. 2. & per Goff.in summa huius ti. §. Item quæritur cũ, & per Hostien.§.circa hoc,ver.5.quæritur [*& ibi, Dicendum*]secundum Tan. [*& in fi.*]istud tene. signi
20 ficatio† sacramenti non est in eo,qui non habuit vxorem,sed non requiritur sacramentum, sed ꝓhibet defectus : qui defectus non est in eo, qui nõ contraxit, Inn. vide simile, non requiritur in eligendo,quòd sit religiosus:sed ex quo fuit,requiritur ꝙ non sit apostata. facit.26. dist.acutius,& qđ ibi no.B.Brix.¶ In gl. sic patet[*ibi, Significat Christum*]
b contra hoc inducitur ad Eph.v.viri diligite [b] vxores vras,sicut & Christus dilexit ecclesiam.ergo dici nõ potest,ꝙ Christus designet vxorem, vel è cõuerso vxor Christum [*Et ibi, Alij dicunt*]ſ. Tan.Phi.
21 Gof.& Inn.hoc†quidam sic impugnant.sicut fuit vna fides antiquorum,& modernorũ;de hoc.§.de sum.tri.super rubrica, ver. fides. sic fuit vna ecclesia,& vna sponsa;ergo non debet synagoga,vt cõcubina distingui ab ecclesia,quæ est sponsa. Illi.n.
c qui tempore[c] synagogæ seruiebant deo, pertinebant ad vnitatem ecclesiæ.ergo synagoga non debet dici cõcubina[*& ibi, Apostolus*]2.ad Corin. 10. in fi.aliàs.11.in prin. [*& ibi,deest in coniuge*] dicunt
22 quidam, quòd actus† contrahentis matrimoniũ non cadit super seipsum,sed super alium ; & ideo specificatur ex termino. vnde,si mulier esset ordinis susceptiua,esset bigama contrahendo cũ corrupto,secus si non contraheret, quæ corrupta est extra matrimonium.¶ In glo. vlti. [*ibi, Qualis*]vbi de hoc,& 32.di.nemo [*& ibi,Opinione*]Host.& Gof. de cle. coniu.sanè. §. j. & ibi vide rõnes Host. [*& ibi,corrup.*] ad hoc.ſ.qui fi,sint legi.tãta. quomodo ad illam decre.respon. Host. ibi dixi in gl. per hãc [*& in fi.*]& ſ.de cle. coniu. c.vno, li.6. vbi videas de hoc.

ADDITIONES.

a Chara.Et propterea alibi dicit Paul.apostolus:dilige vxorem'tuam, quemadmodum,Christus ecclesiam diligit.ui. de pulchre in tract. de matrimonio,col.11.

b Diligite.Vide suprà in apostilla præcedenti.

c Tempore. Vide Albe. de Rosa.in rubrica.ff.de sta.ho.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus non est,qui plures habuit concubinas,nisi interpretatiuè,nu.3.*
2 *Legis,vitiis C.de nuptijs intellectus.*
3 *Criminosum non posse remoueri, reprobatur hic opinio Hugonis,ver.& not.*
4 *Fornicatio res est execrabilis, nec potest vllam sacræ rei inducere significationem,quotuplex sit,nu.5. inducit depositionem nu.10.*
5 *Tanquam,hic non sine causa,& alibi additum.*
6 *Coniugatus plus peccat extra coitum vxoris,quam clericus in minoribus constitutus.*
In ordinibus sacris constitutus minus peccat fornicando, quam coniugatus,ibi.
8 *Pœnitentia imposita sufficit eius partem agere, ad recuperationem status prioris,& postea reliquam peragere.*
9 *Dispensare potest legatus.*
Fornicarius sacer dispensationem non habet, si est occultus, contra verò si aliter,ibi.& nu.11.& à quo possit dispensari, & nu.10.
Irregularitas ex fornicatione occulta per solam aboletur pœnitentiam.eod.nu.9.
12 *Epilogus,& Suffragium glossarum.nu.13.*
Luxuria non habebit amplius castitate,eod.nu.
14 *Additio glossarum.*

CAPVT VI.

1 Via cura. Casus. Qui †plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est. & 2. ibi,ad quod. Et pars huius,de priu. quia circa [*Habentes*]simul,vel successiue.est enim eadẽ ratio. & quida in tex.hãt,succesſiuè[*Concubinas*[a]]ſ.C. de nup.
2 vicinis.So.illa†lex põt intelligi cũ alijs certis & in dubitatis indicijs : aliàs nũquam est matrimoniũ præsumendũ. 30.q.5.aliter. Et no.de fi.presby.Mi
3 chael, Host. [*Bigami*]saltem †interpretatiuè. & videtur ꝙ sic.25. di. primum. & no. satis hic reprobari opi.Hu.quæ habet non posse promoueri criminosum,de quo.ſ.de temp.or. c.fi.ſm Host. [*Incurrerint*]fornicatio,quæ†est res execrabilis, nõ p̃t
4 vllam sacrę rei significationem inducere.vnde ibi per iterationem non deficit sacramentum, quod respicit huius tituli prohibitio.Hostien.Abb.[*tanquam*]additum†non sine causa tanquam.ſ. de ma
5 io.& obe.solitæ[*Simplici*]in laico soluto, & constituto in minoribus dici potest simplex. In diacono,& subdiacono duplex respectu prædictæ simplicis. In presbytero verò,vt de summo nullam faciam mentionem, dicit Hostien. triplicem respectu prædictæ duplicis dici debere ex gradus maioritate.40.di.homo Christianus, & austeritate pœnitentiæ talibus imponendæ.82.di.c.j. vnde dice-
6 bat Abb. quòd licèt † forte coniugatus plus peccet extra coitum vxoris, quàm clericus in minoribus,ad hoc.ſ.de vi.& ho.cle.vt clericorum,ad fi. In constituto in sacris hoc non credit[*Ad executionem*]sup.†vel superioris ordinis susceptionem, de
7 tempo.ordi.c.fin. per quod patet,ꝙ poterit in epi
8 scopum ordinari[*Poteris*]post peractam†pœnitentiam,vel eius partem,de temp. ordi. ex tenore. & no.quòd scribitur legato,per quod no.Pe.& Abb.
9 legatos† dispensare posse [*Dispensare*] imò & sine dispensatione videtur, quòd possit,de temp.ordi. c.fi.sol.secundùm Hostien. & Abb. Illud in occulto , cuius canonica irregularitas per solam pœnitentiam aboletur. Hic de publico,notorio,seu famoso.& idem dixi.ſ.de cle.coniu.sanè.2.Si autem episcopus in hoc publicè deliquerit,non videtur posse citra sedem apostolicam dispensari, cũ hoc
10 delictum†inducat depositionem.25.di.§.alias.super quo vide quod dixi.§.c.2.Alij dicunt metropolitanum dispensare posse,vt hic,& de iudi.at si clerici.sed ex quo notorium est crimen,& dignũ depositione, quid oberit Papæ : si ipsum deponere voluerit metropolita. [*Dispensatio*]Dicit ergo Hostien. quòd licèt ipse sit metropolitanus , non putat quia archiepiscopus in hoc sit iudex. remittit ad not. de ele.cum in cunctis. ad fin. & caueat notorius,ne sic existens suspensus celebret,per ea, quæ dixi.ſ.de coha.cle.& mulie.vestra , de cle.exc.
11 c. fi.& sic no.secundumeum, occultum † per solã pœnitentiam restitui priori statui. notorium per pœnitentiam,& dispensationem,nisi prius irregu-
12 laritatem incurrerit.¶ Prima†glo.s. contrarium , & soluit. secundò no. quòd luxuria &c.s. contra-
13 rium, & remittit.¶ In†gl.j.[*ibi,in fi.colla.4.*] ibi,non amplius habebit castitate luxuria. sed subijciatur ipsa pœnis,& periculũ sustineat [*& ibi,Seruius*] hãc
14 & se.vide de collu.c.3.super vlt.gl. ¶ In†glo.j. [*ibi, fraternitatis*]vbi de hoc[*& ibi.§.1.*]& ſ. de præb. eũ qui,li.6.[*& in fi.*]& facit,quod ibi dixi super gl. triplex,in fi.

ADDITIO.

a Concubinas. Vide Bar.& Albe.in l.filium.ff.de his, qui sunt sui, uel alie.iuris.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus,qui cum vidua contraxit,& eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit,licet bigamus non sit.& quando retinebit clericale priuilegium,nu.3.*
Cum eo per Papam potest dispensari.nu.4.
2 *In minoribus constitutus contrahere potest matrimonium,& an exuatur omni propterea priuilegio clericali.*
Bigamus an sit maritus virginis,si non seruauit ei fidem.
Quid si postquam cognouit vxorem adulteram, se fecit ordinari,ibid.
Quid si contraxit quis cum corrupta credens contrahere cum virgine.ibid.
Quid si contraxit cum corrupta, & ante carnalem copulam ducit virginem quam cognoscit,ibid.
Quid si pendente lite super accusatione adulterij ad mandatum ecclesiæ ipsam cognouerit.ibid.
5 *Epilogus,& Additio glossarum.*

CAPVT VII.

1 Nobis. Casus. Subdiaconus† qui cum vidua contraxit,& eam cognouit,& bigamię pœnam incurrit, licèt bigamus nõ sit. [*De facto*]§.e.nuper,ad fi.dixit,quantum in ipsis fuit [*Non potuit*]de cle.
coniu.per totum,qui cleri.vel vo.c.j. [*Duxit*]& cognouit,ne sit contra.§.e.debitum [*viduam*]& corruptam,ne sit contra de cle.cõiu.sanè.2. [*Vxorem*] secus,si in cõcubinam.§.c.prox.[*Bigamus*] si matri-
2 monium † tenuisset, vt quia iste fuisset in minoribus tantum,tunc esset exutus omni priuilegio clericali.84.di.quisquis.Dicit tamen Ho.ꝙ per illum generalem sermonem non putat sublatum priuilegium canonis,si quis suadente,ar.ff. de pign. generali, & quia in dubio quis debet putare se excõmunicatũ , & quia Papæ est hoc interpretari . Dic
3 contra, vt ſ.eod. c.vno, li. 6.porrò, quia hic † non tenuit matrimonium, dummodò sit corrigibilis, omne priuilegium retinebit.81.di.dictum 50.dist. studeat:aliàs contra,de vi.& hon.cleri.c.fi.cum si. [*Tamen*] ac si dicat,si bigamus non sit, nec matri-
4 monium tenuerit[*Dispensare*]per†episcopum ; sed per Papam posset dispensari. & refert Pe. ꝙ Papa Inno.4.in casu huius.c.cum quodam monaco dispẽsauit[*Defectum*] quid si maritus virginis non seruauit ei fidem ? quid si postq̃ cognouit vxorem adulteram,se fecit ordinari? Et quid si contraxit q̃s cum corrupta credens contrahere cum virgine ? Et quid si contraxit cum corrupta , & ante carnalem copulam ducit virginem , quam cognoscit ? quid si pendente lite super accusatione adulterij ad mandatum ecclesiæ ipsam cognouerit? remittit Host. ad summam,e.ti.§.pe.ver.Secundò quęritur,& de vltimo membrò no.de coniu.seruorũ.
5 c.2.¶ † Prima gl.arguit,ꝙ volũtas &c.¶ In gl.j.[*ibi Dispensari*]in officio;in beneficio bene.28.di. p̃sbyterum.sed contra. Talis cum omnibus bonis suis tradi debet curiæ seruiturus,in auc.de sanctiſ. epi scopis.§.ſi verò post:sed illud non prohibet dispẽsationem,Vincen.

De clericis peregrinis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio rubricæ.*
De argumento huius tituli alibi vbi nam tradatur,ibi.
2 *Peregrini clerici qui hic dicantur, & quare non admittantur indistinctè,remiſſ.*
Inter titulum hunc & infra de peregrinantibus,quæ sit differentia,remiſſ.

1 ¶ Quia†inter eos,qui ab ordinibus prohibentur, arcẽtur & peregrini,ideò &c.Gof.habetur materia. 71.2.& 3.di.per totum.98.dist.per totum,& 9.q.2. congruit rubricę,de cle.nõ resi.fraternitati. Qui
2 †dicantur hic peregrini , & quare non admittantur indistinctè,& quæ sit differentia inter hunc titulum,& ſ. de peregrinantibus, remittit Host. ad summam,eo.ti.

SVMMARIVM.

1 *Ultramarini, & remoti valde ordinationem suam probare debent per quinq, episcoporum sigilla,& nu.11.vide num. 19.& 20.& quorum ordinum 16.*
2 *Diuisio capituli.*
Decretalis hæc de quibus loquatur,ibi.ver.per hoc, & quando locum habeat,num.4.
3 *Incertum diffinire,vel certum se reddere in incerto,graue est.*
4 *Nouitates repellendæ.*
Literis commendatitijs quando credendum,eo.nu.
5 *Instrumento,quod producitur de longinquo,quando fides danda,remiſſ.*
De literarum commendatitiarum diuersis generibus, & quis eas dare possit,eod.nu.& nu.6.ver. quidam tamen.
6 *De ordinatione sua quibus modis possit quis constare, & nu. 16.& 19.28.*
7 *Ordinari quibus de causis quis possit ab alieno episcopo, & num.8.*
8 *Capitulorum.81.& 82.distinctionis intellectus.*
9 *Titulos & præbendas plures,an licitum sit habere.*
10 *Clericus beneficiatus in aliam diœcesim non potest absq; diuisione proprij episcopi se transferre, & si dimittatur, non statim admittendus.*
12 *Suspensio pro probatione.*
Peregrini clerici sunt quò ad alios suspensi, ibid.nõ tamen incurrunt irregularitatem celebrando,nu.13.
13 *Cum suspensis quando episcopus, & quando Papa dispenset.*
14 *Cum in crimine publico deprehenso dispensat episcopus.c.si quis episcopus.11.q.3. de quibus loquatur, eod. nu. ver. imò dicunt.*
13 *Ignotis quæ non committenda,sunt explorandi, cuius sint fidei,num.18.*
16 *Ordinum quorum sufficiat litteras ostendere.*
17 *De priuilegio clericali qualiter quærendum.*
18 *Suffragium, & Additio glossarum,nu.19.*
Exercitor nomine quorum teneatur.
De sigillorum episcopalium fide agitur eod.sup.nu.6.& infr. num.20.
Corruptio vnius facilior,quam multorum,ibi. & nu. 20.
21 *Dispensare,vox in hac decretali vt intelligatur.*

CAPVT II.

1  Vanos. Casus. Vltramarini †,& a-
a lij valde remoti [a]ordinationẽ suã probare debent per v. eporũ sigil-
2 la.Et iunt † duæ partes,cõsultatio,& rñsio.secun-

da ibi, tuæ igitur [*Manus*] per hoc videtur loqui de promotis ad sacros, quibus manus imponitur. de
3 hoc. ſ. de sacra. non ite. c. j. [*Incertum*] graue est † ergo diffinire, vel se certũ reddere, de relicti. cum cõtingat. 11. q. 3. graue [*Exiſtit*] sup. quæris, an saltim ex dispensatione tua tales sint admittendi. ad hoc respondet in fi. cætera dicit ad ipsius institutionẽ. simile. ſ. de bigamis, debitum, Ho. [*Reſpondemus*] in antiqua dicebatur, indulgemus. & gl. T. expone-
4 bat. i. significamus [*Nouum*] no. contra † nouitates[b].
b ſ. de consue. cum consuetudinis [*ſ. epiſcoporum*] dicit Inno. & Host. quod hic dicitur, locum habere
c in his, in quibus nullum, vel modicum [c] præiudicium alij generatur, aliàs non crederetur talibus litteris, nisi per collationem sigillorum, vel aliàs legitimè probaretur, ar. in auct. de instru. cau. col. 6. j. de fid. instr. c. 2. & inducitur hoc dictum ad ea,
5 quæ dicam, e. ti. c. j. in j. colu. de † instrumento, qđ producitur de longinquo [*Teſtimonio*] tractauit hic Inn. aliàs est gl. super rub. & Ho. de diuersis generibus commendatitiarum, de quibus vide, quod
d dixi de cle. non resi[d]. fraternitati. notauerũt etiã quis commendatitias dare possit, quod est expedi tũ. j. de temp. ordi. cum nullus, li. 6. Et no. ſm Inn. q̃ non dicit hic, q̃ aliquis ex istis episcopis fuerit
6 ordinator, vnde probari † videtur, q̃ per quoslibet bonos prælatos potest cõstare de ordinatione. nã & j. e. inter quattuor, innuitur non solùm per litteras episcopi, sed etiam per alia argumẽta posse constare de ordinibus, vt possit licitè promoueri, & celebrare. Quidam tamen dicunt, q̃ quò ad ordines. ſ. vt recipiantur ad celebrandum in ordine
7 suo, solus episcopus, qui ordinauit, dat cõmendatitias, arg. 73. di. c. fi. sed tunc † tantum ab alio episcopo ordinari potest, quando per litteras sui episcopi sit dimissus, vel occurrat alius casus, in quo licitè de iure ab alio episcopo ordinetur, vt si daret ei beneficium, vt præ. decre. cum nullus. nec
8 † obstat. 71. & 72. di. per totum. quę. c. loquũtur, qñ clericus à iure primi episcopi eximebatur in totũ, vt quia tale erat beneficium secundum, quod cũ primo teneri non poterat. Fuit enim intentio antiquorum canonum, q̃ clericus sine volũtate episcopi sibi non auferatur in totum. sed ex quo non aufert eum a primo, sed dat ei præbendam, eum poterit ordinare, ſm Innoc. ad id de præben. cum iam dudum. dicit tamen, q̃ curialius esset, q̃ secũdus sine licentia primi ordinatoris illum nõ ordi-
9 naret, ar. C. de pig l. 3. Sed dicit † Host. q̃ per hoc innuit Inn. aliquem posse habere plures titulos, & plures præbendas cum ecclesia parochiali. dicit autem, quòd de rigore iuris est contrarium, vt patet. 70. di. sanctorum, & in eo, quod legitur & not. de elec. dudum. 2. de præbẽ. de multa. & dicit trãs-
10 ferri † non posse clericum beneficiatum de vna diœce. ad aliam, nisi à proprio episcopo dimittat, vt patet de renũ. admonet. sed & si dimissus sit antequã ꝓmoueat ad aliũ ordinem, vel beneficiũ, probandi sunt mores eius, vt sequitur [*In alijs*] ẽt
11 citramarinis clericis, Inn. [*Obſeruandum*] ſ. q̃ tales † possunt admitti, si habẽt notum sigillum proprij episcopi, vel habent. 5. sigilla ignota. dicit tamen Inno. quòd oportet aliquam notitiam haberi de sigillis, vel ecclesijs saltem per famam. & adde qđ dicam. j. c. prox. [*Ita tamen*] sup. hic seruetur, Vt sub. si ad beneficium promoueri petant, vel ordines.
12 [*Suſpenſione*] idest † probatione, vel quò ad alios, ut no. j. de coha. cleri. c. fi. non enim sunt suspensi ab homine, vel à iure, immò celebrare possent, si essent in loco apto. plebes autem sunt suspensæ au-
13 dire illorum officium, infra eo. tuæ. talis † ergo celebrans nõ est irregularis. vnde & cum eo dispen-
sat episcopus. j. c. fi. sed si suspensus esset à iure, vel ab homine dispensaret solus Papa, infra, de re iudi. c. j. li. 6. 11. q. 3. si quis episcopus. & idem est dicendum † de deprehenso in publico crimine, qui
14 licèt celebrare non debeat, si tamen celebrat, non præcedente dispensatione, cum illo dispẽsare potest episcopus, cum non sit prohibitum. imò dñt quidam. c. si quis episcopus, loqui solùm in suspẽso ab homine, non a iure. remittit autem Inno. & Ho. j. de cleri. excom. mini. si celebrat [*Inſtruantur*] prælati scilicet, ad quos declinant. nam graue est
15 inexpertos &c. 9. q. 3. monasterijs. nec sunt † talia committenda ignotis, de consecra. distin. 2. tribus
16 [*Inferioribus*] ergo non sufficit † ostendere litteras sacerdotij, nisi habeat litteras inferiorum ordinũ, nisi fortè qui ordinauit sacerdotem, tantæ discretionis sit, q̃ non sit præsumendus illum presbyterum ordinasse, nisi sibi de inferioribus ordinibus constitisset: quia tunc præsumam omnia solenniter acta, ar. j. c. j. 97. di. nobilissimus, de procu. in nostra. insti. de fideiuſ. §. fi. secundùm Innocẽ. &
17 Hostien. [*Oportet*] non sic † si quæreretur, an gauderet priuilegio clericali [*Saltum*] quid iuris de his, hĩ 52. di. c. vno. j. de cle. per sal. promo. per totum [*Poterit*] aliàs, poteris dispensare. ¶ In † gl. 3. [*ibi. §. ſeruorum*] exercitor nauis, cum alienos adhibet, explorare tenetur, cuius fidei, & cuius innocentiæ sint: suorum verò seruorum nomine noxali tenetur. ¶ In gl. pe. [*ibi. §. à barbaris*] vide. j. de pur. cano. c. j.
19 super gl. pẽ. ¶ † In gl. 2. [*ibi ſolum*] hoc credo de sigillo ordinatoris: secus videtur de alio testimoniali, per no. in c. statim alleg. [*& ibi, Sufficeret*] & mille non sufficerent sine aliquali notitia, ſm Io. q̃ hoc no. 98. di. c. j. licèt Hug. dixerit. v. ignota sufficere: quia citius falsatur sigillum vnius epi, quàm plurium. & est simile, quia licèt regulariter duo testes sufficiant, quandoq; requiruntur. v. vel plures, ne quid falsitatis machinetur. C. de fideicom. l. fi. j. de testi. licèt vniuersis, in fi. Sed hæc ratio nõ placuit Host. quoniã sic de facili corrũpuntur. v. testes, si cut duo: quia qui sculpendo falsat vnũ sigillũ, de facili posset falsare centum. j. de dolo, & contu. cũ olim. falsitas enim sigillorum plurium dependet à falsante, & corrumpente tantùm, qui sunt duo: ex parte testium fit corruptio, ex parte corrũpen-
20 tis, & singulorum testium. vnde † non est tam facilè corrumpere multos testes, sicut vnum fabrum, prouer. 29. in multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera. vnde quod dicit. v. episcoporum, dic ſm eum cum vno teste, vel saltim vnius ex sigillis notitia, vel aliquibus probabilibus coniecturis. hoc enim de. v. fuit dictum, quia facilius vnius ipsorum poterit haberi notitia. talis enim fortè vnum notum habebit, qui quatuor nõ cognoscet. probat hoc per decr. proximã ibi, per idoneam &c. ¶ In glo. quòd hic [*in fi.*] tales enim, si mentiantur, solùm sibi nocent, Vin. ¶ In gl. nam per [*ibi, cum per bellicam*] vbi de hoc, & 44. di. multis, & j. de præsump. scribam. ¶ In gl. vlti. [*in fi.*] vel ſm
21 Inno. hoc † est dictum, quia si clericus sit ignotus, & literę ignotę, non est sine dispensatione ẽpi admittendus. j. c. fi. vel ſm Host. dispensari ad litterã, si in aliquo egent dispensatione, de ordi. ab episcopo. c. j. & 2.

ADDITIONES.

a Remoti. Contra hoc. c. format Innoc. contra, & soluit. j. de fi. instr. c. quod super his.

b Nouitates. Adde quod omnis nouitas præsumitur mala. & nouitates pariunt disordias. c. quia dilectio, in fin. de consan. & affi. & inducentes nouitates reprehenduntur. 11. di. quis neſciat, in fi. & a nouitatibus abstinendum est, l. in rebus. ff. de consti. prin. & ibi vide pulchre. d. Iaso, referentem Bal. & Ang.

c Modi-

c Modicum. Vide de materia, an stetur sigillo, in c. post cessionem, de proba. per Io. An. & vide in spe. de proba. §. fina. vers. 10. & se. & per Bar. in l. si procuratorem, ff. de procu. & in l. j. ff. quemad. testa. aper.
d Resistentibus. Et ibi vide, an possint probari per testes, si perdantur.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinus, qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur, quomodo probabit. nu. 3.*
2 *Iuramentum sponte oblatum est minoris auctoritatis, quàm delatum à iudice.*
3 *Ordinationis argumenta quæ dicantur, & nu. 5. & 7.*
Argumentorum appellatione an contineantur probationes testium, vel instrumentorum, ibid. ver. Nec sibi placet.
Probationis species licet, vna non alia, tamen idem sunt substantia, co. nu. ad fi. ver. Dicit autem.
4 *Probatio testium, instrumentorum, & argumentorum cui æquiparetur, & quatenus.*
5 *Præsertim, pro maximè.*
6 *Epilogus, Suffragium, & Additio glossarum. & nume. 7. 8.*
Clericus litteras episcopi sui, cum princeps aditur, habere debet.

CAPVT II.

1 INter quattuor. De mato. & obbe. de cle. non resi. de reli. do. inter quattuor, pars huius. & h. d. Peregrinus † qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur. Cõmunis diuisio. & scda ibi, inquisitioni [*Vtrum*] sup.
2 quæsiuisti [*Offerẽtes*] minoris † auctoritatis iuramẽtũ sponte oblatum, quàm delatũ à iudice, vt dicã. j. de resti. in inte. ex litteris [*ipsorum*] clericorũ ad te
3 venientiũ [*Argumenta*] cũ hic nõ quærat † alterius patrimonium, & in spiritualibus sufficiat credere, de conse. di. 2. vt qd. de presbytero nõ baptizato. c. 2. & aliàs sit bonæ famæ, & vitæ, & hẽat. 5. ẽpo rũ, licèt ignota, sigilla, si qua notitia habeat per famã, vel alio modo, vel de ẽpis, vel de terris ipsorũ, licèt insufficiens sit probatio, tñ hoc casu credit Inno. eos admitti posse. ad qđ facit ſm Host. qđ no. j. de test. licèt, in fi. Quid enim si qs ordinatus fuit, iã lapsi sunt 50. anni, nec extant testes, vel instrumẽta ordinationis suæ, constat tũ per illos, inter quos cõuersatus est, q̃ semp se gessit vt ꝓbyter; sic celebrauit & conuersatus est, vtiq; hoc sufficit, ar. ff. ad Mace. l. 3. j. de presby. nõ bapti. c. 2. & 3. dicẽt ergo idoneum ar. non ex multitudine sigillorũ penitus ignororũ, sed ex certis sufficientibus ꝓsumptionibus, vel indiciis ſm Host. & dixit. ſ. c. proxi. Nec sibi placet, q̃ hoc intelligatur de proba. testiũ vel instrumentorum, cum alia sit à probatione argumentorum, ad quam peruenitur deficiente prima. Dicit autẽ, quòd licet vna ſpecies huius pro-
a bationis [a] non sit alia, tamen sunt idem in substantia. & est simile de personis trinitatis. & submittit,
4 quòd probatio † testium potest æquiparari patris potentiæ. probatio instrumentorũ, vel litterarum filij sapientiæ. probatio argumentorum benignitati, vel beneuolentiæ spiritus sancti. & quia argumenta ad modum spiritus sancti procedentis à patre, & filio, quandoq; procedũt ex testibus per se insufficientibus, quãdoque ab instrumentis nõ per omnia idoneis simul iunctis; voluerunt iurisconsulti per hunc modum subuenire; ad hoc, de ver. signi. forus. §. causa. Dicit tamen, quòd hæc adaptatio non est nimium attendenda: quia licèt in his aliqua similitudo notetur, non tamen per omnia, de sum. tri. damnamus. §. cum ergo [*Suscipe*] ad celebrandum solenniter, vel ad titulum beneficij.
5 [*Præsertim*] pro † maximè [*Conuersatio*] vtrunq; igitur est necessariũ, ordinis testimoniũ, & vitę probatio. ſ. c. prox. Host. ¶ † Secunda gl. respondet per
7 quæstionem, quæ vocat hic argumenta. ¶ In † gl. 2. [*ibi, Indicia*] vide de prob. tertio, super vlt. glo. [*& ibi, Si qua per calum. in fi.*] clerici pro negocio ecclesiastico principem adeuntes, si litteras episcopi sui non habuerunt, non habebuntur pro clericis. Idẽ
8 de monacis. ¶ In † glo. 2. [*ibi, de præsump. litteris*] & de hæreticis, excommunicamus, vbi de hoc in vlti gl. [*& ibi, episcoporum*] vel dicta testium, qui apud suum episcopum viderunt ipsum celebrantem in eo ordine, quem se dicit habere, Go ffr. [*& ibi, Cum olim. 1. in fi.*] & ibi de hoc in vlti. glo. & 97. dist. nobilissimus.

ADDITIO.

a Probationis. Hic nota, quid sit ar. de quo vide Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & de indicijs. in l. fi. ff. de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinus, de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto.*
2 *Testes, & instrumenta æquiparantur.*
3 *De ordinatione sua peregrinus qualiter constabit.*
4 *Epilogus, & Additio glossarum.*

CAPVT III.

1 VAe fraternita. Casus. Peregrinus †, de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed permittitur in occulto. Cõmunis diuisio. & secunda ibi, respõdemus [*Vtrum*] sup. q̃ quisti. Pe. [*Teſtes*] equiparãtur
2 † ergo testes, & instrumenta, de fi. instr. cũ Ioannes [*Canonica*] ad omnes ordines, de conse. di. 2. tribus.
3 de hoc. ſ. eo. c. j. Innoc. [*Penitus*] hoc dicit, quia † dato, q̃ nunquã fuissent ibi visus, tamen per famã per sonæ diuulgatam, & qualitatem & quantitatẽ sociorum posset statim episcopus informare animi sui motũ. & adde quod no. ſ. c. proxi. [*celebrare*] publicè, & sic bene cõtinuatur, quod sequitur. ¶ Vl-
4 tima † gl. reddit diuersitatis rõnem. ¶ In gl. j. [*in fi.*] quas episcopus dare nõ debet, nisi postulatus, ne præstet materiam euagandi. 72. di. c. j. Gof.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinos sine diœcesanorum consensu in ecclesijs suis admittere non possunt inferiores prælati, & quos, & ad quæ nu. 5. & 9. 10. 15. & 17.*
2 *In causa propria quilibet potest facere fidem testimonium ferendo, contrarium regulariter est verum.*
3 *Discere, hic quomodo capiatur.*
4 *Ecclesiæ, quæ in diœcesi sunt alicuius episcopi, præsumuntur eius iurisdictionis.*
6 *Decretalis hæc qua de causa pertineat ad hunc titulum.*
7 *Consuetudo irrationabilis & imprescriptibilis iurisdictioni sui episcopi se subtrahere, vel vsurpare, quę sunt episcopalis auctoritatis.*
8 *Proprij clerici, quàm alieni sunt instituendi.*
Institutio auctorizabilis ad minorem episcopo non potest pertinere. vide nu. 12.
In institutionibus spectatur initium, ibid. ver. quantumcunq.
Ingressus vitiosus si est in institutionibus, nullę sunt, eo. ver.
11 *Dispensatio episcopi, de qua in decretali, vtrum necessaria his, qui electi sunt aliquo contempto, & in quo stat cum peregrinis, nu. 15. & 18.*
13 *Epilogus, Suffragium, & Additio glossarum. 14. & nu. 15. & sequentibus.*
17 *In ecclesijs monacorum episcopus an & quod ius habeat, quod spectet ad hanc decretalem.*

In capellis eorundem, quod.
Conſenſus ſuus ſi diœceſanus malitiosè præſtare negligit ad ſuperiorem recurrendum, eod. num. ver. ſi verò populus.

CAPVT IIII.

1 ENobis. Caſus. Inferiores †prælati ſine diœceſanorum conſenſu in eccleſijs ſuis peregrinos nō poſſunt inſtituere. Cōmunis diuiſio. & ſecunda pars, ibi, Attendentes [*Didicimus*] id dicimur ſcire, &c. 22. quæſtione. 5. hoc videtur. & eſt arg. ꝙ
2 †quilibet in cauſa propria ferendo teſtimonium fidem facit. contrarium regulariter eſt verum. 4. q. 3. §. Item, ver. nullus. de hoc. ĩ. de teſti. in omni.
3 expone, didicimus † quò ad ſcribentem, ſed non quò ad alios. vel hoc dixit, quia non præſumitur, quòd tantus prælatus ſcribat falſum, argu. vt eccleſia. beneficia. c. vno. & expone. i. accepimus, vel audiuimus, infra, de fide inſ. c. 3. & 4. de ſimo. audi-
4 uimus, ſecundùm Hoſt. [*Tuæ*] quod †præſumitur, ex quo ſunt in diœcce. de reli. do. de xenodochijs, Hoſtien. [*Conſcientia tua*] ſed nec cum conſcientia eius hoc liceret, niſi à prælatis ſuis fuerint dimiſſi. 71. & 72. di. per totum, Innocen. & Hoſtien. [*Clericos*] ignotos † vel notos. Sed ad celebrandum bene poſſent illos admittere, ſi illos plenè noſcerent non per litteras: quia ſolis epiſcopis reſeruata eſt
5 hæc cognitio, Innocen. [*De alienis*] Sed nec indigenas poſſunt inſtituere ſine epiſcopo ſecundū Hoſtien. de hoc infra, titu. j. cum ſatis [*Epiſcopatibus*]
6 aliàs partibus. & propter † hæc verba facit ad titulum ſecundùm Hoſtien. qui dicit, quòd competē tius poneretur ſub titulo de inſtitutionibus [*Non reuertuntur*] ſup. quæris, vtrum tales debeas remouere, an cum eis debeas diſpenſare [*Id*] ſcilicet extraneos inſtituere [*Nulla ratione*] ſcilicet ſcripta, quæ contraria eſt, vt ſequitur, vel conſuetudinaria. eſt
7 †enim in hoc conſuetudo irrationabilis & in præſcriptibilis. Eſt enim irrationabile, quòd quis ſe ſubtrahat iuriſdictioni ſui epiſcopi, vel vſurpet, quæ ſunt epiſcopalis auctoritatis, vt nona geſima tertia diſtinctione, nulla, de exceſſibus prælatorū, accedētibus, & de hoc, de præſcriptio. cum ex offi cij, & de off. archidia. c. fi. Hoſt. [*Licere*] tum quia po
8 tius propriꝝ † quàm alieni ſunt inſtituendi. 72. diſt. per totum: tum quia inſtitutio auctorizabilis ad minorem epiſcopo pertinere non poteſt. 16. q. 7. nullus, & de hoc. ĩ. ti. j. cum ſatis: tum quia nulla ratio hoc permittit, vt hic: tum quia contrarium eſt honeſtati, vt ſequitur, ſecundùm Hoſt. [*Remouere*] quantūcunq; tenuerint, ex quo vitioſus eſt ingreſſus: quia in talibus ſpectatur initium, de elect. dudum. j. & 2. de præben. dilecto [*Diſpenſatione*] ſup. expreſſa. dē hoc de ſuplen. neg. præla. licèt. quan-
9 tūcunq; † enim habeatur clericus prioris prælati [*Licentia*] neceſſaria eſt diœceſani licentia, in cuius diœceſi inſtituitur. & hoc ideo ad epiſcopum ſpectat: quia quandoq; crederent aliqui ſufficere litteras, quæ non ſufficerent. ſed & alia impedimē ta poſſent occurrere. vnde in talibus adhibēda eſt diœceſani prouidentia, ar. de ſenten. excommun.
10 c. 2. ſed nec ad celebrandum † populo poteſt admitti per eos, ſicut nec ipſi dāt dimiſſoria, ſed epiſcopus ſecundùm Innocen. In quo autem diſpenſet hic epiſcopus, dicam ſuper gl. ¶ Sed nunquid
11 †hæc diſpenſatio eſt neceſſaria in his, qui ſunt ele ēti aliquo contempto, vel poſt appellationem? dixit hic Innocen. & Hoſtien. quòd non, quamuis propter contemptum poſſet caſſari; de hoc. ſ., de ele. quod ſicut [*Dimittendos*] dicebat Abb. per hunc
12 textum † probari prælatos illos aliàs habere ius inſtituendi: aliàs non ſufficeret dimiſſio, ſed requī
13 reretur noua inſtitutio. ¶ †Secunda glo. arguit ad duo, & de ſecūdo remittit. ¶ In gl. j. [*ibi, In eccleſijs*]
14 vide de reſcrip. Si proponente, ſuper vlt. gl. ¶ †In gl. j. [*ibi, per totum*] & maxime c. pen. [*& in fi.*] vbi de hoc. ¶ In glo. 2. [*ibi, Diſpenſationem epiſcopi*] in cuius diœce. inſtituitur. vnde dixit Inno. & Hoſt. quòd
15 quantūcunque † clericus prælati ſui habeat licentiam, non tamen licèt eum inſtituere in alia dieceſi, niſi epiſcopus diœceſanus eum approbet, &
a diſpenſet [a], quòd hic dicit expreſſum, & 71. diſti.
b hortamur [b]. nec tamen † in hoc poſſet diſpenſare
16 epiſcopus, quòd ſine litteris dimiſſoriis maneat in eccleſia: ſed diſpenſat, vt quamuis minus cano nicè ſit inſtitutus, & ſit ignotus, non eijciatur de
17 eccleſia. Si † verò Abb. & monaci clericum ex rraneum habētem dimiſſorias in ſua eccleſia, vellent inſtituere, eſt aduertendum, an eccleſia illa etiam cum populo ſit exempta, & an etiam familiares ſint exempti, vel non; & tunc videtur Inno. & Hoſt. quòd licèt ſic ſit plena exemptio, & ad eos ex priuilegio ſpectet inſtitutio: tñ ad diœceſanum recurrent, non vt præſtet aſſenſum, ſed vt cognoſcat de litteris dimiſſorijs: poſtquàm pronunciauerit eum plene dimiſſum, poterunt eum inſtitue re. aliàs, ſi hunc ordinem non ſeruent, poterit epiſcopus in taliter receptum animaduertere, cum delinquat in ſua diœce. celebrando, niſi obſtet priuilegium, quod videndum eſt & ſeruandum, de priui. porrò. & quæ dicta ſunt, vera ſunt in eccleſijs habentibus populum exemptum. Si verò populus non eſſet exēptus, neceſſarius eſſet aſſenſus diœceſani, quem ſi malitiosè præſtare negligit, recurratur ad ſuperiorem, de iure patro. nullus. Sed ſi capellæ ſunt exemptæ, nec habent populū, videtur Innocen. quòd poſſint inſtituere extraneum habentem dimiſſorias, etiam ſine licentia epiſcopi. nec ob. quod eſt dictum de delicto: quia iſte non deliquit, vel aliud in non exemptis. & in
18 caſu † huius decre. poſſet dici ſecundùm Innoc. quòd hic non recipit executionem inſtitutionis ſuæ, niſi cum eo diſpenſetur, vel melius ſecundū eum eſt diſpenſatio neceſſaria, quia ignotus, vt dixi. ſ. c. j.

ADDITIONES.

a Diſpenſet. Vide glo. & ibi Pan. in c. dudum, de elec. & Pan. & Inn. in c. extirpandæ, in §. quia vero, de præben.

b Hortamur. Et illa decre. & iſta fallit, quando epiſcopus eſt patronus in eccleſia alterius diœceſis, tunc ꝑt etiam præſentare de alia diœce ſi etiam ignorādo, & ille debet inſtitui. & hoc eſt ſpeciale in epiſcopo, quia veriſimile eſt, quòd epiſcopus habeat eius notitiam, & qđ aliàs nō præſentaret, & hic eſt caſus in c. ſignificaſti. ĵ. de iure patrona. & c. ſi quis epiſcopus, 16. quæſtio. 5. & vide quod ibi in gl. & ibi ſcripſi, Arch.

De officio archidiaconi. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia tituli.*
2 *De materia huius tituli vbi tractetur alibi, loca indicat.*

1 ¶ Explicito † tractatu ordinandorum, de dignitatum officijs videamus. Et qa archidiaconus poſt
2 epiſcopū maior eſt, ideo &c. Gof. de † materia. 25. di. perlectis, ver. archidiaconus. 74. di. Honoratus. 94. diſt. c. vlt. huic benè conuenit, de vita & honeſte. cleri. clericis. Item de cenſi. ea quæ, de ſi. in tantū; in fi. de exceſ. ꝓla. c. 2. de pēni. licèt [*ex libro Ro. or.*] ſup. inter cætera ſic habetur, vt archi. &c. vel ſup. volumus, vel ſtatuimus, Hoſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Archidiacono multa capitula concedunt, quod alibi conceditur alijs dignitatibus, & e conuerſo, & ratio, nu. 2.*
2 *In officio archidiaconi inſpicienda conſuetudo, quæ ſi non fuerit, quid ſit ſeruandum, ſic cæterarum dignitatum, nu. 11.*
3 *Archidiaconi ſubditorum poterit epiſcopus cauſas audire, et abſoluere excommunicatos, & ratio.*
Archiepiſcopus non poteſt id in ſubditos ſuffraganeorū, ibid.
4 *Archidiaconi licet ſint vicarij, etiam certa dignitate potiuntur, nec remoueri poſſunt pro volūtate epiſcopi, nec eorum officium epiſcopus exercere poteſt.*
5 *Archidiaconi, & ſimiles cur vicary dicuntur in quos tranſeunt dignitatum conſtitutiones, quæ pertinent ad epiſcopos, niſi quædam excipiantur.*
Dignitatum in eccleſia epiſcopali electio, & præſentatio ad quos pertineat, eod. nu. ver. vel ſecundum.
6 *Archipresbyter eſt etiam vicarius epiſcopi in ſacerdotalibus*
7 *Cap. 2. de offi. archipresby. vt concordent cum loco huius decretalis ad vocem eccleſiaſticorum.*
8 *Allegatio non eſt apud Deum ſubſidio.*
9 *Parochia pro diœceſi.*
10 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 11.*
Archidiaconus nō excluditur in iuriſdictione primicerij, nec. Epiſcopus in iuriſdictione archidiaconi.
Archidiaconus quibuſdam eccleſijs eſt maior, archipresbyter in alijs, diaconus in alijs. ibid. cum exemplis.
12 *Viſitationem epiſcopus an alij poſſit committere, & an viſitatio epiſcopi impediat archidiaconalem.*
13 *Viſitare quando teneatur archidiaconus.*

CAPVT I.

1 TArchidiaconus. Dicebat hic Inno. ꝙ multa † capitula huiusti. concedunt archidia. qđ alibi cō ceditur alijs dignitatibus, & econuerſo. vnde dicit cum glo. conſue-
2 tudinem † inſpiciēdam. vel illa capitula loqui, qñ non eſt alia dignitas in eccleſia, cui melius id cōpetat, vbi non apparet conſuetudo, ſtaretur decr. ad hæc, & c. vt noſtrum [*vicarium*] dicebat Inno. ꝙ
3 †quia vicarius eſt, audit eꝑs cās ſubditorū ſuorū per querelam, & abſoluit excōicatos ab ipſo, de hoc. ĵ. de offi. ord. cum ab eccleſiarum, qđ nō poſſet archieꝑs in ſubditos ſuffraganeorū. ĵ. 9. q. 3. nul-
4 lus. licet † tamen ſint vicarij, etiam certa dignitate potiuntur, vt patet per hunc titulū, nec remoueri pñt pro velle eꝑi, nec ipſe eorum officium exercere, de hoc in præalle. c. cum ab eccleſiarum, & vide quod dicam. ĵ. c. fi. ſuper ver. conueniri. Dicun-
5 tur † autem arch. & ſimiles ideo vicarij: quia omnia, quæ exercent, ad epiſcopos pertinent. dignitates conſtituendo, hæc tranſeunt, niſi aliqua tunc excipiant, quod credit Inno. eos poſſe, ſicut earum electionem, vel cuſtodiam ipſarum vacantium, de inſti. cum veniſſent, vt eccle. bene. c. vno. ĵ. eod. ad hæc. §. vlti. vel ſecundum eum electio, & preſentatio harum dignitatum potius pertinet ad eos, q
6 illas dotauerunt [*Eius*] i. eꝑi, † & archisbyter, quo ad ſacerdotalia eſt ēt vicarius eꝑi. ĵ. ti. j. ca. j. & ij. & repete. ſciat [*Curam*] habet ergo curam, de hoc. ĵ. eo. cum ſatis [*In clero*] i. clericorum, vt inuunt ſequentia adiectiua ſm Hoſti. [*Eorum*] clericorum [*Onere*] aliàs honore, cui ineſt onus 8. q. 1. qui eꝑatum [*Reſtauratione*] de hoc, de ec. ædi. c. 1. & cap. de
7 his [*eccleſiaſticorum*] virorū † vel miniſtrorum. ꝭ, qa pertinent ad archipresbyterum. ĵ. ti. j. c. 2. ſolue, vt
8 ibi dixi. in j. gl. [*Coram Deo*] apud quem † non eſt de allegatione ſubſidium. 9. q. 3. aliorum. Goff. [*Et vt*]
9 repete, ſciat, vel ſup. ſtatuimus [*parochiam*] i. † diœceſini, de dona. apoſtolicæ, de pecu. cleric. c. 2. [*Corrigat*] minora: maiora ad epiſcopum referat. ĵ. e. ad
10 hæc, Inn. ¶ †Scđa gl. ſignat ꝯriū, & ſoluit. 3. ſignat
11 contrarium, & ſol. ¶ †Glo. j. [*ibi. l. 1.*] vide. ĵ. ti. j. c. j ſuper. j. glo. ¶ In glo. 2. [*ibi, Perlectis*] ver. ad primicerium [*Et in fi.*] vel locale eſt, Vin. in iuriſdictione epiſcopi non excludiī archi. ſicut nec in iuriſdictione archi. eꝑs, Goff. vel referuntur hęc ad diuerſas conſuetudines. in aliquibus eccleſijs maior eſt archi. in aliis archipresbyter, vel decanus, poteſt exemplificari in primicerio Metenſi, qui nō ſubeſt archi. in archipresbytero Vercel. & Paduano, qui tenent primum locum poſt epiſcopum, vt dicit Hoſt. ¶ In glo. [*Epiſcopus, ibi, Non poteſt.*] dicebat
12 †Inno. ſi epiſcopus non poteſt viſitare, mittat pro ſe alium, quem elegerit, ſi hoc de conſu. habeat, vel hoc, vbi non eſt archid. ad quem ſpectet, & ſic poteſt intelligi x. q. j. eꝑs, & c. decernimus. dicit Hoſtien. ꝙ epiſcopo licet mittere quē vult, & nihilominus viſitabit archi. ſi de conſue. hoc hēat: quia vna viſitatio non impedit aliam, de hoc. ĵ. eo. man
13 damus [*Et in fi.*] dicebat † Phi. de neceſſitate tenetur de triennio in triennium: poteſt tamen ſingulis annis, ſi vult, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi in quibuſdam eccleſijs habent officium, in quibuſdam iuriſdictionem, & vbi de vtriſque tractetur, & quę ad vtrunque pertineant, & nu. 2. & ſequentibus.*
2 *In proceſſione qualiter incedere debeant clerici.*
3 *Auſcultare quos debeat archidiaconus.*
4 *Verbi in alia reſolutio.*
5 *Minores in eccleſia qui dicantur.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 OFficium. Nō ſummatur, nec ponitur literalis caſus, niſi ꝙ ponit † quæ ſpectent ad officium archid. & not. quod dicit, officium: quia, vt etiam dixit Hoſt. archidiaconi in quibuſdam eccleſijs habent officium: in quibuſdam iuriſdictionē, hic proprie tractatur de officio, & ĵ. eo. ad hæc. §. in quadam, & 25. diſt. perlectis, ibi, archi. enim imperat, de iuriſdictione tractatur. 25. diſt. perlectis, vbi dicitur, quod audit iurgia, & ĵ. eo. ad hæc. ¶ Secundo inſtituit 63. diſt. ſi in plebibus, de hoc. ĵ. eo. cum ſatis. ¶ Tertio pœnas infligit. ĵ. de pēnis, licet. ¶ Quarto priuat beneficijs, de præben. referente. ¶ Quinto a ſubiectis percipit obſequia, infra, de exceſ. prælatorum, ad hæc. ¶ Sexto perpetuam vicariam, curam, & per conſequens iuriſdictionem ordinariā habet. ſ. c. j. ¶ Septimo corrigit, viſitat, procurationes recipit, ſuſpendit, excommunicat, interdicit. ĵ. eo. mandamus, de elec. dudum. ij. & ĵ. c. fin. quod dic vt ibi. ſunt quædam iura, quæ faciunt contra archi. quia non inſtituit. 16. q. 7. nullus. ĵ. eo. cum ſatis, & c. ſeq. ¶ Secundo quia vicarius, & ſic epiſcopo prohibente nil poterit. ff. de iu di. iudicium. de hoc. ſ. eo. c. 1. Tertio, quia de paruis tantum cognoſcit: maiora refert. ĵ. eo. ad hæc, per quod patet, ꝙ eſt pedaneus paruus, aut nullus iudex, vel delegatus. C. de peda. iudi. l. 2. & fin. ſm Gof. de hoc. ĵ. eo. c. fi. [*Procedat*] quaſi dicat, or
2 dinabit † proceſſionem, quod vadāt bini, honeſte, & demiſſo vultu, non ad modum ceruorum facie leuata, ſm Hoſ. [*In tantum*] ſubaud. tenetur auſcul
3 tare, quod præcedit [*Nullus*] incognitus † vel non probatus. epiſcopum, enim, vel alium probatum non auſcultabit, quia notoria non ſunt examinānda. ſ. de fil. presby. quoniam, ſm Hoſt. vel dic, vt ĵ.
4 [*Legat, vel cantet*] prima vice [*Ordinet*] i. † ordinare diſponat [*Deferre*] debeat, quod eſt infra [*Minorum*]
5 ſ. † clericorum, vel etiam laicorum deputatorum ad campanas pulſandas. vel ſimilia officia, ſm Ho
6 ſtien. ¶ Prima † gloſ. obiicit, & ſoluit. ¶ In gloſſ. 1.

ibi,

[ibi, *Scholarum*] vel cancellarii, si est in ecclesia, Tã. Vin. vel primicerii. ff. de officio prim. ca. vno. quod est contra, & ibi sol. in glo. fi. [*& in fi.*] secundum Tan. vel loquitur hic cum episcopus est præsens, & mandat hoc per archi. expediri, secundũ Vinc.

SVMMARIVM.

1 *Custodia vasorum ecclesiæ pertinet ad archidiaconum, & de earum custodia tenetur, et nu. 2. de custodia aliorum, nu. 4.*
2 *Ciminalia quid, & quarum ecclesiarum intelligantur esse.*
3 *Titulus de exercitoria non incongrue adaptatur ecclesiæ, & ratio.*
Ecclesia Dei vocatur nauis, ibid.
5 *Epilogus, Suffragium, & Additio glossarũ, nu. 5. & nu. 6. 7.*
Culpa, & negligentiæ nomine tenetur prælatus, & nu. 6.
Custodiam qui habet, quatenus teneatur, & nu. 6.
Pro ea quod recipiat pretij prælatus, nu. 6.
Continens pro contento ponitur, eod. nu. 5.
7 *Negligentia qua de causa crimen sit.*

CAPVT III.

1 Aque. Casus. Custodia† vaso-
2 rum ecclesiæ spectat ad archi. [*Ciminalia*] ff. de verbo. signi. cum inter. Et ponitur† pro pelue, quæ portat in ecclesia ad eleemosynam colligẽdam, vt ibi [*Collecta*] forte ad custodiendum, vt quia ecclesia cathedralis fortiorem habebat sacristiam, ideo aliæ ecclesiæ ciminalia sua, & thesaurum ibi deposuerunt. de horum custodia tenetur archi. reddere rationẽ vel intelligitur de thesauro ipsius ecclesiæ, etiam si sacristiam habeat. Nam & ad officium archid. spectat, vt diligẽtem curam habeat super omnes inferiores prælatos ecclesiarum, qualiter hæc custodiant. alias si reperiatur negligens, obligatur secundum Inn. nisi ipsum excularet consuetudo ɔria. ſm Host. [*Fraude*] caueat ergo, cui committat custodiam, tenetur enim de fraude, & offensa illius, cui committit, vt hic patet, & de statu regula.
a cum ad mona. §. pe. ad idem.[a] ff. de custo. re. l. fi. ut lite non conte. c. 1. ad fi. ar. ff. na. ca. sta. l. 1. in fi. & 3.
b ff. de exerci. l. 1. §. magistrum. quæ [b] materia† cum
3 Dei ecclesia dicatur nauis, quę & si turbatur, non periclitatur ſm Ambro. 24. q. 1. non turbatur, non incongrue adaptatur ſm Hosti. [*Ordinem*] i. officiũ custodiæ, ergo non debet inde ali, ff. ex quibus ca. in pos. ea. Fulcinius, quod non credo. ſ. de censi. cũ
4 apostolus, Vin. ¶Secunda† glo. obiicit, & sol. ¶In 3. glo. [*ibi, Si res pupilli*] si res pupilli, quæ debebant in horreis esse, uel esse iam uenditæ, in hospitio tutoris igne pereãt, tenetur tutor [*& ibi, quicquid inutile*] tutelæ in iudiciũ uenit, quod etiam leui culpa tutoris periit, uel cum posset, minor nõ quæsiuit [*& ibi, Si quos*] uide ſ. de hæretici. cum ex iniuncto, super gl. ante pe. [*& ibi, Carceri*] custos carceris, si dolum committat, punitur: si negligens est, remouetur [*& ibi, Non est*] custos negligens pro modo culpæ uel castigatur, uel militiam mutat [*& ibi, Magna*] sequitur, negligentia culpa est, &
5 magna culpa dolus est. ¶In† gl. 2. [*ibi, Apostolicos*] & ponitur continens pro contento. R. cimeliarcha i. sacrista, uel thesaurarius custodiens, quæ in ecclesia deponuntur. C. de bo. auth. iu. pos. l. fi. ibi, nec uiros reuerendissimos œconomos, uel cimiliarchas &c. Host. [*& ibi, thesaurarium*] uel sacristiã, ſ. de of. sac. c. uno. ¶In glo. [*prælatus ibi, Negligentia*] ut aliquid addat per hoc ad id, quod dixerat de leui culpa, uidetur hoc intelligendũ de leuissima,
6 nec mirum ſm Innoc. quia† qui precium recipit pro custodia, tenetur de leuissima. Sed prælatus habens hoc officium plusquam precium recipit, cum plus sit habere dignitatem, quam precium, uel ſm eum intelligitur hoc, quando hæc cimilia non erant deposita, sed pignori obligata, uel alio modo accepta ab ecclesia, uel ab episcopo etiam apud archi. commendata [*& ibi dictum*] ubi de hoc, & ſ. de statu mona. cum ad mona. in fin.
7 propterſid dixit Inno. ſ. de elec. querelam, in principio. quod negligentia crimen erat.

ADDITIONES.

a Ad idem. Vide Sali. in l. fi cum vendita, ff. de peri. & comm o. rei vẽ. di. Ale. in consi. 217. in 2. vol. repetito in consi. 50. vol. j. & per Ias. & Ale. in l. fi quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden.
b Quæ. Et vide gl. et Io. And. in c. pe. ſ. de reg. iu. et per doc. in l. fi creditor. C. de pign. act. et per Bar. in l. fi quis ex argentarijs. §. fiña. ff. de eden. et vide ſ. in 3. gl. et super illa.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus sine mandato episcopi non committit curam animarum.*
2 *Immiscere se rei ad se non pertinenti, culpa est.*
3 *Institutio auctorizabilis ad solum spectat episcopum.*
Administrare repræsentatus, nec is, cui collata est ecclesia, sine institutione episcopi: aliàs episcopus cum remouebit, ibid. & nu. 4. & 5. nec ab archidiacono institutus, num. 8.
4 *Ecclesiam intrare, vel derelinquere nullus potest absque episcopi auctoritate: aliàs censetur fur, & latro, & nume. 5. & 8. & 9.*
Aaron tanquam qui dicatur vocatus, ibid.
5 *Ingerere se in ecclesia quis dicatur.*
Episcopus est Christi vicarius, eod. nu.
6 *Institutio quare præscribi non possit, & nume. 18. contraria opi. reprobatur.*
Institutio quædam est corporalis, quę pertinet ad archidiaconum, ibid.
7 *Quædam etiam pro collatione ponitur, quam ipse posset de cõ consuetudine habere.*
8 *Concessio pro institutione ponitur.*
9 *Cura animarum non vno modo accipitur, quia aliquando strictè: aliquando large, nu. 11. & quæ vtraque sit, & qui eam habere possint, ibid. & nu. 13. & 14. priorem qui dare possit, eod. nu. 9. & 10. & nu. 13. & 14.*
12 *Cura vtraque memorata intelligitur. l. c. de multa, de prebẽ. Ecclesiam, vel prebendam alius conferre prælatus non potest præter episcopum, eod. nu. nisi in casu.*
13 *Cura dici non potest potestas ligandi in foro pœnitentiali, sed quid sit cura, & qui eam habeant, nume. 14. & etiam hoc ipso nume.*
Potestas ligandi & soluendi est potestas ordinis, non iurisdictionis, & qui eam habeant, eod. nu. & 14. quam sacerdos alij concedere non potest, nisi episcopus, ibi. antequam etiã ordinaretur, & ratio.
14 *Committere iurisdictionis est, ver. quia committere.*
nullam differentiam faciunt: & dicunt, quod
etiam ſi in omnibus monaſteriis prædicta exer-
cuit, non tamen hoc in nouis monaſteriis exerce
bit, argumentum, infra de deci. cum contingat,
ſecundum Innoc. & faciunt hæc ad quæſtionem
legiſtarum de nobili, qui nunquam collectauit
ſubditos, cum mos patriæ habeat, quod tribus
caſibus poſſint illos collectare, puta militando

filias maritando,& mare transfretando,quorum vnum ſibi imminet,quod vide per Cyn.C.quæ ſit lon.conſue.l.2.in.4.col. vbi diſtinguit cum Petro inter ius vniuerſale ꝓſuetudinis,& ius ſingulare p̄ſcriptionis 12.q.2.cognouimus,vbi legitur, ꝙ etiã noui reditus iure veteri cenſent:quia non dicitur hoc ibi,ꝙ eps̄ de nouis reditibus partem ſuam ſoluat clericis ideo , quia de veteribus ſic ſoluit , ſed quia ſic ſolui debet de iure communi.nec ob.ſ.de cenſi.ſuper eo,& ſ.de conſue.cum olim: quia ibi loquitur de his iuribus , de quibus nihil certũ eſt in iure ſtatutum.In illis. n.ſatis æquum eſt,ꝙ conſuetudo prouinciæ,ſiue vicinarum eccleſiarũ debeat obſeruari,ar.12.diſt.diuturni,& c.oĩa,& c.ſe. ſed ꝙ archi.in mona.prędicta exerceat ꝯ ius eſt cõmune . & quod diximus de archi.idem intelligas de decano,& quolibet alio, qui hoc de iure communi exercere non poteſt. ¶Quid†ſi decanus in hoc monaſterio ſancti Petri hanc iuriſdictionem acquiſierit ex priuilegio,vel conſuetudine iam p̄ſcripta : poſtea ceſſet ipſam exercere tanto tpe,ꝙ archi.in oĩbus alijs mona.hanc iuriſdictionem de cõſuetudine acquiſiuit;nonne per ꝓs ipſam exercebit ī hoc monaſterio ſancti Petri? Reſpõdeo nõ quia ſatis dat intelligi per hanc lr̃am,quando dicitur,in eiſdem abbatiis,& quãdo dr̃.ſ.in huiuſmodi abbatijs . i.ſimilibus . non enim ſunt ſimiles,ex quo ponis , ꝙ ibi ad diuerſos iuriſdictio pertinebat.¶Quid†ſi non iuriſdictionem, ſed certam pẽſionem annuam,puta.x.ſol.vel certam partẽ obla tionis in omnibus alijs omnia præſcripſit,& de cõſuetudine acquiſiuit,nunquid eãdem poterit exigere a monaſterio ſancti Petri? Reſpõdeo non:qa talis conſuetudo onerola eſt . ſ.de conſue.ca.j.ſm Inno.hoc intelligi debet ſecundum Hoſ.vbi alius, quã epiſcopus hanc aquiſiuit : ſecus in epiſcopo, vt patet in eo,quod no.ſ.eo.ſ.ſuper verſ. vel in huiuſmodi abbatijs,ver.& eſt ar.& eſt ratio, quia iure communi omnia eꝑo ſubeſſe videntur.x.q.j.regẽda.12.q.j.p̄cipimus, & c.eccleſiaſticarũ.¶Sed obiicitur†ſm Innoc.cum hic videatur agi de iuribus tantum archiepiſcopi,vnde eſt hoc, ꝙ mona. abſoluitur,vel condemnatur? Itẽ quare archieps̄ non vocatur? ideo ſignat̃ contra.ꝯ.de maio.& obedien.inter quatuor.ſol.ibi. ¶Adhuc†etiam ſic opponitur:ſi archiepiſcopus hęc omnia conceſſiſſet archidiacono,in oĩbus alijs monaſterijs hęc conceſſio non extẽderetur ad monaſterium ſancti Petri.quare ergo extendit̃ cõſuetudo; nonne plus p̄t q̃ cõceſſio? Reſpondeo ſic in hoc caſu. Nã qũ hoc ꝓcedit archieps̄ in aliis mona. per ꝓs̄ de iſto hoc prohibuiſſe vr̃, arg.45.diſt.diſciplina.ꝯ.de deci.ad audientiam,& c.ex parte.in conſuetudine vero,ex quo hoc permittit in alijs hoc idem, & de iſto pręſumitur tacite conſentire. ¶Quid ſi † abbas hoc exercuit,nonne in hoc caſu fiet extenſio? Reſpondeo,ſi hoc fecit nomine epiſcopi,vel alterius,non fiet:ſed ſi tanquam abbas tunc extendetur hęc cõſuetudo: quia alia eſt iuriſdictio archidiaconalis, alia abbatialis . ¶Sed nunquid†de iuribus ad iura fit extenſio? Reſpondeo,ſi vno iure vtatur quis de his , quæ de iure communi competunt, omnia alia conſimilia retinere videtur , niſi aliud contrarium præſcribat . Nam & ſi epiſcopus , vel archidiaconus aliquo loco , de quo non conſtat , quòd ſit alterius iuriſdictionis , hæc iura exercuerit, ibidem de cætero exercebit,ꝯ.de reli.do.c.1.& hoc maxime obtinet in iuribus archidiaconalibus,& conſimilibus,quæ per conſuetudinem acquiruntur ſm Inno. cuius eſt mens totius huius.glo.& tu exinde elicias, quicquid boni poteris.vel dic,vt no.ſ.eo.c.ſuper,ver. vel in hmõi abbatijs.Vnum tamen†non ommitto ſm Hoſt.ꝙ cum viſitatio epiſcopalis impræſcriptibilis ſit, vt patet.ꝯ.de præſcrip.cum ex officii,& de cenſi.cum venerabilis,& c.venerabili,nũquam dicam, ꝙ archidiaconus,vel alius poſſit hanc pręſcribere ſine iuſto titulo.ꝯ.de præſcrip.ſi diligenti,& c.cũ olim, quamuis & per conſuetudinem iuriſdictionẽ acquirat,vt patet in hoc. c.& in alijs iuribus ſupius inductis:ſed hæc omnino eſt alia, quam epiſcopalis.hoc enim debetur de conſuetudine,vnde & poteſt per deſſuetudinem inumbrari, vt in proemio inſti.ſ.igitur poſt libros.illa vero de iure communi, nec per deſſuetudinem inumbratur. ¶Quid †ergo,ſi archidiaconus , qui per conſuetudinem acquiſiuit viſitationem, poſtea amittat ipſam per deſſuetudinem,nunquid epiſcopus,qui per centũ annos ſtetit,ꝙ non viſitauit , volens viſitare & veniens admittitetur? Vtiq;,vt in dictis.c.ꝯ.de p̄ſcrip. cum ex officij,& de cenſi.cum venerabilis, & c.venerabili.per quod euidenter conuincuntur male ſentire,qui dicunt,ꝙ epiſcopalis inſtitutio per ſolam patientiam epi præſcribatur[*Habuiſſe*] vt dicit Inn.eſſe poteſt,ꝙ in vno iure obtinebit , & in alio ſuccumbet.¶In†glo.3.[*ibi.l.vlt.*] vide de iudi.nouit,ſuper gl.no.ꝙ.¶In gl.[*no.ergo ibi, Si chorus.*ſ.1.] vide de proba.cum cauſam,ſuper glo.2.[*& ibi,Interrogari*] vide in præalle.c.veniens, ſuper vlti.glo. ¶In † glo.1. [*in fi.*]& adde,quod no.16.q.1.alia,& dicam.ꝯ.de capel.mo.dilectus,in gl. vbi fit.hoc dicit Hoſtien.ꝙ non† putat etiam,quod comes,vel princeps alius minor Imperatore hanc allegationem facere poſſit.nam ratio ſpecialitatis, quare minor epiſcopo non poteſt hoc facere, eſt, ne videantur in vno corpore duo capita quaſi monſtrum.ꝯ.de off.ord.quoniam.fundat tamen rector intentionem ſuam de iure communi quo ad iura parochialia,vt patet ex no.de his,quæ fiunt a prælatis,de deci.cum in tua,de offi.ord. cum ab eccleſiarum.ratio ſpecialitatis,quare allegatio hęc imperatori competit,eſt excellentia principatus,qui quo ad tpalia ſuper oẽs conſtitutus eſt a Deo , in auth.quomodo oportet epiſcopos &c. vñ & mundi dñs dicitur.ff.ad l.Rho.de Iac.deprecatio, ar.C. de quadrien.pręſcr.bene a Zenone.facit quod ibi no.& in l.2.C.in quibus cauſis colo. cen. lib.11.Et vide quod dixi poſt Hoſti.de iureiur.nimis , ſuper verſi.tenentes.7.q.j.in apibus:& ſm augmentum vr̃ hoc ẽt ad reges extendi.7.diſt.quo iure. illud tamen poteſt intelligi tantum de imperatoribus,& regibus Romanorũ.nec ob.quod loquitur in plurali,quia tunc conſiderat pręteritos,& futuros,qñ in ſingulari,præſentem tantum . Sicut cum dicimus,Romani pontifices,& Ro.pontifex.vel ibi iõ in plurali:quia quandoq; fuerunt plures imperatores ſimul regnantes.C.de fun.ciui.l.1.4.5.7.& 8. ſed & de Tito,& Veſpaſiano diuulgatum eſt. Rõ vero,quare hæc allegatio nõ cõpetit comitib⁹, ſicut epis̄,eſt:qa limites†eꝑatuum ſtabiles ſunt,nec mutant̃,nec præſcribuntur.16.q.3.licet , de parochi.ſuper eo.mundani vero præſcribuntur, & per potentiam vſurpantur,diuiduntur,& augmentãtur quotidie per fas & nefas,vt patet ex no.in p̄al. c.ſuper eo,& de voto,ꝙ ſup his. vñ iudices eccleſiaſtici non recurrunt ad limites laicorũ, de relig. do.c.j.cũ ꝓcor.& ex hoc ẽt inſurgit rõ, quare in eccleſiaſticis regrit titulus,& de his remittit Hoſ.ad ſummã,de p̄ſcrip.ſ.q̃ exigant̃,ver.ſic notabis. ¶In †gl.[*& ita ibi, Conſuetudinem*] & p⁹ ver.p̃t notabat n oĕ ius ſpeciale,vel gñale: qa multiplex eſt potẽtia ſm no.de reſcrip.ſcifcitatus.¶In glo.[*Correctio,ibi, Abbatem*] cui ſi † monaci parere nollent,per eꝑm compellantur.ꝯ.ne clerici, vel mona.relatum. de ſent,

ſen.exc.monaci.Idem ſi † agatur in ſignra iudicij abbas pro ſe cõſuetudinem habet, cum & illa priuatæ perſonæ det iuriſdictionem , de ſo.compet. cum contingat,fortius abbati.9.q.3. conqueſtus. ſi talem non habet conſuetudinem , ad epiſcopũ recurretur,ſm Hoſti. qui etiam remittit ad ſummam,de tem.ord.ſub.§.quartàdecima, ver.antepe.& ſe.¶In gl.[*Lite,ibi,Remiſerunt*] per conſultationem.putat Hoſti.ꝙ per app.ideo, quia cauſa non fuit ad eos remiſſa,licet aliis commiſſa . ¶In glo. *no. quod ibi,Violentia*] item non gratioſa , de hoc.§. de poſtn.bonæ.2.¶In gl.vlt.[*ibi,Super eo*]de offi.ordi.conquerente,ad fi. [*& ibi,Contra mortem*] vbi de hoc[*& ibi,In iſto*]vide quod de hoc not.12.diſt.illud,in prin.magnæ gl.per ea,quæ dixi in textu , in gl.pen.circa principi.ꝙ†talis conſuetudo probata transferat onus probandi ita , quod obtineat, niſi contra probetur.

ADDITIONES.

a ¶Dilecto.Adde ꝯ.no. vide Bar.in l. iudicium ſoluitur,ff.de iudi.an p̄ſes prouinciæ poſſit prohibere delegatum ab inferiori , ne iudicet & Bar.ibi dubitat.Bal.
b Auditis.Facit quod no.gl.3.& ſuper illa. & ꝯ.ſuper ver.debere , per Ioan.Andre.
c Additionem.Intellectus.l.iudicium.ff.de iud.
d Iudex.Vide Bar.in l.niſi.§.ſi tamen vicinum.ff.de dam.infec.& pulchre Barba.conſi°55.col.3.vol.2.
e Iudicem.Facit,quod no.gl.& doc.in l.j.ff.de rei vend.
f Cenſentes.Ibi vide plenius per Io.And.poſt Inn.
g Puta.Vide Hoſt.ꝯ.in gl.ma.ad fi.ver.quid ſi.
h Accedentibus.Ibi vide Io.An.circa indulgentias,& Arch.in c.fi.de pœni.& remiſ.& in c.quod autem,de pœni.& re.per Ioan.And.
i Eiſdem.Vide gl.& ibi Pau.de Caſt.in l.deprecatio,ff.ad l.Rhodi.de iac.& vide etiam Panor.& Barba.in c.clerici.ꝯ.de iudi.& ibi cæteri ſcribentes.
k Conſuetudo.De materia iſta vide Cyn.C.quæ ſit lon.conſue.& Io. An.in materia conſuetudis,& ſ.de conſue.c. fi.in vltimo membro. & de ſtatuto vide Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure,& in l.iura.ff.de legi.& d.Bar.de Sali.in commento.l.de quibus.ff.de leg.
l Tanquam.Vide.l.quod eſt.C.de ſtatu defunc. & ibi Bal.
m Tamen.Vide per gl & Io.And.in c.fi.ſ.de conſue.
n Per.Et ſic no.ex gl.quod verbum,ſolent,notat conſuetudinem.

¶De officio archipresbyteri. Rub.

¶Quia poſt archi.archipresbyter facit gradum , ideo &c.Goffr.de hoc.25.diſt.perlectis , ver.archipresbyter.

SVMMARIVM.

1 *Capitula tria priora huius tituli quid intendant.*
2 *Aſſidue fieri dicitur,quod fit horis competentibus . Temporibus ſuis omnia debent conuenire,ibid.*
3 *Archipresbyter gerit vices epiſcopi in celebratione diuinorum. Archidiaconus in iuriſdictione.*
4 *Solennia pro miſſa ſolenni,quando quilibet epiſcopus adeſſe debet . Epiſcopus in feſtiuitatibus debet eſſe preſens in eccleſia,impedimento ceſſante,ibid. Collecta intelligitur miſſa ferialis,& ratio,ibid.ver.quod ſequitur,& nu.8.& interdum ſumitur pro conuenticula. In miſſa feriali dicuntur multæ orationes,in ſolenni una ibid.*
5 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.6. Militari comiti præfertur vicarius in concurſu alioquin in militaribus comites vicarijs,qui in ciuilibus,præferuntur comitibus.*
7 *Reuerentia reciproca alterius in alterum contingit ex ratione diuerſa.*

CAPVT I.

1 **Archipresbyter.** Iſtam decr. & ſequentes diuiſim non ſummo,nec diuido tũ † prima tria capitula hoc intẽdunt,ꝙ archipresbyter ciuitaten. ſubeſt archidi. principaliter præeſt presbyteris, & p̃sbyteralibus officiis.& hic ſupple, ſtatuimus, vel volumus [*ſubeſſe*] vbi ſic eſt de ꝓſue. & in his,quæ ſpectãt ad officiũ archi.de iure,vel ꝓſuetudine,ſm Inn.[*Sicut*]non eſt oĩno ſicuriſſimũ;de hoc.ꝯ.c.fin.
2 & repete,ſciat [*Aſſidue*] i.horis † cõpetẽtibus.[a] 36.
a diſt.c.vl.37.diſt.de qbuſdam,de ꝓſe.diſt.5.nnnq̃.ꝯ. de frig.c.vlt.§.vlt.oĩa.n.ſuis debent cõuenire tpibus.23.q.3.ſi eccleſia in fi.[*In eccleſia ſtare*]Hierony. in epiſtola Nepotiani de hoc ipm commendat,& de munditia eccleſiæ,ibi vide.d.[*Ad vicem eius*]ge-
3 rit ergo † archipresbyter vices epi quo ad diuinorũ celebrationẽ.archidiaconus quoad iuriſdictio-
4 nẽ,vt in prin.c.[*Solennia*] loq vr̃†de miſſa ſolenni, quæ dr̃ in tertia in feſtiuitatibus, qbus qlibet eps̄, niſi cauſa impediat, dẽt in cathedrali eccleſia p̄ſens eſſe,de cõ.diſt.3.epiſcopus, arg.7.q.1.tẽporis qualitas,in fi.Hoſt.qđ ſequit de collecta põt intelligi de miſſa feriali,vel matutinali . & põt eſſe rõ: qa in illa multæ orationes dicunt̃ , & multa capitula,ſm Gof.cũ tũ in ſolenni miſſa cõiter nõ dica-
5 tur niſi vna.¶Gl.† ſignat ꝛrium,& ſoluit . ¶In j. gl.[*ibi.l.*1.]in ciuilibus cauſis vicarij p̃feruntur comitibus. in militaribus comites p̃ferunt̃ vicarijs, vbi ſocietas in iudicãdo ꝓcurreret, præponit̃ vica-
6 rius.¶In†gl.j.[*ibi,Ordinem*]dicebat Hoſt. ꝙ ſi archidiaconus eſt presbyter, ꝙ eſſe poteſt,nec per hoc amittit archidiaconatũ , de hoc de renun.ad ſupplicationẽ,tunc archipresbyter cedat ei,cũ ſit par in ordine,& maior adminiſtratione. dicit tamen, ꝙ eccleſiarum ꝓſuetudines ſunt ſeruandæ[*& ibi, Eſt ordo naturalis*]ſm vnam lr̃am,vt dicebat Hoſt.di-
7 uerſo reſpectu interdum†vnus reueret alium,& ille alio reſpectu reueretur ipſum . ponit exemplũ in filio carnali, qui eſt pater ſpiritualis patris carnalis,alter alterum reueretur,quia filius.¶In gl.j.
8 [*Miſſam*] ad quam hominesſ†colliguntur.vel i.orationem,quia de miſſa dixerat ſ.interdum ponitur collecta pro conuenticula.4.q.1.c.2.

ADDITIO.

a Competentibus.Vide Io.Andre.in c.ex parte,el 2.ꝯ.de cle.non reſiden.& per Archi.in c.licet canon, de elec.libr.6.& facit quod not. Bar.in l.2.ff.ſol.mat.

SVMMARIVM.

1 *Horę hebdomadariæ ſeptem,excepta miſſa.*
2 *Indeclinabiliter,ut hic ſumatur.*
3 *Archipresbyter punire quem non poteſt auctoritate ſua ſed epiſcopi.*
4 *Cedere,ceſſare. Scurrilitas,ruſticitas,ibid. Torpere,pigros reperiri,ibid.*
5 *Sine altaris miniſterio quę poſſint expediri.*
6 *Sacerdotes ciuitatis conſtituntur archipresbytero. Vicarius poteſt dare vicarium in voluntaria iuriſdictione, ibidem. Delegatus dare vicarium nõ poteſt,niſi datus a principe, ibi.*
7 *Additio gloſſarum. Inter cardinales nullus eſt,qui non ſit ſaltem diaconus, ibid. Canonicus nullus deberet eſſe,quin eſſet ſaltem in ſacris,ibid.*
8 *Canonici imitantur cardinales in poteſtate, & honore, non in receptione ordinum,ſeruitio eccleſię, & labore,ibid. Septimanę quando debeant incipere, eod.nu.§.in gl.2.*
9 *Scurra quid,quod maxime religioſus cauere debet.*
10 *Ad pœnitentiam ſolennem anni qui aſſignati.*
11 *Pœnitentes publice ſunt infames,non cauſa pœnitentię,ſed cũ minis publicati,nec ordinari poſſunt. Pœnitentię fructus,ibid.*
12 *Fuſtium ictus non infamat,niſi precedat ſententia. Pœnitentium publice officium ſumentes ex deuotione non ſunt infames , & ita qui pœnitentiam egerint,referuntur quidam,eod.nu.*

CAPVT II.

1 MInſterium Archipresbyt. Ideſt in miſſarum celebratione, quæ incipit, die dñico, Inn. [*Incipiendo*] q.d. prouidere debet† de hebdomadarijs horis, quæ ſunt 7. excepta miſſa. ſ. de cele.
2 miſſa. c. j. [*Indeclinabiliter*] nō† declinando ad alios actus illicitos, & ſeculares, Gof. [*Perſeuerent*] de celebra. miſ. dolentes [*Opus Dei*] de hoc vide in Hiero. ad Gal. h. & de ope carnis ibi ſub litera. f. [*Obtemperando*] q.d. non puniat illos ſua auctoritate, † ſed de
3 præcepto ſui epiſcopi, ꝺ quod nil agere debent, & cui ſunt oĩa grauia referenda. ſ. c. vlt. in fi. & ſic nō ꝺdicit. ſ. titu. j. c. j. & 2. [*Cedant*] 1. ceſſent [*Scurrilitate*] i. † ruſticitate, Vincen. Tan. [*Torpeant*] 1. pigri re-
4 periantur [*Et prohibita*] non ad ea, quæ no. de tranſla. c. 2. [*Fontes*] quæ ſequuntur † expediri poſſunt ſine altaris miniſterio: per quod poteſt exemplificari, de corpore vicia. ſignificauit, ſm Hoſt. [*Inungere*] de hoc. ſ. de ſac. vnc. c. 1. de verbo. ſign. quæ ſiuit
6 [*Sacerdotibus*] not. ſacerdotes † ciuitaten. confiteri archipresbytero, ergo hēt illorū curam: alias ſ. ſ. de pe. omnis [*Committitur*] no. vicarium poſſe dare vicariū, qđ in voluntaria iuriſdictione locū hēt, in contentioſa non, nec in delegatis locum hēt, niſi ſint dati a principe. ſ. de offi. deleg. ſuper qōnum,
7 Goff. de hoc. ſ. c. proxi. ¶ In† gl. 1. [*ibi, Cardinales*] arguebat Hoſti. ꝙ ſicut inter cardinales nullus eſt, ꝙ non ſit ſaltem diaconus, ita nullus deberet eſſe canonicus, quin eſſet ſaltem in ſacris, argu. de æta. & quali. quæris. & ad qđ facit, quod hī de con. diſt. j. eps ſacrificans, & c. iubemus. Vnde prouiſum eſt
8 hodie per cle. de æta. & quali. vt hi qui. dicit† tamē ꝙ etiam in humilibus eccleſijs canonici more ſimiæ in ptāte, honore, & dñio imitari conanť ſummos cardinales, ſed in receptione ordinum, & ſeruitio eccleſiæ, & labore conſiſtorij ſe faciunt teſtudines, vel cancros, & debent ēt in his archipſbytero obedire, vt hic, & ſ. c. 1. ¶ In gl. 2. [*infi.*] & ſic tūc debēt ſeptimanas incipere, qđ quidā non obſeruant. T. ¶ In 3. gl. [*ibi, Sententia*] Hiere. 48. ¶ In gl. 1. [*ibi, Diſcurrant, infi.*] 46. diſtin. clericum [*Scurrilem*] a
9 ſcurra, ꝙ† eſt vagus, quod maxime religioſus caue re debet, de offi. or. quanto, de regula. c. fi. ſm Hoſ.
10 ¶ In gl. [*Ergo eo, ibi, Pœnitente*] lo. intellexit† cū Hug. de vlti. anno ſeptēnij, quinquennij, vel decennij aſſignatis ad ſolennem pœnitentiā. nā annis intermedijs poterit fieri reconciliatio, eṕo inconſulto: ſed ſm Hoſt. illi intellectui contradicit. c. in capite. 50. diſt. & ꝓſuetudo approbata, remittit ad ſum
11 mam, eo. tit. ver. 5. Sed nunqđ tales† pœnitētes ſunt infames? dicit Hoſti. ꝙ ſic. vnde nec ordinari pñt, vt 50. diſt. pœnitētes. vj. q. j. infames, de biga. c. j. ſed hoc non accidit rōne pœnitentiæ, ſed criminis publicati p pœnitentiā. alias, ſi crimen ſit occultū, & pœnitentia ſit occulta, non infamat, ſed renouat, & emendat. 50. diſt. terrū, de teſti. c. fin. de ſumma tri. c. j. ad fi. infamatur ergo talis: tum quia publice verberatur, qñq; nudus incedens: tum quia crimen ſuum per ſententiam pœnitentiæ publicatur. 3. q. 7. §. porro. alias, ſi ſententia non præcedat,
12 ſolus† ictus fuſtium non infamat, ad id. ff. de pe. l. in ſeruorum, in fi. & per hoc dicit patenter errare eos, qui iudicant infames ſumentes ex deuotione officium publice pœnitētium. virtutis enim deuotio nō debuit improbari, vt probatur. ff. de poſtu. l. j. §. beſtias. damnent iſti Dauid ſe humiliantem. 2. Regum. vj. G. damnent Baptiſtam, Mat. 1. & 3. de quo dicit beatus Ber. Mirum, ꝙ actu innocens pœnitentis ſuſcepit offm: & qui nō hēt, vnde pœniteat: habeat tamen, ut pœniteat, damnent, & Ni-
niuitas, damnent & Chriſtum, qui facto per mortem crucis pœnitentiam humilem commendauit [*& ibi, In quo etiam caſu*] maxime neceſſitatis, de quo dixit in princi. [*Et infi.*] ſecundum Tan. quod nō placet Hoſtien. de hoc de offi. ord. paſto. in gloſſ. quo caſu.

SVMMARIVM.

1 *Cap. officium* ſ. *de offi. archidia. cum hoc conciliatio.*
Archipresbyter tenetur alijs prouidere ſacerdotibus non in ſpiritualibus modo, ſed etiam in temporalibus neceſſarijs & quando, ibid.
2 *Prouidere, futura conſiderare, & cuius ſit vtilitatis id facere.*
3 *Euchariſtia dat robur, nec eſt deneganda pœnitenti.*
4 *Sacerdotes omnes archipresbytero confiteri debent.*
5 *Sacerdos ſi non ſufficit ad ſacerdotalia exequenda, quo caſu alijs committere queat, & 4.*
6 *Neceſſitas legi non ſubiacet regulariter.*
Peregrini plus cæteris indigent, eod. ver. peregrini enim.
7 *Succurrendi verbo ſæpe ſacerdotes utuntur.*
Sacerdotum alter alteri debet ſuccurrere, ibid.
8 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 9.*
10 *In epiſcopo reſeruatis caſibus archipresbyter absq; ſpeciali eius commiſſione non abſoluet.*
11 *Animæ præſidentes quilibet tres habet, & quos.*

CAPVT III.

1 OFficium archipresb. Canonicis, vel aliis [*Ad miſſam*] ſ. tit. 1. officium. † dic ut ibi. vel archidiaconus præcipit diaconibus, ut ibi. Archipresbyter ſacerdotibus, ut hic [*Prouidere*] non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiā in neceſſarijs temporalibus, ſi abūdāte archipreſbytero ipſi egent. 86. diſt. paſce, & c. non ſatis [*Prouidendo*] alias præuidendo, & eſt præuidere † futura
2 conſiderare, cui prouidere deſeruit in præſenti, ut in futuro caueatur periculum, quod timetur, ad hoc de ſeruis non or. c. j. ſecundum Hoſt. [*Confirmatione*] datur enim† euchariſtia ad robur, nec eſt de
3 neganda pœnitenti, de elec. c. 2. & ca. ſignificaſti. [*Cum omnibus*] i. & omnium ſacerdotum, quia ipſi
4 archipresbytero† confiteri debent, Inno. ſ. c. proxi. vel ſm Hoſt. hoc intendit, ꝙ ſi ꝓp multitudinē non ſufficit ad confeſſiones audiendas, alijs ſacer
5 dotibus committit, ad hoc ſ. c. j. in fin. & ſic † not. ſm eum, ꝙ vbi is, qui curam habet, non ſufficit ad ſacerdotalia exequenda, alijs ſacerdotibus hoc committi, quod eſt verum, ſi neceſſitas imminet, vbi. ſ. nec per ſe ſufficit, in quo caſu committere poterit. ff. de officio eius, cui man. eſt iuriſdi. l. j.
6 & quia regulariter† nec ſubiacet legi neceſſitas, de obſer. ieiu. conſilium, & adde quod dixi. ſ. c. proxi. in fi. & quod dicam. ſ. de pe. omnis, ſuper gl. executionem, cum ſua remiſ. [*Exinde*] i. poſtquam confeſſionem audierit, Innoc. vel i. de ipſis peccatoribus ad pœnitentiam venientibus [*Illis*] peccatoribus, Hoſt. ſed Inno. ex ponit. i. peregrinis, & ſacerdotibus. peregrini enim plus cæteris indigent: qa ibi, notos non habent de ſacerdotibus, confunderetur eccleſia, ſi ſine ſacramentis decederent, Inn. in hoc reſpexit ver. deforis, & ver. cum omnibus ſacerdotibus [*Ad Chriſtianos*] i. cathecumenos, Tā. [*Infantes*] vel adultos, de ſen. excom. qñ, lib. 6. [*Succurrendum*] hoc verbo† vtuntur ſepe ſacerdotes. de-
7 bet. n. vnus alteri ſuccurrere, vt ſ. dixi [*per iuſſionem*]
8 alias prouiſionem. ¶† Secunda glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Vlti. gloſſ. arguit contrarium, &
9 ſoluit. ¶ In † gloſſ. prima [*infi.*] epiſcopo nullus minor benedicet. 21. diſtinctio. denique, & remittit Hoſtien. ad ſummam, eod. titu. §. fin. verſicu. 6.

¶ In

¶ In gl. 1. [*ibi, Tribus*] aliàs tanta, ibi dicit, ꝙ non debent in craſtinum reſeruari [*Et infi.*] de ſen. excom. permittimus, de cuſto. eucha. c. 1. ¶ In gl. vlt. [*infi.*] & hoc videntur Inno. & Abb. intelligere de grauiter peccantibus, al. præall. c. in capite, & 26. q. 6. c.
10 vltimo. ſi intellexerunt† de caſibus epiſcopo reſeruatis, id non placet Hoſt. qui dicit, ꝙ ſine ſpeciali commiſſione epiſcopi archipresbyter in illis non abſoluet, quod verum credo. ſ. de pœni. ſi epiſcopus, lib. vi. & ſic not. ſecundum Hoſti. quemlibet
11 † habere tres, qui preſunt animæ. papam cum ſuis
a vicariis: [a] epiſcopum cum ciuitaten. archipresbytero in hoc eius vicario, & curatum, de pœ. & remiſſi. omnis.

ADDITIO.

a ¶ Vicariis. Et ſic includit legatum papę.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter ruralis quorum curam gerat eius officium, nu. 3. poteſtas. 6. 12.*
Contra decretum epiſcopi nihil poteſt ordinare, ibid.
2 *Contra incendij ſpirituali timorem multi cuſtodes conſtituti adinſtar vigilum urbis, & qui ſint hi.*
3 *Tituli opponuntur hic conuentualibus eccleſiis.*
Circunſpectio continua vigilantia, ibid.
4 *Sufficere ſi dicas in ſpiritualibus, ibi defeciſti.*
Fructus beneficij vacantis ad tempus ex cauſa capitulo conſentiente epiſcopus retinere poſſet, ibid.
5 *Matrix eccleſia duobus modis & quibus accipiatur.*
6 *Archipresbyter ruralis clericum ſibi ſubiectum priuare non poteſt beneficio, & ratio, niſi in caſu, & quo.*
Clerici ſolus eſt iudex epiſcopus, cum agitur in figura iudicij, ibidem.
Decretum pro ordinatione, ibid. in poſtremis verbis.
7 *Legatus, & epiſcopus facere ſtatuta quæ poſſint, & 8.*
9 *Epilogus, ſuffragium, & Additio, & nu. 10. 11. & nu. 12.*
Tituli uocabulum arie capitur, & nu. 11.

CAPVT IIII.

1 VT ſingulæ. † Archipſbyter ruralis presbyterorum, & laicorum plebanatus ſui curam gerit: contra. decretum tri ēpi nihil ordinare poteſt [*Aſſiduā*] ſicut pp defenſionē vrbis ab incēdio 7. cohortes conſtitutæ ſunt ſub viro ſpectabili
2 præfecto vigilum, vt ff. de offi. præfecti. vig. l. 3. ſic multi † deſeſiue ſub ſummo pontifice conſtituti ſunt propter timorem ſpiritualis incendii, vt gerant curam ſolicitam & aſſiduam, ſ. legati, primates, archiepiſcopi, epi, archidiaconi, archipresbyteri, ſed & viſitatores capituli prouincialis, de quibus de ſta. mo. in ſingulis. vigilent ergo, & nō dormiant. 81. diſt. oportet. 84. diſt. nunciatum, & de homici. pro humani, ibi, Excuſſo negligētiæ ſomno, ſecundum Hoſt. [*Imperiti vulgi*] i. ſimplicis plebis,
3 quā inſtructi ab epiſcopo inſtruant. x. q. 1. placuit, Hoſt. [*Titulos*] quaſi non† per conuentuales eccleſias ſ. tit. 1. c. fi. [*Circunſpectione*] i. continua vigilantia. Circunſpecta, i. habita circunquaq; [*induſtria*] quaſi recepta informatione a magiſtrali doctrina [*Obtendat*] alias oſtendat: alias, contendat [*valeat*] vt
4 † dicit Augu. vbi dixiſti, ſufficit, ibi defeciſti, ſecundum Hoſti. ſecundum quem licet archipresbyter ratum perpetuo non poſſit epiſcopus, ad tempus tamen ex cauſa de conſenſu capituli ſui poſſet retinere fructus beneficii vacātis, & remittit ad not. vt eccleſia. bene. c. vno, ad finem. vide quod ibi dicam [a] ſuper vlti. gloſſ. [*Matrici*] i. † cathedrali. 21. q.
5 2. ſicut, de ver. ſig. venerabili; matrix etiā appellat illa, quæ capellam habet ſub ſe. ſ. de ec. edi. c. 3. §. j. vide quod no. in cle. de ſen. excom. c. 1. ſuper uerſi. matricem [*Referant*] dixit hic Guido Iacobum Bo-
6 non. per hanc litteram tenuiſſe, ꝙ† archipresbyter ruralis, qui citauit clericum tituli ſibi ſubiecti ad reſidentiam, & ſi non ueniat, illum priuare non poterit. Item quia cum agitur in figura iudicii, ſo lus epiſcopis eſt iudex clerici, de hoc. 11. q. 1. de perſona. facit etiam. ſ. de hæreticis, cum iniuncto, in fi. & hoc uerum eſt, niſi ad ipſum ex ſpeciali iure ſpecter deſtitutio, & uide quod dixi de clericis nō reſi. relatum, & ca. qualiter, & de electione, licet canon, lib. 6. ſuper gloſſ. penul. [*Decretum*] i. contra ordinationem epiſcopi. & argue per hoc, ſecundum
7 Hoſti. legatum† non poſſe facere ſtatutum contra
b ius commune. [b] inferior enim eſt ſuperior & c. de maio. & obe. cum inferior. contra de offi. leg. c. fi. de conſan. quod dilectio, de uerbo. ſigni. ex parte, 3. 1. reſponſo. ſolu. in his, quæ ſe. ap. ſibi reſeuauit, nil poteſt ſine ſpeciali mandato, de hoc de offi. lega. quod tranſlationem. nec contra ſolennia concilia, & quæ communiter obſeruantur, unde non poſſet ſtatuere, quod minor. 30. eligi poſſet in epiſcopum: uel quod quis poſſet habere plures curas, uel his ſimilia. nec alio modo ius commune in totum tollere: conſtitutiones tamen iuris communis declarare poſſet, & renouare: & ubi pœna
8 deficit in iure, poſſunt† epiſcopi, & legati per pœnale ſtatutum exagerare nouam imponendo, uel ueterem augendo, de loca. c. j. poſſent etiam ſtatuere, quod quis nō habeat uocem in c. niſi ſit in ſacris, de ætate, & quali quæris, ad hoc. 96. diſt. ſatis euidenter. hoc. n. non eſt conſtitutiones papales ſubuertere, ſed eis deſeruire, & illas ſupplere quod eſt admittēdū, de no. oper. nun. c. i. de priuil. c. 2. poſſunt & ad correctionem morum non ſubuertendo ius commune, ſed ſupplendo ſtatuta facere præceptoria, prohibitoria, atq; pœnalia: quia ſiue plectendo, &c. 23. q. 5. prodeſt, ſecundū Hoſt. qui hoc not. hic, & in præ. decre. ex parte. & adde quod dicam, de offi. leg. c. fi. in prin. & omni-
c no uide, quod dicam, de app. c. ult. lib. 6. ſuper [c] ul
9 ti. gl. ¶ Secunda† glo. ponit 5. modos, quibus dicit tiulus, & remittit. ¶ Tertia gloſſ. arguit, & allegat
10 tria iura in contrarium. ¶ In† gloſſ. 2. [*ibi. l. 1.*] ibi, hunc titulum prætor propoſuit habendæ mentionis cauſa [*& iai, Non eſt Ambiguum*] ſequitur, cum famil. ercis. titulus inter bonæfidei iudicia numeretur, portionem hæreditatis, ſi qua ad te pertinet,
11 incremento fructuum augeri. ¶ In† glo. ſecunda [*ibi, Epiſcopi*] 12. q. 2. monemus [*& ibi, l. 1.*] & in præmio. 6. libr. [*ibi, Debitis*] titulis [*& ibi, Non eſt ambiguum*] ubi de hoc, & in auth. de ecc. in rubrica. ¶ In gl. [*arg. quòd infi.*] ubi de hoc, & ſ. de offi. ordi. cum ab eccleſiarum. de archiepiſcopo no. eo. titu, c. paſtoralis, in gl. ii. ¶ In gloſſ. penul. [*infi.*] ſimile. ſ. de ſumma trini. damnamus, uer. cum ergo ſ. de exceſ. præla. ſicut unire, de accuſa. inquiſitionis. j. reſpon. ¶ In gl. ulti. [*ibi, Poſſunt*] alias iſta littera eſſet
12 ſibi contraria, ſecundum Hoſt. unde† dicebat Inn. quod terminabit minora ſecundum ordinationes epiſcopi.

ADDITIONES.

a ¶ Dicam. Et vide gl. quæ incipit, an legatus, & ſuper illa Ioan. Andr. in c. fi. propter, de reſcri. lib. 6.
b ¶ Commune. Adde tamen, quod epiſcopus ex cauſa poſſet ſtatuere contra ius commune, & contra canones, ita Bald. ſingulariter in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure, ar. l. fi hominem. ff. man. & do. Iaſo. & alij moder. in d. l. omnes populi, multa alia allegant. & vide late ēt do. Fel. in c. j. ſupra de conſti. & plenius do. And. Barba. in repet. rubricæ. C. qui admitt. in 8. & 9. charta, vbi multa accumulat.
c ¶ Super. Vide cle. ne Romani, de elec. & vide Innocen. in c. veſtra, de loca.

¶De officio primicerij. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Primicerij officium quod.*

1 ¶Est primus†in choro,vel primus in cantu : cum ipse est absens, eius officium supplebit, qui ei lege aut eruditione proximus est.25.dist.perlectis,ver. & primicerium,in fin.ad quod concor. C.de legi. hære.l.fin.ff.de vsufr.acc.l.j.§.interdum. & l.idem Neratius , & l.interdum, & in auth.de hære.quæ ab inte defe.coll.9.secundum Hostien.

SVMMARIVM.

1 *Primicerius,idest cantor.*
2 *Habet iurisdictionem citra exclusionem archidiaconi , & in quibus & quam, ibid.& nu.3.*
4 *Eius officium quod,& nu.2.*
5 *Generaliter dictum restringitur ad subiecta rei terminos Immiscere se alienæ rei,culpa est,ibid.*
6 *Sensus capax quis.*
Vacare,pro intendere,vel operam dare,hic significat,eod.nu.
7 *Studioso cupienti proficere quinque necessaria,& quę.*
8 *Epilogus,& additio glossarum,& nu.9.*
Officij exhibendi cura in ecclesia cui incumbat,episcopo deficiente,ibid.

CAPVT I.

1 T primicerius. Idest† cā-
tor, Abb. [*Archipresbyter*] s̄.proxi.c.j. [*Curam*]
ex hoc ver.& ex illo infra , pro ani-
malibus,& infra, disciplinæ ac cu-
2 stostiæ,videtur†quòd iurisdictiōē
habeat : per hoc tamen non excluditur archi.iu-
risdictio.de hoc.s̄.tit.ij.c.j.secundum Hosti. [*Ratio-
nem*]si non monuerit, vel instruxit subditos , vel si
non punierit delinquētes, vel saltem episcopo nō
3 denunciauerit.s̄.tit.1.c.1.& si.habet†enim ordina-
riam in his,quæ sibi sunt commissa,argu.de offic.
ordi.cum ab ecclesiarum , secundum Innoc.dicit
Hosti. verum est de consue.dicit enim , q̄ de iure
scripto non inuenit,quod habeat coertionē: imo
4 consistit†officium suum circa disciplinam . i.do-
ctrinam,& custodiam,vt præcedit, & circa officia
quare & de negligentia obligatur,vt sequitur,arg.
s̄.de offi.archi.ea quæ . vnde & de ipsa rationem
reddet,vt hic dicitur [*Donet*]alias det[*Nocturna*]i.ad
vigilias nocturnas , vel matutinū , de quo de cele.
misc.c.1.[*Singulis*]ordinandis,& disponendis, Goff.
5 [*Quacunque re*] ad ipsum†pertinente, de quibus ali
qua.xxv.dist.c.1.ver.ad primicerium . alias culpa
est se immiscere rei ad se non pertinenti. ff.de re-
gu.iu.culpa est;de hoc de tem. or.ad aures,secun-
6 dum Host. [*Capacem sensum*] i.multa† recipentem ,
percipientem , & retinentem [*Vacet*] i. intendat,
vel operam det [*Instruantur*] diaconi, & inferiores
7 clerici,Gof.& dicit Host.hic colligi.v.† necessaria
a studioso [a] cupienti proficere. primum,q̄ singula
diligenter consideret,ibi, de singulis . scīm, q̄ de
probabili dubio se nō reddat certum,sed perito-
res interroget.C.de inge.manu.si viam;&,hoc ibi,
studium habeat.tertium,q̄ sit capacis sensus ibi ,
capacem sensum &c.quartum, quod totus verse-
tur circa studium,ibi,absque vlla vacet negligen-
tia.quintum,quod non dedignetur instrui ab eo,
cui magisterii officium iniunctum sit,vt hic,&24.
8 q.3.si habes.¶Tertia†gloss.signat contrarium, &
tripliciter soluit.¶Vlt.gloss.signat contrarium, &
9 soluit.¶In†gloss.vlti. [*ibi,Officium*] Rodo. expone
bat ipse.s.archi.[*& in fi.*]vel potest dici secundum
Hostien.quod secundum ordinationem rubrica-
rum vno deficiente suppiet alter, s.deficiene epi-
scopo archidiaconus,quo deficiēte,archipresby
ter,& sic ordinatim,ad quod facit quod dixi in ru
brica .

ADDITIO.

2 Necessaria studioso. Vide in quodam vocabulario iuris, habetur in formis in ver.scholaris, sed vide plene & eleganter per solennem doctorem.d.Baptistam de sancto Seuerino in suo aureo tractatu de modo studendi,col.2.

¶De officio sacristæ. Rub.

¶De officio sacristæ.s.thesaurarii . 25.distin.perle ctis,in fine.continuatio per se patet.

SVMMARIVM.

1 *Cura pro officio,& solicitudine.*
2 *Primicerij etymologia.*
3 *Epilogus,& additio glossarum,nu.4.& nu.5.*
Cap.ea,quæ.s̄.de offi.archi. & hoc quomodo conueniant,eod. nume.4.
5 *Canonica non detrahitur de relicto pro luminarijs.*
Olei quæstor & custodia cui incumbat,ibid. ver.potest etiam

CAPVT I.

1 T sciat. Archidiacono.De supio
ribus, & inferiori officio
idem est dictum [*Curam*] i.†officium,
vel solicitudinem. de animabus enim
curam non habet [*Vasorum*] dic vt j̄.
tit.j.c.j.[*Incerta*] alias sera.i.sub clauibus, quæ con
2 tinentur,La.secundum nomen†primicerij,quasi
primus in cera. videtur hoc ad ipsum pertinere.
dicit Host.q̄ per præmissa satis patet solutio.¶Gl.
3 †ij.soluit contrariū.¶Gl.vlt.obijcit,& soluit. ¶In
4 gl.ij.[*in fi.*]vel secūdum Host.† ibi loquitur solum
de collectis,& criminalibus,hic de vasis, vestimen
tis,& toto thesauro,qui ad manus sacristæ perue
nit.¶In gl.vlt. [*in fi.*] & de relicto†pro his lumina-
riis non detrahetur canonica. j̄.de testa.c.vlti.po-
test etiam dici secundum Host. quod sacrista quę-
ret oleum,& ipsum tradet custodi,qui illud custo
diet,& expendet.

¶De officio custodis. Rub.

¶De officio custodis,quasi ministeri sacristæ, & iō Isidorus non curauit de hoc officio.25.distin.per-lectis,Goffre.

SVMMARIVM.

1 *Pallium hic per.i.scribi debet,& vbi per,e.*
Ad custodem quæ nam pertineant custodire,ibid.
2 *Indesinenter quid facere quando intelligamus.*
4 *Auaritia,& prodigalitas in magnis,& minimis fugienda.*
5 *Mediocritas in cunctis intelligenda.*
Minimum melius,optimum,quod est,quando inspicuendum, eod.nu.
6 *Discretio contraria auaritiæ,& prodigalitati.*
7 *Incorrigibilis qui est,remoueri potest sine accusatore, & ratio.*
Suspendi debet a beneficio priusquā quis deponatur,& alius substituatur,ibid.ver.qui dicitur.
8 *Credet non statim episcopus archidiacono,& quo casu.*
Inscriptioni non subycitur archidiaconus,sicut officialis,eod. numero.
9 *Consensus eius adhibendus , cum res ad eum communiter spectet.*

In

*In dissensu episcopi,& archidiaconi recurritur ad archiepi-
scopum,ibid.*
10 *Laudi est contrarius minister malus : bonus autem eā auget.*
11 *Epilogus,suffragium,& additio glossarum.& num.12.13. & nu.14.15.*
Medium sequendum,& nu.14.§.1.
Ab officio suo remouetur minus idoneus.§.2.
*Campana est signum multa ex re subiecta significans, & af-
fert exempla,eod.nu.13.*
Eius etymologia ad finem.
14 *Dignitas vt alteri præferatur,quæ consideranda.*
15 *De custode inquiret episcopus ad denunciationem archidia-
coni.*
*Per denunciationem licet agatur, quo casu fiat ab administrā
do remotio custodis,ibid.ver.dicit Goff.*

CAPVT I.

1 Vstos. Sup.oportet,vt qā est.j̄.
[*pallia*] dicit Host.q̄ hic
† scribi dēt per i. palleum per c.de
hoc de vsu pal.super rubrica [*vtensilia*]exceptis vasis aureis,& argēteis,
& vestimentis preciosis, quorū cu-
stodia pertinet ad sacristam s̄.tit.j.c.vno, s̄m Host.
2 [*Indesinenter*] præfectus † vigilum tota nocte vigila-
re debet pp incendium , ff.de offic.præ.vig.l.pe.&
vlt.concor.j̄.de depo.bona fides,Vinc.[*Pernigil*] i.
3 †valde , vel perfectè vigil , & sic præpositio auget.
dic vt no.de consue.c.3. [*Oleum*] s̄.tit.j.c.vno, q̄.dic
4 vt ibi.& no.q̄ nedum†in magnis,sed etiā in mini-
a mis vitanda est prodigalitas , [a] & auaritia fugien-
5 da,Host.[*Discretione*]no.cuncta† cum mediocrita-
te & temperamento intelligenda esse,vt hic,& de
dona.apostolicæ.12.q.2.bonæ,de sen.exc.vt famę.
43.dist.sit rector.45.dist.disciplina,& c.omnis,& c.
sunt nanq;.3.dist.deniq;.ff.de ædil.edic.si quis ven
ditor,in fi.x.q.2.hoc ius porrectum.ff.de leg.1.lega
to generaliter.C.de dona.si quis argētum.aliquā-
do vero inspicimus,quod est minimum. ff.de hæ-
re.vel ac.ven.l.quod filij . ff. de lega.3.l.numis . ff.
man.si fideiuss.ff.de regu.iuris , semper.j̄.de censi.
ex parte.quandoq; id , quod melius est exigimus ,
in auth.de sanc.epis.§.si quis oratorij.col.9.de de-
cur.l.honores,in prin.C.de his, qui ad eccl.confu.
8.q.j.licet. quādoq; requirimus, qā est optimū.ff.
de ver.obli.vbi autem non apparet, primo respō-
so.ff.de tuto.& cura.l.diuus.63.dist. metropolita-
no,primo.c.j.§.fi.in auth.de monacis.§.ordinatio
b ne,col.j.Gof.& Host.vide de reg.iur. in obscuris. [b]
6 6.lib. [*Virtutum*] & sic discretio† contraria est auari
tiæ & prodigalitati, de quibus,de prębenauaritię.
de consue.c.pe.docet enim discretio discrete ex-
pendere,facultatibus consideratis,de solu.capitu.
2. ad idem . Tobi.4.ber. & præuideri sterilitates ,
& casus,qui contingere possent,Gene.41.de seruis
7 non or.c.j. [*Indomitus*] ex quo†incorrigibilis est, si-
ne accusatore remoueri potest : quia notorium est
ipsius crimen.17.dist.nec licuit.11.q.j.si quis sacer
dotum.2.q.7.quapropter.81.dist. Maximilianus.
23.dist.c.fi.j̄.de iureiur.querelam,s̄m Inn.qui dici
tur addidisse , q̄ priusquā deponatur,& alius sub-
stituatur,debet a būficio suspendi,de æta.& qual.
quæris.& in similibus idem,vt si non portet coro-
8 nam [*episcopo*] nō†statim credet episcopus archi.
si denunciatus inficietur : sed tunc ex integro co-
c gnoscetur.ff.de custo.& exhi. re.diuus. [c] tamen si-
ne inscriptione audietur archidiaconus,sicut offi
cialis.4.q.4.§.aliquando,Vin. [*Electo*] de consensu
9 †archidiaconi , cum cōgerat officium vtriusq; ,
de offi.archi.ad hæc.§.fi.& si dissentiunt, recurrat
ad archepiscopū,arg.de temp.or.nec episcopi, de
iure patr.nullus,Hosti.& adde, quod s̄m eum dixi
10 j̄.titu.j.c.3.[*vt*] sup.sic[*Laudem*] no.q̄† malus mini-
ster est contrarius laudi Dei . si bonus , illam pro-
11 mouet,& exaltat.Hosti.¶Secunda†gl. signat ꝺ̄riū
& soluit.¶Tertia gl.arguit,all.6.iura, ponens tres
12 versus.¶In†3.gl. [*ibi,respiciendum est*] sequitur, iudi
canti,ne quid aut durius, aut remissius constituat
quam exposcat causa [*& ibi,Si quis,in fi.*] iudicibus
non modice sæuientibus freni temperies adhibe
tur.¶In glos. [*sic ergo,ibi.l.2.lib.10.*] grammatici &
oratores iam decreto probati,si studentibus se nō
præbent vtiles,reprobantur.¶In glo. [*arg.quod ibi,
Nemo*] l.3.est, & vide de adulte.c.3.super vlti.gloss.
13 ¶In †gloss.j. [*ibi , in Causis*] hoc capitulum pro-
bat,q̄ campana est signum congregandi capitu-
lum.& sequens probat,quod est signum exeundi
ad bellum : & istud capitulum probat,q̄ est signū
horarum.dicit Hosti.q̄ quādoq; est signum actio
nis gratiarum,vt quādo gloriosam victoriam obti
nuerunt Christiani . Idem potest dicere de lauda-
bili consuetudine,per quam de sero pulsatur pro
salutatione virginis . quandoq; est signum factæ
electionis , quādoq; subtractionis alicuius ab hac
vita,vt Paduæ.aliqñ excōicationis,aliqñ gaudij,&
honoris alicuius personæ,processionaliter occur-
rendi,quandoq; ignem extinguendi,quandoque
lectum intrandi,quandoque ad parlamentum po
puli conuocandi , quandoque ad corpus Christi
honorandum . dicitur autem a Campania , vbi
prius vsus ipsius fuit inuentus.¶In gl.2. [*in fi.*] s̄m
14 Ala.dicebat Vin.quæ dignitas† alteri præferatur,
prius consideranda est lex municipij,deinde tem-
pus ordinationis.ff.de albo scri.l.j.& j̄.de maio.&
obedien.c.1.¶In glo.3.[*ibi,Minus*] vt in Clementi-
nis,de iur. patro.c.1.& vide quod dicam de simo.
& si quæstiones,super glo.alind[*& ibi,Vnde versus*]
Idem versus no.j̄.de offi.dele.querenti,& j̄.de cēsi.
c.3. [*& ibi,illud*] Oui.ij. metamorpho. ¶In gloss.
vlti. [*ibi,ar.*] secundum Lau. [*& ibi,Remouendus*]
quod non credo , nisi conueniatur criminaliter ,
vel per inquisitionem.j̄.de simo.licet , Vinc.vnde
15 †dicebat Hostien. quòd ad denunciationem ar-
d chi.inquiret [d] episcopus. remittit etiam ad no.de
e de iudi.nouit, ver.sed cum [e] dominus. dicit Gof-
fre.licet per denunciationem agatur ad correctio
nem:tamen quia iste ineptus erat ad administran
dum,& sic peccabat , ab administrando remoue-
tur:quia aliter corrigi non poterat.

ADDITIONES.

a ¶Prodigalitas.Et quod minus sit vicium,an prodigalitas, an auaritia,vide plene per moder.in l.is,cui bonis interdictum est, ff.de ver bo.obliga.
b Obscuris.Et ibi vide per Dy.
c Diuus.Ibi vide plene Bar.de istis denunciationibus , & vide de testi.co.c.præterea,& de accusa.sicut olim.
d Inquiret. De ista materia vide glo.& quod ibi no.& scripsi.2.q.1.in primis,& in q.7.c.sicut,& ibi etiam scripsi, & in iuribus ibi allegatis.& vide gl.summæ.2.q.7.& quod no.2.q.1.si peccauerit, Archi.
e Cum.Et vide de accu.c.qualiter,el 2.& in gl.ma. & in gl.fic.j̄.de simo:& in spe.de denun.

SVMMARIVM.

1 *Custodis cura quæ.*
2 *Columnæ ecclesiæ qui dicantur esse,& nu.6.*
3 *Almæ,epitheti ecclesiæ etymologiæ.*
Custodes habent & aliæ ecclesiæ præter cathedralem,eod.nu.
4 *Comparatiuum comparatiuo afficit mirabilis loquēdi modus.*
Meliora qui sectatur , deterioribus omissis , amicus efficitur Dei,ibid.ver.dydimus.
Laudandi doctores qui sint.ibid.
5 *Ex imperfectis duobus melius & rusticitatem sanctam habe re,quam eloquentiam peccatricem.*
7 *Epilogus,suffragium glossarum.*
Dolus bonus,contra quos exerceatur,eod.nu.7.ver.in gloss. vlt.& nume 8.§.2.
8 *Additio glossarum.*

CAPVT II.

1 Vstos. Omnis†ornamento nō precioſo.ad hoc.ſ.cap. proxi.ſecūdum Hoſt. [*Præparatum*] ſic & archipresbyter euchariſtiam de offic.archipresbyteri, officium. [*Singulas*] 7.ſ.j.de cele.miſſa.c.1.[*Co*
2 *lumnis*]ergo†non ſolum epiſcopi, & ſuperiores, vt de accuſa.qualiter.ij.ver.& ideo, ſed etiam inferiores columnæ dicuntur, ſecundum Hoſt.argu.de præben.maioribus[*Synodus*]Toletani concilij, vbi
3 hoc capitulum fuit factum[*Alma*]ſecundum†deriuatores.q.ſancta, pulchra, virgo, & nutriens, ab alo alis. alit enim verbo,& exemplo[*Eccleſia*]quælibet cathedralis.nam & alię cuſtodes ſuos hūt,de offi.or.cum vos [*Quales*] in antiqua hoc ſequebaē plus mediocres &c.dicebāt Tan.& Vin.not.mira
4 bilem modum loquendi†ꝙ comparatiuum addi tur comparatiuo [*Et ſanctiores*] vnde verſus . Qui meliora videt,ſi deteriora ſibi det.Vltio digna dei lumina tollat ei.Et Dydimus ad Alexandrū.Quiſquis deterioribus omiſſis meliora ſectatur, nō ip ſe quidem Deus eſt, ſed amicus Dei efficitur.preferendi ſunt igitur ſacerdotes, & potius meriti,& antiqui,& proprii,& morales verboſis . Et ſecundum Sen.laudandi ſunt, non qui magna celerita te verba præcipitāt, ſed qui vitam docent:& cum dixerint,quid faciendum ſit,faciendo probant, & in eo non comprehenduntur,quod dixerint fugiē dum.Hieronymus ad Nepotianum. d.Ex duobus
5 †imperfectis melius eſt ruſticitatem [a] ſanctam ha
a bere,quam eloquentiam peccatricem, & ibi præcedit,verba voluere &c.ibi vide ſupra eadem litera, & vide ad Pāma.4.eo. & ſuper ecc.c.9. [*Hi tres*]
6 iunguntur†& alii,perſonæ,ſiue rectores,vicarii,teſtes,ſynodales,& officiales epiſcoporum,ſecundū Hoſt. [*Inuidia*] Matth.8.ad literam, & vide ſuper eccle.4.c.& ſuper Gal.3.G.pulchre de inuidia¶Pe
7 nul.†gl.no.all.6.iura:ad cōtra.all.7.& ſoluit. ¶In gl.j.[*ibi.§.hoc nibilo.*] vide de reſcri.edoceri, ſuper j. glo.¶In gl.pe. [*& ibi.§.Ordinationem*] ibi,quia inter numeratos optimos apparuerit,is abbas ſit, & ordinem ſimul,& virtutem ſuffragātem habens [*& ibi.§.rogo*] vide de teſti.licet vniuerſis, ſuper 3.glo. ¶In gloſſ.vlti. [*ibi,Bonus dolus*] aſtutia.ſ.præſertim quæ exercetur aduerſus latronem, vel hoſtē. ¶In
8 †glo.j.[*ibi,Debere*] quod non eſt nouum:imo cępit hoc a tempore apoſtolorum,act.2.ad fi.& 4.ad fi. Hoſt.¶In gl. [*& ita ibi,Licet*] vbi de hoc & ibi,Sol. ſecundum Tan.¶In glo.vlti.[*ibi,intelligitur*] de bono.&j.de cuſto.eucha.c.2. [*& infi.*] de hoc.20.q. 3.conſtituit,& de conuer.coniu.dudum, circa fin. Ioan.Andre.

ADDITIO.

a ¶Ruſticitatem. Adde,quod alibi refert d.Feli.de ſancto Aug.ꝙ cum ei relatum fuiſſet de vita ſancti Antonij de Padua, quòd magno clamore cępit dicere,Surgunt indoćti, & capiunt regnum cęlorū,nos autem cum ſcientijs noſtris mergimur in profundum.

¶De officio vicarij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli,ſiue continuatio.*
De vicario duplicis generis tradit hic titulus,ibid.
Vbi de vtroque alibi tum, ſub hoc titulo, quàm extrinſecus ibid.& nu.2.
3 *Pro vicarijs aſſignandis,vel pro ipſorum officio exercendo nihil a vicarijs exigi debet.*
4 *Vicarius quando det commendatitias.*
Recuſatur coram ſuo epiſcopo,ibid.
De vicarijs archiepiſcoporum,remiſſ.ibid.
5 *Officialis epiſcopi dat impuberi curatorem.*
Vicarij epiſcopi principali delegantur cauſæ, foraneo non, ibid.ver.item principali.

1 ¶Viſo†de his, qui eccleſiæ ſeruiunt nomine proprio,videamus de his,qui ſeruiūt nomine alieno, Goffre.& communiter per totum tit.tractatur de vicario,qui deſeruit eccleſiæ, excepta decr. pe.vbi tractatur de vicario iuriſdictio.habente.Et de hoc ſecundo proſequitur rubrica in 6. Et de primo ru
2 brica in Clemen.ad†materiam facit.16.q.7.in nona.93.diſt.c.fi.& 94.diſt.c.1.de vicariis habetur,de reſcri.c.poſtulaſti, de fil.presby.conſtitutus, & ca. Michael,de præben.extirpandæ, & de exceſſ.præ
3 la.illud.pro vicariis†autem aſſignandis, vel pro ipſorum officio exercendo nihil a vicariis exigi debet,de ſimo.ad noſtram,de pęnis, licet.de vicario in beneficio,de electione,cum ex eo.§.porro,& de
4 regu.iur. beneficium, lib.6.quando† vicarius det commendaticias, de tempo.ord.cum nullus. §.1. & ii.quòd corā epiſcopo recuſatur eius vicarius de offic.delega.ſi contra vnum . §.vlti. de vicariis archiepiſcoporum ſatis, de offi c.ord.Romana.ꝙ
5 † officialis epiſcopi dat impuberi curatorem ad cauſas ſpirituales,de iudi.cap.fin. Item vide de pben.ſtatutum, in fin.Item principali vicario epiſcopi delegantur cauſæ per papam, foraneo non, in Clemen.de reſcriptis,& ſi principalis, & certo caſu,quo non poteſt habere officium, nec ipſius vicariam,de regu.c.1.ver.ad prioratus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius, ſi beneficium curatum poſtea ſit adeptus, vicariæ priuabitur.*
2 *Rectores eccleſiarum,quando ipſę in temporalibus pleno iure ſpectant ad monacos,vicarij monacorum inſtituti vocā tur.*
3 *Ob abſentiam vicarius non priuatur beneficio, niſi moneatur.*
4 *Canonicum quod non eſt,nec ſequendum, ſed corrigendum.*
A petitione quibus caſibus quis repellatur, eod.nu.ver.& eſt no.& nu.5.
5 *In beneficij cauſis iudex etiam petente aduerſario inquirit ex officio,& imponere ſilentium poteſt,nu.6.*
7 *Agit nullus inuitus regulariter.*
A petitione tamen iniqua & iniuſta deſiſtere cogitur, etiam expoſtfacto,ibid.
8 *Suffragium,& additio gloſſarum.*
9 *Ordinari an quis poſſit ad titulum perpetuæ vicariæ.*

CAPVT I.

1 Audientiam. Caſus.vicari⁹,† ſi beneficium curatū poſtea ſit adeptus, vicaria priuabitur. Et not.ꝙ hæc decre. Alexan.præceſſit dec.de multa.& duo facit.primo narrat factum.ſecundum,ibi,quia igitur, dat iudicem[*Mo*
2 *nacos*] quando†eccleſiæ quoad temporalia pleno iure ſpectant ad monacos,¦rectores ibi inſtituti ſolent vocari vicarii monacorum,vt patet.j. de præben.de monacis [20.*annis*] factum narrat, Tan.& Hoſtien.ſubaudit,maxime: tamen quantūcunq;
3 †abſit,non priuatur,niſi moneatur.j.de cleri.non reſi.ex parte,ſecundum Phi. [*in diuerſis*] etiam fa
4 ctum narrat [*non eſt canonicum*] ergo† nec ſequendum,ſed corrigendum,de fil.presby.ad hoc[*A petitione*] impetrat reus contra actorem; de hoc de reſcrip.c.vlti.Hoſtien. [*Deſiſtere*] ex quo conſtat,ꝙ
2 iniqua eſt petitio.Et eſt notabile ſecundum Inn.[a] quòd repellitur non ſolum, cum in libello continetur ineptitudo,ſed etiam cum alias eſt notum. hic enim non dicebat in libello ſe habere plures perſonatus:tamē,ex quo erat id notorium, quod non poteſt eſſe occultum,de transla.quāto,repellitur,ſecundùm Inn.& Abb. & hoc maximè locū
5 habet†in beneficijs, in quibus iudex etiam tacēte aduerſario inquirit ex officio j.de elec.cum nobis
6 olim.eſt hic ar.ꝙ ex† quo conſtat,ꝙ aliquis litigātium ſuper aliquo beneficio non habet ius in beneficio,poteſt vtriq; ex officio ſilentium imponi, etiam ſi aliàs libellus ſit ineptè formatus.ad idem de fil.presby.c.2.& 3.& c.quoniam,de reſcri.inter cæteras,de pac.cum clerici,ſm Hoſt.qui etiam ſu per hoc remittit,de offi.dele.cum contingat,& de
7 re iudi.cum Bertoldus.quamuis ergo†regulariter nullus inuitus compellatur agere,cogitur tamen ab iniqua & iniuſta petitione deſiſtere, etiam ex poſt facto,ſi fuerat ab initio repellenda, de iudic. examinata,vbi de hoc in vlt.gl.& ibi remittam;& fit hoc,vt reſtringantur lites, de reſcrip. nonnulli.
8 ¶In† prima gl.[*ibi,Nemo ex his*]vide de prob.ex litteris,ſuper glo.2.¶In†glo.j. [*ibi,Translatus*] ſecūdū Tan. [*& ibi,De multa*] vide quod ibi dixi, de conſt.
9 Io.execrabilis[*& ibi,Intitulata*] vnde ad† talem titulum perpetuæ vicariæ poterit ordinari.j. de reſcr. poſtulaſti,& hoc notant hic antiqui; ſed Goff. vī tenere contrarium.& Hoſti. dicebat ſe neſcire,an fuerit vitium ſcriptoris, in gl.Goff.all.etiam de ſi de inſtru.G.perpetuus [*& in ſi.*] quod dic vt in conſtitutione Cle.e.ti.quæ de eccleſijs.j. reſpon.

ADDITIO.

a Inno.Vide Inn.in c.conſtitutus,j.de fi.presby.& de diuor.ſignificaſti,& in c.cum contingat.j.de offi.dele.& in c.mandatum, de reſcri. poſt Comp.& vide in deciſio.Rotæ, concl.20.& duabus ſe. & vide Bar.in l.ſi vnus.§.pactus,vltra mediū.ff.de pac.& gl.ibi, & in l.vbi. pac.& doc.C.de tranſa.maxime Bal.& Sal.& Bar.in l. eum cui ita. §.qui ita.ff.de verb.ob.& Bal.in l.ordinarij.C.de rei vendi.

SVMMARIVM.

1 *Vicarias plures quis habere non poteſt,& de quo vicario intelligatur.nu.4.*
2 *Perſonæ pro rectoribus eccleſiarum vocantur in Anglia.*
Tales tamen non dicuntur habere perſonatus.
3 *Vicarij,ſi ſe contra prælatos erexerint,puniuntur.*
5 *Epilogus,& Additio gloſſarum.nu.6.*
Vicariæ in quibus caſibus habeant locum, ibid.

CAPVT II.

1 Prouideas. Caſus.Plures† vicarias quis habere non poteſt. & primò ponitur dictum.ſecūdò ipſius ratio, ibi, quia
2 cum[*perſonis*].i.rectoribus†eccleſiarum,qui vocantur perſonæ in Anglia reſpectu vicariorum, & tales iuxta vulgarem modum loquendi,licèt dicantur habere perſonatus,non tamen dignitates;quod dic vt no.j. de cleri.non reſi.quia nonnulli,Hoſtien.[*Eccleſiis*]j.e.tit. c.fi.[*Deſeruire*]etiam per iuramētum interdū;quo
3 caſu ſi ſe cōtra† prælatos erexerint,puniuntur, ut dicitur.j.de exceſſ.præl.illud, ſecundùm Hoſtien.
4 [*Præter vnam*]hoc†verum de vicario perpetuo.aliquando enim ex cauſa admittitur temporalis, de app. peruenit, cum ſuis concor. ſaluo tamen eo, quod habes,de ele.nemo deinceps,lib.6.¶Prima
5 † gl.obijcit,& ſoluit ſubdens tria,q̄ in vicario con-
d municando[d], ſi non ſoluerit in termino, non eſt locus ſententiæ: quia forſan libenter ſolueret,ſed non poteſt, ar. ĩ.de iureiu.breui.ĩ.de ſolu. Odoardus: vel miſit pecuniam per nuncium, qui infideliter egit,& ipſam retinuit.ĩ.de pign. ſignificante. ergo non eſt contumax,& per conſequens nec excommunicandus, vt patet in præ. c. nec pactum ſeruandum tanquam turpe. ff. de pac. ſi unus. §. pacta,& ſe.nec ob.ſi dicas,quòd imputandum eſt ei,ſi potuit ſoluere, & non ſoluit;& ſic videtur de culpa teneri,ar.ff.commo. ſi vt certo. §. ſed interdum.ff.locati & conducti, videamus. §. ſed in hac locatione,& ſe. quia quamuis actio locati,& com modati dentur cõtra culpabilem,vt ibi,non tamẽ excommunicationis ſententia: quia non fertur ni ſi contra cõtumacem, vt dictum eſt,& probatur. ĩ.de ſenten.excommunica.ſacro.vnde, ſi in culpa fuerit, & ſoluere potuerit, tamen nunc non excõ municabitur,ſi factus fuerit non ſoluendo, ut patet in eo, quod legitur & not. ĩ. de ſol. Odoardus.

4 Sed contra,ſi lata†ſit excommunicationis ſenten tia contra aliquem,niſi ĩ.certum terminum ſolue ret,elapſo termino excommunicatus eſt,ſi nõ ſol uit,niſi appellauerit.ĩ.de re iud. quòd ad conſulta tionem.ĩ.de app.præterea.& tamen poteſt eſſe, q; factus ſit non ſoluendo in termino aſſignato; & ſic non videtur contumax,nec rebellis.ff.de regu. iu.impoſſibilium. vel poteſt eſſe, quòd res, quam debuit ſoluere,etiam ſi ſine culpa ſua perijt.certũ eſt enim,q; de culpa tenetur. ad hoc.ff. quod met. cauſa.Item ſi cum exceptione. §. q; ſi homo, & §. ſe.ff.de rei ven.vtiq;,& l.præcedẽti,& l. Item ſi ver beratus.§.fi.ff.de le.j.cum res.ff.ſi cer.pe.quod mihi.& tamen ſententia ſortitur effectum,ſaltem ex quo intra terminum potuit ſoluere, & nõ ſoluit, quamuis in medio tpe incipiat facultatibus labi, arg.optimum.ff.de admi.tu.l.quoties.§. nec quisquam putet,& præce.& ſic patet,quòd etiam non contumax hac ſententia ligatur. Sol. Dicunt aliqui,q; talis ſententia nõ ligat niſi illum, qui in termino poteſt ſoluere,& non ſoluit, vel culpa ſua factus eſt non ſoluendo,ar.optimum.ĩ.de rap.c.2. alioquin, ſi inculpabilem & impotẽtem intendit ligare iudex,talis ſententia ſicut continens errorẽ intolerabilem,nulla eſſet.ſ.e.cum contingat. ĩ.de ſen.excom.per tuas. Alij dicunt,q; ſemper eſt talis excommunicatus, etiam ſi ſine culpa ſua factus ſit non ſoluendo: quia licet poſſit cadere in errorem, vel error inde ſequi, tamen ex quo error in ipſa ſententia non exprimit,tenet ſentẽtia. 2. q. 6. ſi ſententia,& no.ĩ.de ſent.excom.& re iudi.c.j. Iudex tũ poſtquam hoc cognouerit, debet talẽ ſine difficultate qualibet abſoluere;ar.ĩ.de ſen.exc. ſacro.& hæc opinio magis placere videtur Innocenti. Sed apertius Hoſtien.& adde quod not. de teſt. cog.c.2. hoc autem locum habet, quando ſententia lata eſt ſub condi. vt dictum eſt.vbi enim purè fertur ſententia excommunicat. non eſt ferenda ſententia,niſi contra cõtumacem,& rebellem, vt ſ.not. ſecundum Innocent. Quinimmo & quando conditionalis eſt,intelligitur ligari contumax. illa enim ratione ligatur,quia præcepto iudicis. ĩ. terminum non paruit. illud autem poteſt dici ſpeciale in hac conditionali ſententia, quòd liget,& ſi parere non potuit,&c.ratio:quia hæc ſententia eſt medicina animæ.2.quæſti.j.multi. vnde & tan quam fauorabilis dilatatur,vt not.ĩ. de ſenten. excommunica.c.pe.;quamuis alij contradicant. eſt etiam ratio, vt cenſura eccleſiaſtica in maiori reuerentia habeatur, & magis ab omnibus timeat:

5 propter†quod nec ab ipſa appellari poteſt,ex quo ſemel ligauit.ĩ.de appel.paſtoralis.§.fin. & no.ĩ.de offi.ordi.ad reprimendam.§.i.& per hoc etiam patet, quòd aliud eſt in pacto partium, per quod ſolum ſine monitione non eſt ferenda hæc ſententia,vt no.ſ.e. glo. circa prin. & aliud eſt in ſententia conditionali, quæ adueniente termino ligat, vt eſt præmiſſum: & enim pactum partium non poteſt iudicem aſtringere: ſed ſentẽtia iudicis partes aſtringit ſic:quia non eſt tantæ auctoritatis pactum, ſicut & ſententia. Sed & per pactum ſolum nemo obligatur,cum nec adhuc aliqua ſententia lata ſit,licet ex ipſo non ſeruato ferri poſſit,ſerua

6 ta† tamen traditione artis noſtræ, quam iudex ſeruare debet, quantuncunq; partes renũciauerint, vt paret in eo, quod no. de ſen. excom.cum medicinalis.ſententia verò conditionalis & ſi non liget citra terminum,ipſo tamẽ elapſo ligat: quia iam

7 lata eſt. Nam†& ſi ſub conditione non ſit ferenda etiam aliq; quæuis ſententia; lata tamen tenet.2. q. 6. biduum.& hæc ſub condi. ẽt ferri põt. 5. q. j. quidam. nec habet, vnde queraturis, contra quẽ fertur,niſi de gratia, cum & ſoluendo, vel ſaltem appellando poſſit ſibi interim prouidere,vt patet.

8 de appel.præterea.ex præmiſſis † colligi poteſt, q; ſi quis ſibi cautè vult prouidere,dẽt ſibi cauere,ne ſolũ fiat iurisdictionis prorogatio; ſed ſtatim per iudicem,conſentiente & inſtanter petente, prorogante debitore, feratur in eum excommunicationis ſententia. niſi. ĩ. terminum plenè ſatisfecerit, vt præmiſit. tunc enim nulla alia monitio eſt neceſſaria: quia dies[e] pro homine interpellat.ĩ.de lo

9 cato.c.fi.in fi.nec valebit†appellatio,ſi appellet in terim:quia ex quo in hoc ſemel conſenſit,in alterius præiudicium diſſentire non põt,ar.ĩ.de prob. per tuas.§.fi.ad fi.cum ſuis concor. & de re iudic. cãm quæ. non enim grauatur niſi à ſeipſo. vnde

f nec poteſt deinde conqueri[f], argu.infr. de appe. cum ſpeciali. §.porrò. ſecus, ſi expreſſe non conſenſiſſet, ſed contra inuitum eſſet lata ſententia; & ſic loquitur & tollitur contra. infr. de appellat. ſm Hoſtien. & ſic ſeruamus [*Occaſione*] .ſ. prorogationis prædictæ, & ſolutionis non factæ, Hoſti. [*Cum huiuſmodi*] .ſ. delegata [*Perſonas*] not. quia

10 † non dicit, res, & ſic ſoluitur contrarium,de mutu. pe. c. j. & 2.vbi beneficio reconuentionis prorogatur iurisdictio delegata ad res alias; & dic ut ibi, & ſ. eodem. cum olim. j. gloſſa penultima. Item contra.ſ. eodem,c. j. ibi ſoluitur in gloſſa final. Item contra.infr.de alien. iud.mu.cau. fac. c. j. ibi ſoluit in fine penultimę gloſſę. Item contra. ſ.eodem. prudentiam, in fi. dic ut ibi. ¶ Vltima

11 †gloſſa, diſtinguit triplicem prorogationem tem

g poris,rei, & perſonæ. demum quærit, arguit pro & contra, & ſoluit; in fin. ſubdit de prorogatione

12 clericorum. ¶ In†glossa prima [*ibi, lege secunda*] ibi sunt ad litteram verba, quæ præcedunt [*& ibi. C. eodem titulo*] puto quod allegare intendat. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. vbi dicitur, ꝙ per iudicis subtilitatē habetur ratio etiam lucri. ¶ In glossa vltima [*ibi, & quia*] vide, ne prælati vices su. c. secundo, super glossa secunda [*& ibi, Labeo. 2.*] prorogatio diei nec minuit, nec immutat conditionem, vel naturam compromissi [*& ibi, Cum specialis, in fine*] ad eum, qui dedit iudicem, appellatur ab arbitris, sicut si appellaretur a iudice [*& ibi, Precarium*] adhuc durans: secus, si iam esset finitum, vt ibi [*& ibi, Meminisse*] sequitur, oportebit usque in aduentum successoris omnia debere proconsulem agere, cum sit vnus proconsulatus. ¶ † In
13 glossa prima [*ibi, iudicis officium*] qualiter expediatur iudi. officium in hac parte, & quomodo habetur ratio non solum damni, sed etiam lucri, & quare hoc remedium sit inuentum, legitur. ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. penul. & vlti. & l. 4. Hostien. ¶ In glossa, sic ergo [*ibi, Beneficij*] hoc verum superiore ratum habente, ne sit contra. s̄. de renun. admonet, Hostien. ¶ In glossa, vnde videtur [*in fine*] & sic quod potuit &c. s̄. eod. cum super. ¶ In glo. vlti.
14 [*in prin.*] Hostien. hic volens plenius †dare prorogationis materiam dicit duo esse genera hominum .s. clericorum, & laicorum. 12. quæst. j. duo sunt. Item duplex iurisdictio, ordinaria, & delegata, & vtraque duplex, ecclesiastica & temporalis vel secularis. Item duplex prorogatio. s. expressa, & tacita: & expressa quadruplex. i. de persona ad personam, de re ad rem, de loco ad locum, de tempore ad tempus. De primo genere hominum, scilicet clericorum breuiter se expedit dicens, quòd clericus nullam prorogationem expressam iurisdicti. ordinariæ facere potest quo ad personam suam, vel beneficij sui sine consensu Papę, vel proprij dię
h cesani[h], remittens ad decre. significasti, de foro competen. alle. de cle. non resi. fraternitati. Tacitam autem facit de persona sua per actum contrarium, & per inobedientiam, secundum no. de vi. & ho. cle. c. fina. & de senten. excommunic. in au
i dientia, & c. perpendimus[i]. & quandoq; de beneficio, vt patet de cle. coniu. c. 3. & c. diuersis, de renun. quòd in dubijs. Laicus verò ipsam expressam indistinctè facit quo ad temporalia. ff. de iud.
k l. j. & 2. k ff. de iur. om. iu. l. j. & 3. quò ad personā, vt ibi, & quo ad rem. ff. de iud. de qua re. §. j. nisi sit feudalis, de foro comp. verum, & c. ex transmissa. quo ad spiritualia verò secundum eum non poterit hanc expressè facere sine consensu proprij iudicis, vt dictum est de clerico. ad hoc de parochi. c. 2. & 3. de pęni. omnis, de conse. distin. 5. non om
l ne. 2. tacitè verò hoc potest, domicilium[l] omnino transferendo. j. de parochi. c. fina. De loco autem ad locum maior iudex, cui est commissa prouincia, vel diœce. potest prorogationem facere quo ad iurisdictio. ad ipsum spectantem concedendo .s. iudici aliunde cum suis subditis venienti, vt intra territorium suum sedeat, & inter suos subditos iudicet, quod aliàs fieri non posset. ff. de iurisd.
m om. iu. l. fi. de consti. c. 2. li. 6.[m] saluo quod dicitur
n in consti. Cle. de for. compe. quamuis[n]. & quòd possit hoc concedi, satis probatur. j. titu. j. nouit. De tempore verò ad tempus nō fit prorogatio iurisdictio. perpetuæ ordinariæ. patet ratio, quia quod habet a sui natura, per prorogationem non
o recipit[o]. fallit in casu, quo. s. cessat ratio, scilicet quando extranei prorogarunt iurisdictionem ordinariam ad tempus; quo casu prorogari posset vt delegata dicetur, posito etiam, quòd postea cederet ex causa non famosa, de hoc dicam, infr. eo. capitulo secundo, & plenius, infra titulo j. nouit. De persona verò ad personam, vel, vt congruētius loquar, de persona ad iurisdictio. vel de iurisdicti. ad personā, nec à clerico, nec à laico expressè prorogari potest iurisdictio delegata, vt hic, & C. de iurisdictio. omn. iudic. priuatorum. tacitè verò sic in quibusdam casibus, quos pro contrarijs hic signaui in vltima glossa. De re ad rem bene prorogatur iurisdictio delegata etiam tacitè, nedum ex presse, vt probatur supr. eodem, cum olim. j. ff. de iudic. de qua re. §. fina. De loco autem ad locum non propriè fit prorogatio iurisdictio. delegatę per principem secundum Hostien. cum gerat vices eius, qui toti orbi præest. 11. quæstio. 3. cuncta, & c. per principalem. non obst. de rescrip. non nulli: quia ipsum priuilegiat, ne rei trahantur vltra duas dietas. & dato, quòd renunciarent partes, quod possunt, non propter hoc prorogarent iurisdictio. de loco ad locum: quia id possent iudices ex consensu partium, nisi per se id haberent. & est simile, quod not. de electio. suffraganeis, de transla. c. j. de hoc dic ut de rescrip. statutum. §. in nullo, libro sexto. De tempore autem ad tempus bene prorogatur delegata, nisi hoc esset inhibitum, ut dicam statim in princi. glo. remittit etiam Hostien. ad summam, eodem titul. §. quibus modis [*& ibi, Ad tempus*] intelligas, nisi hoc sit inhibitum in rescripto, Philip. ff. de iudi.
15 l. 2. §. si & iudex [*& ibi, De communi*] satis est †utranq; partem consensisse, licet diuersis temporibus; de hoc in spe. de arbitro. §. excipitur, ver. Item nunquid [*& ibi, Arbitrium*] nunquid possit † arbiter,
16 cui data est prorogandi potestas, pluries prorogare, & quid si ad diuersos dies prorogat, vide in specu. de arbi. præ. §. ver. sed quid si arbiter, & se. [*& ibi, ad personam*] Est quarta prorogatio de loco ad locum, de qua dixi in princi. gloss. Dicunt
17 †quidam, quòd est alia, de causa ad causam, per decret. cordi, de appella. libro sexto. Sed dicit Innocent. supra eodem, de causis, quod ibi potius est omissio excep. quàm prorogatio iurisdictio. in omittendo articulum appel. & cognoscendo de principali. ratio patet, quia in Papa, qui iudex est omnium, non cadit propriè iurisdictio. prorogatio. & illa prorogatio non posset fieri in archiepiscopo, vt patet de foro comp. Romana, in princ. libro sexto [*& ibi, Per errorem*] vide, quod post In nocen. dixi. s̄. eodem, prudentiam, super glo. 2. su per versi. non potest, versi. sed neutra [*& ibi, Habetur a lege*] si dicas per viam confirmationis, vel approbationis, non obstabit ei, quod tenet glossa
p [*& ibi, Prorogatur*] idem in locatione P, & compromisso prorogatis. ff. loca. Item quæritur. §. qui impleto, & ff. de arbit. l. non ex omnibus. §. vlti. Goffred. [*& ibi, Delegata*] Idem Goffred. s̄. eodem, cum olim. j. [*& infi.*] vnde dicit Innoc. s̄. eodem.
18 de causis, quosdam dixisse, prorogationem † locum habere etiam in causis criminalibus, & spiritualibus & quo ad penas sanguinis, excommunicationis, & depositionis, dummodo iudices sint tales, qui habeant merum imperium, & qui habeant potestatem talia exercendi, & puniendi, licet non in istos, qui prorogant. arg. pro ipsis, quia per reconuentionem licet prorogare; ergo per consensum, ut not. de mutu. peti. capitulo primo, dicit ipse Innocent. quòd alij dicunt contra, & maximè in pœnis spiritualibus, quarum
19 † iurisdictio, & potestas a nullo venit, nisi a solo deo, vel eius vicario, vt dicam, infr. de restit. spoliato. olim. 3. in glossa, petebat, versic. potest & illud. Alia verò iurisdictio & potestas peruenit a populo ad principes, institu. de iure na. §.

na. §. sed quod. dicit etiam Innocen. illud esse certum, quòd in foro pœnitentiali nullus potest prorogare potestatem absoluendi sine consensu proprij prælati, de pœni. & remis. omnis. nec est similis secundum ipsum prorogatio iurisdictionis, quæ fit auctoritate legis, ad illam, quæ fit per consensum solum. dicit demum aliquos dicere, & fortè melius, iurisdi. criminalium, & spiritualium prorogari posse per solum partium consensum, dum modo iudices tales sint, qui de hoc possint cognoscere. Sed potestas excommunicandi, vel absoluēdi non; & hoc ibi placet Hostien. siue de spirituali fori pœnitentialis, siue fori iudicialis quæramus; alle. decre. prælle. omnis, & de foro competenti, significasti. ad primum alleg. ff. de iudic. l. j. & 2. & de iurisdi. om. iud. l. 3. & vide remissiones, quas dabo, de foro competēti, si diligenti, super prima gl. fatetur tamen Innocen. quòd potestas cognoscēdi, & diffiniendi, an iusta, vel iniusta sit excommunicatio, & an sit excommunicans puniendus, prorogari potest. nec obstat secundum ipsum, quòd de prædictis non potest iri ad arbitros, ergo nec iurisdictio prorogari: quia illud propter vtilitatem arbitrorum; quæ ratio cessat in iudicibus prorogatis. Abb. etiam hic tenet laicum in potestate excommunicandi se non posse submittere non suo iudici.

ADDITIONES.

a Nulla monitione. Et an laicus possit se submittere potestati alterius iudicis ecclesiastici, vt possit per illum excōicari, vide omnino Car. Flo. in repe. c. perpēdimus, de sen. exc. q. 17.
b Venire. Potest venire, non vt oriatur immediatè a pacto, sed occasione pacti oriatur a iudice, vt hic in tex. & glo. ficut ergo, & apparet infra.
c Ferre. Monitione præmissa, non ex solo pacto sine illa.
d De excōicando. Vide subtiliter per d. Bar. Soc. in l. qbus diebus, in §. quidam Titio, in vlt. col. ff. de condi. & demon.
e Quia dies. Vide d. Fr. de Are. i l. si ex legati cā. ff. de ver. obl.
f Conqueri. Posset tn̄ propter impossibilitatē soluēdi post sententiā occursam petere relaxari illā sine difficultate, nō obst. consensu suo, iuxta no. per Io. An. de sol. Odoardus, vbi vide.
g Glo: Illa non est proprie prorogatio, quæ requirit partium consensum, vt hic in gl. sed iur. dispositione reus conuentus actorē inuitū recōuenit. & idem in accessoriis ad petitionē, quæ inuito reo ueniūt in cognitionē iuris dispositione, vide Io. An. in c. prudētiā, ad fi. & super gl. fi. & j. videbis in contrarijs signatis.
h Diocesani. Nec sufficeret isto casu consensus inferioris prælati, qui etiam aliàs de eā illa cognoscere posset; vide Io. An. in c. significasti, in gl. non putat, hic alleg.
i Perpēdimus. Nō est illa prorogatio, ppriè, de qua in istis iurib⁹, sed cōcessio a iure alteri iudici puniēdi clericos illos fcā.
K Scda. Ibi vide per Bar. & plenius in l. j. §. & post operis. ff. de n o. ope. nū. ubi ponit no. d ista mā circa laicos, & alle. gl. no.
l Domicilium. Non est isto casu propriè prorogatio, & an sit alibi peccando, gloss. not. 16. q i. c. j. & an eps possit subditis concedere indulgentiam in alia diœcesi concurrentibus, ui de in consi. Oldr. & vide ad materiam istam, de qua hic, Io. An. in c. 2. de despon. impu. in glo. ma. sua.
m Sexto. Pone exemplum secundum. ll. per l. fi. ff. de iust. & iure, & vide Bar. in l. 2. ff. de iud.
n Quamuis. Et ibi vide no. in glo. super uer. indulgentiam, & requiritur in hac prorogatione consensus ētambarum partium. & idem no. Io. j. ti. j. nouit, super j. glo.
o Recipit. Quia perpetua est quoad usq; tenet prælatura quo ad subditos.
p In locatione. Vide diffusè per d. An. Barb. in cōs. 14. in 2. parte in 8. co. in fi. vide d. Ale. in consi. 132. in prin. in 5. uolu.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus maior 20. annis dari potest à quocunq;, & quando inuitis partibus, & inuitus. numer. 2. & 8. à principe verò etiam minor. numer. 3. & quæ in eo requirantur. numer. 4.*
2 *Leg. sancimus. 1. C. de aduo. diu. iud. intellectus, versi. qui sic dicit.*
3 *Principe minori 18. delegare potest, & minorem ea ętate ordinarium facere.*
Contra principem disputare sacrilegij crimen obtinet, ibidem.
5 *Epilogus, & Additio glossarum, & numero 6. 7. 8. & 9.*
7 *Circa ętatem iudicis delegati standum est huic interpretationi Papali.*
Ætas maior requiritur in iudice, quàm in aduocato, & procuratore negociorum, & ratio differentię quę, ibid. uer. nec obstat.
8 *Arbiter cuius esse debet ętatis, & nu. 9.*
Sententia cuius delegati non teneat ex defectu ętatis, & quo casu, eod. nu.
9 *Ordinarius iudex, modò sit pubes, esse potest, & sententia ab eo lata tenet, ver. minor autem. & nu. 3.*

CAPVT XLI.

QVm vigesimum. Breuē, & secundum Abb. tria sunt dicta. Primum, quòd† maior. 20. annis à
1 quocunque potest dari delegatus. secundò, quòd maior. 18. etiam datur à quocunque de consensu partium. tertiò, quòd princeps in qua cunque ætate delegat [*Dari*]
2 non†solum a principe, sed a quocunque, qui delegandi habeat potestatem, secundum Inno. [*Potuit*] etiam inuitis partibus, vt infra dicam. & etiam inuitus, si eras maior. 25. annis, secundum Hosti. qui sic dicit intelligendum C. de aduo. diuer. iu.
a sancimus[a]. j. ante finem [*Delegatus*] vide quod not. j. de rescri. statutum, in prin. lib. 6. in glo. dignitas, & in glo. habentibus igitur [*Eandem*] perfectam. s. 20. anno. [*Scienter*] quia sciunt ætatem delegati;
b ita not. Azo in sum. C. de iudi. §. 2. in fine, [b] Goff. [*Consentirent*] consentiente etiam ipso, qui datur, secundum Hostien. ex quo minor est. 25. vt j. di-
3 cam [*A principe*] is enim† minori. 18. delegare posset: quia & minorem ordinarium facere potest, vt in l. quidam consulebat, in fin. secundum Innocen. contra quem disputare crimen sacrilegij obtinet. C. de crim. sacri. l. disputari. 17. quæst. 4. §. qui autem, in aucten. vt iudices sine quoquo suffragio. §. eos autem, ibi, quis enim &c. colla. 2.
4 [*Non tencret*] requiritur† ergo certa ætas in iudice delegato, & quædam alia, de quibus tetigi. s̄. eod. si pro debilitate, & remittit Hostien. ad summā,
5 eod. titul. §. cui possit. ¶ Prima† glo. alle. 5. concor. s. vnum contrarium, & soluit. ¶ Vlti. glo. ponit triplex impedimentum iudicum, s. natura, lege, & moribus. de primo quò ad impuberem arguit a contrario, & illud determinat. Finis querit
6 obijciendo, & dupliciter soluit. ¶ In† glossa j. [*ibi, Cum in cunctis*] vbi de hoc plenius [*& ibi, Ad nostram*] vbi de hoc [*& infi.*] sic infra de electio. indemnitatibus, in princ. & infra, de ætate, & qualita. c. vno, libro 6. Dic, quòd hæc sunt de his, quæ pendent à principum voluntate, vt dixi. s̄. de rescrip.
7 si quando. ¶ In glossa 2. [*ibi, Sit minor 18.*] Azo† intelligebat, dummodò non esset minor 17. per l. ff. de postul. l. j. §. puerilem. Accursius videtur intelligere de minore, nondum tamen adulto. Hostien. dicit standum huic interpretationi Papali. nec obst. §. quem inducit Azo: quia maior ętas requiritur in iudice, quàm in aduocato. & satis patet ratio, quam etiam quo ad procuratorem negociorum reddebat Host. s̄. de procu. non iniustè, cum in eo non agatur nisi de rei familiaris prę iudicio. ff. de minori. cum mandato. sit ergo qui libet sibi moderator & arbiter, vt ibi, & C. man.
c in re mandata. In iudice[c] verò agitur de aliorum præiudicio, & de publica honestate. vnde

non mirum; ſi in iudice requiritur maior ætas,
8 [*& ibi, minor* 20.] ab ipſo† principio. nec enim ſuffi
cit, quòd pendẽte compromiſſo factus ſit maior;
de hoc in ſpe. de arbitro. §. 2, ver. quid ſi pendente.
[*& in fi.*] dicebat hic Hoſtien. finaliter in hac ma-
teria hanc diſtinctionem tenendam, quam in par
te tangebat Inn. Maior 25. annis dari poteſt inui-
tus, & partibus inuitis, & cogitur ſententiam da-
d re. Minor [d] autem. 25. maior 20. poteſt dari parti
bus inuitis, & ſi ſententiam dixerit tenet: non ta-
men cogitur ipſam dicere, ſecundum Hoſti. Sed
e Inn. ſcripſit hic, quòd cogitur. minor [e] vero. 18. ẽt
partibus conſentientibus non datur, niſi à princi-
pe, ſic nec maior 18. ſi fuerit minor 20. niſi partes
ſcienter conſenſerint, poteſt dari, per conſequẽs
nec cogi, nec tenet ſententia, ſed ſi partes in ma-
iorem. 18. in minorem. 20. conſentiant, valet dele
gatio, & ſententia, ſed non cogitur illam ferre. ar-
9 biter† verò compromiſſarius eſſe non poteſt mi-
nor 20. quamuis partes conſentiant; nec cogitur
ferre ſententiam, nec etiam lata tenet. minor au-
tem 18. dummodo ſit pubes, & iudex ordinarius,
iudicare poteſt, & ſententia ab ipſo lata tenet, vt
f patet in l. quidam [f], in fi.

ADDITIONES.

a Sancimus. Illa. l. dicit de ætate, ſed dicit priuilegium aduoca
tis, vt extra ſuam formam delegationis ſuſcipere, de qua. l.
vide gl. in c. paſtoralis, ſ. eo. ti. ſuper ver. compellere, & ſuper
illa. Io. An.
b Fine. Et idem no. glo. in l. cum prætor. ff. de iudi. & eſt tex.
in l. quidam conſulebat, ff. de re iudi.
c In iudice. Vide do. Ale. & Moder. in l. quidam conſulebat.
ff. de re iud.
d Minor. Vide tex. in l. quidam conſulebat. ff. de re iud. & ibi
per Bar. & ibi no. ipſe quia cognoſcet de hac exceptione mi-
noris ætatis, & quando opponi debeat.
e Minor. Et pro Inno. & contra Hoſt. videtur tex. a contrario
litteræ in l. cum l. in prin. ff. de arbi.
f Quidam. Non ob. prædictis. l. ſpurij. §. vlt. ff. de decur. ut
ibi no. gl. & uide Bar. in præalle. l. quidam conſulebat.

SVMMARIVM.

1 *Delegatorum, vel arbitrorum plurium ſimpliciter datorum*
poteſtas expirat ob mortem vnius, à quouis dentur; ſecus
in caſibus notatis. nu. 7. & 18.
2 *Arbitrium & delegatio congruè coniunguntur, quia ambo*
ſtricti iuris; & in quibuſdam conueniunt, in quibuſdam ve
rò differunt, num. 5.
3 *Exemptus pro mortuo.*
4 *Ordinariorum, procuratorum ſpiritualium, executorum vlti*
marum uoluntatum officium per vnius mortem non ex-
pirat.
Impedito uno ex pluribus habentibus officium commune, im
pediuntur & reliqui, ibid.
6 *Verba multum operantur: interdum tamen non tantum, quod*
ſonant.
7 *Epilogus, & Additio gloſſarum. nu. 8.*

CAPVT XLII.

a
1 NO delegatorum [a]. Se ſummat mutatis verbis hoc in-
tendens. Poteſtas †plurium delega
torum, vel arbitrorum ſimpliciter
datorum expirat per mortẽ vnius.
Et prima pars ponit dictum. ſecunda exceptionẽ
a dicto ibi, niſi [*Delegatorum*] in hoc ad titulum, ſiue
ſint duo. ſ. eo. cauſam, vel tres. ſ. eo. cum cauſam,
vel plures quotcunq;, cum eadem ſit ratio, vt iam
dicam. Item intelligitur hoc de delegatis datis a
principe, vel alio, cum ſit eadem ratio, & littera
non diſtinguat [*Arbitrorum*] hoc vtilitatis cauſa
ſubiungit extra titulum. ſimile de reſti. in integ. c.
2 pe. & ſecundum Goff. & Hoſt. congrua †eſt coniũ
ctio, cum vtraq; ſit ſtricti iuris. ſ. e. P. & G. ff. de arb.
non diſtinguemus. §. de officio. & ponitur hoc ver
bum generaliter, vt comprehendat etiam arbitra
tores, cum eadem ſit ratio, & de vtriſq; no. ſ. de ele
ctio. cauſam que, cum ſuis remiſſionibus [*Sicut pro*
3 *ponis*] ſuperfluit [*Exempto*]. i. †mortuo, & ſic perpe-
tuo impedito. Idem modus loquendi. ſ. ti. 2. paſto
ralis. §. i. ſ. e. ſi delegatus, li. 6. [*Eorum*]. ſ. collegarum
ſuperſtitum [*officium*] receptum per ſubdelegatio-
4 nem, vel compromiſſum [*Expirauit*] ſecus † in or-
dinarijs, vt no. de arbi. c. 2. li. 6. in glo. fin. & in pro
curatoribus cauſarum ſpiritualium, de procur. ſi
duo. §. vlt. li. 6. & in executoribus vltimarum volũ
tatum. ſ. de teſtis. c. fi. li. 6. [*Niſi aliud*]. ſ. quòd non ex
b piret. no. ex decre. quòd impedito [b] vno ex pluri-
bus habentibus officium commune, impediũtur
& reliqui. ad quod concor. quod no. de conceſ. p̃
5 ben. ſi capitulo, lib. 6. in 6. glo. Item †no. quòd con
ueniunt delegati, & arbitri; interdum differunt, vt
no. ſ. c. proxi. & ſ. de arbi. c. 2. li. 6. in fin. Item no. ca
ſum, quo expirat iuriſdictio delegata. Alij not. ſ. e.
6 in litteris. Item †no. quòd verba multum operan
tur. durat enim iuriſdictio cũ clauſula, quæ alias
expirat. ad idem de priui. ſi Papa. §. j. in fi. li. 6. Inter
dum verba aliquid operantur, ſed non in totum,
7 quod ſonant, de procu. ſi duo. §. j. li. 6. ¶ In †gloſ. j.
hanc gl. recitare poteſt repetẽs per quattuor quæ
ſtiones. Primò quærens, quæ ſit ratio huius iuris
dicentis, quòd per mortem vnius delegati, vel ar-
bitri expirat officium cõllegarum. Secundò cum
hic dicatur de impedimento mortis, quid de alio
impedimento perpetuo. & adde quod dicam ſu-
per glo. Tertiò, an id, quod hic dicitur, ſit p̃ciſum,
an vero habeat exceptiones. & an dilatãdo dicat,
quòd exceptiones habet, quarum vnã ponit text.
& gl. repetit. ſ. cum in reſcripto, vel compromiſſo
eſt clauſula, quòd ſi non omnes. Idem & multo
fortius, quando ibi eſt clauſula, vos, vel alter, de
qua. j. e. cum plures, li. 6. Tertius caſus, quãdo ſcri-
bitur dignitati. tunc enim per mortem illius, qui
tunc præeſt, non expirat. ſ. eo. quoniam. quartus,
quando delegatus mortuus ſubdelegauit, & ſub-
delegatus vti cepit illo viuente. ſ. eod. licet primũ,
& quartum ponit glo. Quartò quæritur, quid de
morte litigatoris, an per illam etiam expiret de-
8 legatio, vel compromiſſum. ¶ In prima† glo. [*ibi,*
alterius] hic bene cõtinuaretur ver. j. quia neuter.
& reſpiciunt hæc primam quæſtionem. ſed ver. q
ſequitur, reſpicit ſecũdam [*& ibi, Suſpectus*] ſup. vel
fiat mutus, vel furioſus, vel deponatur, & ſcribaẽ
perſonæ: ſecus, ſi excommunicetur: quia tunc nõ
expirat, ſed ſuſpenditur; ad hoc ſupra eodem, pru
dentiam, verſi. ſexta, ſecundum Hoſti. [*& ibi, Iuſſi*
ſunt] de hoc. ſ. eo. prudentiam, in gl. 2. ante mediũ
[*& ibi, Si in tres*] alias eſt. §. fi. præ. l. & no. reprobatã
opi. Vber. de Bo. qui dicebat, vno ex tribus arbitris
datis ſimpliciter mortuo, duos pronunciare poſ-
ſe per. l. quod maior. ff. ad municip. ad ll. iſtas re-
ſpondebat, quòd loquebantur in tertio abſente
& uiuente, qui expectandus erat: quia poterat a-
lios trahere in ſuam ſententiam: quæ ratio ceſſat
in mortuo. ad l. ff. de ver. obli. ſi quis arbitratu, Re
ſpon. q̃ loquitur in vnum, cum in vnum tantum
erat compromiſſum. ſubtiliter dixit, ſed male, vt
hic patet; & de hoc plene in ſum. de arbi. §. quali
ter conſtituatur, ſub. §. conſtituitur, ver. ſinautẽ
in duos, & ſecundum Hoſtien. [*Et in fi.*] & dixi ple-
ne in Mercu. quam vide de regu. iu. is, qui in ius,
libro 6.

AD-

ADDITIONES.

a ¶ Vno delegatorſum. Vide ad materiam huius. c. no. infra de
teſti. capitu. præſentata, & in capitu. 1. §. 2. de arbi. libro ſexto
& ibi quid de executore, & in c. fin. de teſti. libro ſexto, & in
fin. dum dicit, niſi aliud &c. dic. & ſic nec ob. c. Rainaldus,
de teſta. circa prin.
b ¶ Impedito. Melius diceret, mortuo, quia in illo loquitur
text. hoc dico propter capit. fin. de arbi. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegare delegato papæ, quibus caſibus liceat, & num. 7.*
8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 21. 22. & ſequentibus.
Diuiſio capitu. ibid. nu. 1.
2 *Iudicum conuenientia fit a partibus in curia, ſi literis contra-*
dicatur, & quomodo fiat, & ipſis diſcordantibus, curia dat
ex officio.
3 *Subdelegatum compellere qui delegatus non poſſit.*
4 *Recuſari poteſt delegatus, officio a papa, uel communiter da*
tus, & nu. 5.
5 *Verba cum effectu ſunt intelligenda, ſed ſine alterius offen*
ſa.
6 *Epiſcopo cum ſcribitur a papa, quæ ſoleat apponi clauſu-*
la.
7 *Electa perſona tacite, uel expreſſe ex quibus dignoſca-*
tur.
8 *Inquiſitio quando non poſſit ſubdelegari, uide nu. 30.*
Tutoris datio demandari nequit, ibid. ſed de ſuſpitione cogni-
tio demandatur, ibid.
9 *prouiſio eccleſiarum ſubdelegari quando poſſit, & 10. &*
21. 32.
10 *Iure communi poteſtas quæ mihi comperit, alijs demandari po*
teſt a iure: ſecus, ſi ab homine, & ſic alieno iure, & nume
ro 21.
11 *Ad ſimiles caſus extenditur, licet non ſint expreſſi.*
12 *Miniſteria magna quæ dicantur.*
13 *Magna, vel parua quæ ſint, arbitrio boni iudicis relinquen-*
dum.
14 *Legatorum ſedis apoſtolicæ priuilegium in ſubdelegandi pote*
ſtate.
15 *Excommunicare quem ſi cui committatur, hoc non debet face*
re ſine cauſæ cognitione, niſi in caſu, & quo.
Excommunicare pro denunciare excommunicatum, ibid.
16 *Abſoluere ſi quem quis committat, excommunicare non po*
teſt, & ratio.
17 *Pœnitentiæ, & abſolutio committi niſi presbyteris poteſt.*
18 *Procurator ad negocia poteſt alium ſibi ſubſtituere.*
19 *Appellari non poteſt ab eo, cui committitur certum miniſte-*
rium.
21 *Facere quod quis poteſt per ſe, & per alium, in quibus fallit*
hæc regula.
Auctoritate ſua quod quis poteſt, & demandare poteſt alij
ibid. ver. uel melius.
22 *Executor an poterit exequi, quod mandatur, mortuo mandato*
re.
Succeſſor an perficere poterit certum miniſterium, quod ali-
cui non expreſſo nomine, ſed dignitatis tantum commiſſum
fuit, ibidem. §. ſed quid ſi, & numero 23. 24. & 25.
23 *Per alium quę communiter expleri ſolent, quę non.*
24 *In prædicatione, in pœnitentia, in diſpenſatione quæ requiran*
tur, in perſona ſcilicet hæc exequente, alia de his uide, num.
29. & 31.
25 *Dignitate prædita, qui ſunt præſumuntur honeſti, prouidi, di*
ſcreti.
26 *Iudiciorum pars quæcunq; committatur, an & quando iuriſdi*
ctio commiſſa cenſeatur.
Citator, teſtium receptor, auditor quid facere poſſint, ibid. &
nu. 27. 28.
Capitu. ex literis, ſupra eodem. intellectus, ibidem, uer. ſicut
intelligo.
29 *Excommunicatio, & diſpenſatio.*
31 *Prædicatio, & pœnitentię datio ſubdelegari an & quando*
poſſint. uide, ſupra numero 24. quædam alia de eiſdem.
33 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, num. 34. 35.*
Per alium facere quis non poteſt, quod ſibi iniungitur perſona
liter faciendum.
36 *Excommunicare ne poſſint, coercionem an habeant hi, quibus*
quid miniſterij demandatum eſt.
Miniſtrales qui appellentur, collige ex hoc loco, eod. num. &
quam teneant poteſtatem, iuncto. §. fin. decretalis, cum ex
poſitionibus in ipſum ſuperioribus.
In abſentia quid licet, quod non in preſentia, eod. nume. uer.
licet enim.

CAPVT XLIII.

1 VOniam. Caſus. Subdelegare
†poteſt delegatus pa-
pæ, licet datus ſit ex officio, vel de par-
tium cõſenſu, vel cum clauſula, quod
ſi non omnes, tu cum altero &c. Idem
poteſt conſentientibus partibus is, cui committi-
tur negocium perſonaliter exequendum. fallit in
duobus caſibus: ſecus, ſi commiſſum ſit ſibi nudũ
miniſterium. partes patent. 2. ibi, Idem quoque.
tertia ibi, is autem. quarta ibi, cæterum [*Negocijs*]
quæ delegat [*non perſonis*] i. negocia intendit deci
dere, non perſonas eligere [*pro communi*] reſpicit
2 †conſuetudinem curiæ, quæ hoc habet, quod lite
ra contradicta fit conuenientia iudicum, vel vna
pars eligit vnum, altera reliquum. & ſi non poſ-
ſunt concordare de tertio, curia ex officio dat il-
lum. videbatur igitur, quod iſte communis delega
re non poſſet [*Delegauerit*] ſine conſenſu partium
hoc enim facit quæſtionem [*Id*] ſ. alij delegare
[*Valebit*] dicit Vincen. quod non poterit ſubdele-
gatum †compellere: quia ſolus non poteſt iuriſdi-
ctionem exercere. ſupra eodem, cum cauſam. ſi
enim non poteſt ſolus cogere partem; ergo nec
extraneum. Idem Egi. ſupra eodem, paſtoralis [*Ip*
4 *ſius*] dicit Hoſtien. quod licet †valeat delegatio. for
ſan locus erat recuſationi hoc ſolo, quod commu
niter datus erat, quaſi non ſit intentio delegantis,
quod talis ſubdelegatio fiat cum effectu, parte inui-
ta, de quo remittit ad ſummam, eodem titu. §.
quod ſit eius officium, ver. ſalua reuerentia, & ſe.
vbi inuenies de medio, qui committit electo ab
vna parte: vel cum electus ab vna committat elec-
to ab altera. illuc etiam remittit Guil. in ſ. ſpecu. ti
tu. j. §. ſequitur, in princip. nec ob. hæc litera. quia
licet deleget poteſtatiue. i. quia hoc poteſt facere,
non tamen prouide. procedit igitur recuſatio. ſu-
pra eodem ſuper quæſtionum. §. verum. nec ob. ſi
dicatur, quod deluſoria videtur talis commiſſio,
5 & quod verba cum effectu† ſunt intelligenda: qa
& alias hoc contingit, de offic. ordina. paſtoralis. j.
reſpon. imo non eſt deluſorium, ſi neutra pars re-
cuſat. nec eluſorium eſt, quem vti iure ſuo, de ele.
cum eccleſia, cui etiam papa præciſe ſcribendo
præiudicare non intendit. ſupra eodem, ex parte.
2. Sumantur ergo verba cum effectu, ſed ſine alte-
rius offenſa, de ſta. mo. in ſingulis, ver. porro. hæc
non placent niſi de honeſtate [*dicendum eſt*] quo
6 ad poteſtatem committẽdi epiſcopo. cum †ſcribi
tur epiſcopo, & inferioribus, ſolet poni talis clau-
ſula, & maxime in matrimonialibus, vt dixi, ſupra
eodem, cauſam matrimonij [*Non valebunt*] hæc ve
ra, vbi perſona non eligitur tacite, vel expreſſe, &
ſic continuatur ſequens. §. is autem, Hoſtien. [*Iniu*
7 *ngitur*] expreſſe, †de reſcri. cum dilecta, de accuſa.
capitu. fin. vel tacite, ſicut perpendi poteſt ex men
a te reſcripti: puta quia dicitur de induſtria, [a] vel cir
cunſpectione tua plenius confidentes, per apoſto
lica tibi ſcripta &c. alias ſi nec expreſſe, nec tacite

hoc

hoc iniungitur, poteſtati delegandi nihil adimitur & ſic colligitur. ſupra eodem, venerabili. vel dic, q
8 ibi erat demandata † inquiſitio [b] de ſuſpecto, non
b ad hoc vt prælatus remoueretur: quia tunc non poſſet ſubdelegari. ſic alias dicitur, quod tutoris datio demandari non poteſt. ff. de tu. & cu. dandis ab his. l. nec mandante, & tamē cognitio de ſuſpecto velut ſimpliciter demandari poteſt. ff. de offic.
c eius cui man. eſt iuriſ. l. cognitio: [c] ſed prima præualet, Hoſtien. [*Aliis miniſtris*] non expreſſis perſonis. infra eodem titu. is cui, libro 6. per quam ter-
9 minantur hic not. per modernos. alias † commit-
d tunt, etiam ſi de vita, [d] & cōuerſatione illorum inquirere debeant, in conſtitutione Cle. eodem tit.
e ca. vno, [e] vbi declaratur. Idem de iudicibus datis ad receptionem teſtium *in ciuili* [*Prouideri*] hic videtur, quod habens poteſtatem prouidendi, nō poteſt ipſam alij committere. contra, ſupra de ele. cauſam quæ, & capitu. quia propter, verſi. vel ſaltem. ſol. ſecundum Hoſtien. aut hæc poteſtas competit de iure communi, & tunc poteſt committere, vt in contrarijs. aut iure commiſſionis factæ ab
f homine, & tunc non poteſt committi, vt hic. [f] ra-
10 tio † diuerſitatis: quia primo caſu mihi competit poteſtas iure meo. ff. de iuriſ. om. iudi. l. more maiorum, & regulariter de meo, quod mihi libet, facere poſſum. C. de Iudæis, nemo. C. mandati, in re mandata. ſecūdo caſu competit iure alieno: quia is, cui committitur ab homine, proprium nihil habet. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdi. l. j. §. fin. & fa-
11 cit, quod dicam, infra capitu. proxi. [*His † caſibus*] ſup. Hoſtien. & aliis ſimilibus, quibus publica vtilitas vertitur [*Cui talia*] & taliter, quia. ſ. dicit perſonaliter: vel intelligitur tacite ex mente commiſſionis, vt dixi ſuper ver. iniungitur, ſecundum Hoſti.
12 [*Eligere*] vbi magna † committuntur. & eodem modo debet intelligi, quod legitur in ſequenti. §. ſ. qđ certum miniſterium delegari non poteſt. Debet enim intelligi de magnis miniſterijs, ſicut eſt prædicare Crucem, & ſimilia, quæ ibi continentur. in minoribus vero miniſterijs bene tenet ſubdelegatio, niſi per reſcriptum contrarium appareat: puta quia fides, vel induſtria eius, cui committitur eſt electa: vel mandatur ei, quod negocium perſonaliter exequatur. tunc enim non valeret ſubdele-
13 gatio, vt hic. quæ vero dicantur † magna, vel parua arbitrio boni iudicis relinquendum eſt, ſecundū Innocen. ſed Hoſtien. exponit & dicit, eligere, fauore reipub. nam ſupra in princip. huius. §. induſtria perſonę erat electa, ſed fauore vtilitatis priua-
14 tæ [*Salua legatorum.*] hi enim † cum ſint intenti circa rempublicam ex officio, & habeant vigilare circa curam totius prouinciæ, & eis tales commiſſiones frequenter indifferenter fiant, non aſtringuntur hac regula: imo committere poterunt hęc & illa. alias ex duobus vnum accideret, quod aut illa minuta commiſſa vix, vel nunquam expedirentur vel maiora negocia impedirentur. rationabile igitur eſt hoc priuilegium, vt minora per alios, & maiora per ſe ipſos expediant, ad hoc de officio leg. c. 1. C. de iudic. authen. ad hæc, & in auth. de defen. ciui. §. deinde, & §. audiant quoque, colla. 3. Hoſtien. [*Commiſſum*] ſi diceres cum Pet. & Abb. ab
g alio, quam a papa, plana [g] eſſet littera [*Prædicare*] vide quod no. infra de offic. ordi. ſi epiſcopus, in 3. gloſſ. libro ſexto [*Excommunicare*] contra, infra de
15 † offic. ordi. capitu. fin. dic vt ibi. Idem ſecundum Vincen. in illo, cui committitur, vt ſuſpendat. 27. quæſtio. j. ſi cuſtos, ad fin. ſed Innocen. exponit hic, excom municare. i. denunciare: quia ſi papa committeret alicui, quod excommunicaret, non tamen deber hoc facere ſine cauſæ cognitione, &
h monitione [h] præmiſſa, de ſenten. excommuni. ſacro. 2. quæſtio. 1. nemo. dicit tamen, quod ſi papa cauſam plene examinaſſet vſque ad diffinitiuam de ipſa pronunciare debet. ſed & ſi ipſe, vel alius illuſtris, qui hoc poſſet, C. de ſent. ex breu. re. l. 2. ad fin. mandaret per alium ſententiam ferri, & rebellem excommunicari non requiritur alia cauſæ cognitio, cum plene ſit cauſa examinata, & tūc quod
i hic dicitur, locum habet ſecundum eum. [i] [*vel*
16 *abſoluere*] dicit † Hoſti. de hoc dici non poſſe, quod excommunicet, cum committens diſſoluere velit non obligare, inſti. qui. mo. re contrahi. obli. §. 1. ergo non excommunicet, ſed abſoluat [*Iniungere pœnitentias*] hæc omnia † prælatis, qui ſint presbyteri
17 committi conſueuerunt, & hoc tunc poſſunt exequi per ſe ipſos. Sed quid ſi non ſacerdoti talia cōmittantur? & certum eſt, quod pœnitētias iniungere non poteſt niſi ſacerdos, infra de pœni. omnis. & idem ſecundum Hoſtien. de abſolutione, de qua præmiſit, de quo remittit. de ſenten. excomm. a nobis. 2. dicit ergo, quod in his caſibus oportet fateri, quod aut reſcriptum eſt ſurreptitium, aut quod nil intelligitur commiſſum: aut quod non ſacerdos, cui ſunt prædicta commiſſa, cum per ſe non poſſit, illa exequatur per alium ſacerdotem idoneum, & remittit, de reſcrip. ab excommunicato, de offi. archypreſ. ca. 3. ver. debet, & ver. confeſ-
k ſiones [k] [*Demandare*] ſecus † in procuratore ad ne-
18 gocia, infra de procura. c. j. libro ſexto, in fi. [*Iuriſdi-*
19 *ctio*] vnde † nec a tali poteſt appellari. infra de appella. nouit, Hoſtien. [*Miniſterium*] concor. ſecundum Hoſtien. de officio vica. clericos, de præben. ſignificatum, in fin. [*Committitur*] dicit Hoſtien.
20 quod ex capitulo, & ſupra notatis talis † poteſt formari diſtinctio. aut committitur certum nudum miniſterium. ſ. ſine aliqua iuriſdictione, & hoc nō poteſt ſubdelegari, niſi a legato, vt hic. aut veſtitum, & tunc poteſt alij demandari, & rebelles a demandante coerceri, vt ſupra eodem, ex literis, &
l capitu. ſuper quæſtionum, & cap. ſignificaſti. [l] aut committitur etiam iuriſdictio: & tunc aut negocia committūtur perſonis, in quo caſu poteſt demandari, vt ſupra j. reſpon. ſubdelegatus tamen non cogitur ſubdelegationem recipere, niſi fiat ex
m cauſa. ſupra eodem, paſtoralis. [m] i. reſpon. nec collega ſubdelegatum, niſi prout diſtinguitur, ſupra eodem, coram. ſi tamen vterque reciperet, & ſententia detur, tenet ſententia: quia commiſſio tenuit, vt ſupra eodem capitu. §. 1. & capitul. quamuis, & c. venerabili, Item aut negocia committun tur perſonis propter priuatam vtilitatem partiū, & tunc de conſenſu earundem delegatio facta tenet, vt ſupra §. is autem. aut propter publicam, & tunc omnino inhibetur ſubdelegatio, vt prę alleg. §. is autem, verſi. præterquam, & ff. de poſtu. quos
21 prætor [*In hac parte*] contra, quod quis † poteſt per
n ſe, & per alium. infra de regu. iur. poteſt, libro ſexto, & ibi concor. ſol. ſecundum Innocen. [n] illud locum habet in temporalibus mtniſteriis, hoc in ſpiritualibus in his, q̄ ſunt in iudicio ſine iuriſdictione commiſſa. ff. de procu. ſi procuratorem. §. ſi
o quis mandauerit. [o] nam vbi iuriſdictio committitur, ſubdelegari poteſt, vt in princip. capitu. & ſupra eodem, paſtoralis, vel quod continetur in contrarijs, eſt generale, quod hic dicitur, ſpeciale. vel melius ſecundum ipſum, & Hoſtien. quod quis auctoritate propria poteſt facere, & aliis commit tere, vt in contrariis, niſi prohibeatur, inſti. de iure perſonarum. §. j. & not. de tranſlr. c. 2. Quando vero non auctoritate ſua, ſed alterius ſibi commiſſa procedit, non poteſt alij committere, ſed ſeruandum eſt, quod hic dicit, niſi reperiatur cōceſſum, ſicut eſt videre in delegato a principe, cui iuriſdictio eſt commiſſa. vnde & cauſam poteſt ſubdelegare. ſupra eodem, ſuper quæſtionum. §. intentionis: ſecus, ſi certum miniſterium demandetur: qa & tunc intentio committētis eſt, quod non ſubdelegetur, vt hic dicit. Sed nūquid † datus ad certum miniſterium illud exequi poterit, mortuo mandatore? ad quæſtionem facit, quod ſtatim ſequitur, ver. alij, & quod dixi, ſupra eodem, licet, ſuper glo. 2. in apoſtilla, hoc probatur, ver. ſecus, & infra de
p iureiuran. ad noſtram. 2. in gloſſ. [p] no. quod. ¶ Sed quid ſi alicui non expreſſo proprio nomine, ſed dignitatis tantum, aliquod certum miniſterium eſt commiſſum, & ipſo inexpleto moriatur, nonne
22 ſucceſſor hoc perficere poteſt? † Aliqui dicūt inſpiciendam eſſe cōceptionem verborum, in quibus forte deſignat delegans ſe certam perſonam eligere, & ſic non tranſit ad ſucceſſorem. vel non eligere, & ſic tranſit ad ſucceſſorem. ſed & naturam miniſterij commiſſi dicunt conſiderandam, vtrū.
23 ſ. tale ſit, quod per alium † communiter expleri poteſt, & conſueuit, ſicut eſt teſtes recipere, excōi municare, abſoluere: & tunc tranſit ad ſucceſſorem, argumen. optimum in authen. vt nulli iu. §. & hoc vero iubemus, coll. 9. C. de caduc. tol. l. 1. §. 2. vel quod ab aliis communiter non impletur, ſicut eſt prædicare Crucē, aut iniungere pœnitētiā
24 diſpenſare cum irregularibus. nam in † prædicatione requiritur, quod perſona ſit potens in opere & ſermone, argumen. infra de voto, magnæ. §. 1. & infra de ſtatu mon. cum ad monaſterium. §. prior. In pœnitentia vero requiritur, quod ſit diſcretus, & cautus. infra de pœni. omnis. §. ſacerdos. In diſpē
q ſatione autem requiritur q̄ homo, qui non ſperet in pecuniæ theſauris. Sed quis eſt hic & laudabimus eum? Nam omnes ſunt quæſtuoſi, vt patet, infra de offi. ordi. irrefragabili. §. fin. infra de cenſi. ea quæ. infra de pœnis, licet. & in hoc caſu non trā, ſit ad diſſimilem ſucceſſorem, argum. optimum. C. de caduc. tol. l. j. §. ſinautem talis. ff. de ſolu. inter artifices. Alij indiſtincte dicunt, & melius, quod ex quo certum miniſterium demandetur, quodcunque ſit illud, nec alii committi poteſt, nec tranſit ad ſucceſſorem. & eſt ratio, quia non ille, cui hoc committitur, hoc videtur facere, ſed potius ille, qui mandat. & ideo ille, cui hoc committitur, hoc per alium explere non poteſt: ſecus in delegato: quia ille iuriſdictionem habet. & ideo ſubdelegare poteſt, vt ſupra eodem capitu. in princi. ſecundum Innocen. ſed dicit Hoſtien. quod melior eſt ratio, quia intentio committentis eſt contraria, cui ſtādum eſt, vt patet, ſupra de reſcrip. ad aures, & c. ſuper literis. §. fi. Alia enim ratio calūniari poteſt. nam & quod facit delegatus, delegans videtur facere, & quod ei fit, videtur potius fieri deleganti, vt patet in eo, quod legitur & not. ſupra eodem, cum olim magiſter. Sed & dicas ſm Hoſt. quòd in hac quęſtione proxima ſuperior diſtinctio rationabilior eſt, & quòd talia in caſu quæſtionis propoſitę tranſeunt ad ſucceſſorem quia ex quo dignitati ſcribitur, potius videtur electa dignitas, quàm perſona, vt patet in eo, quod legitur & no. ſupra eodem, quoniam abbas. & quāuis prima facie omnes præſumātur boni, infra de præſum. c. fi. tamen quantum ad hanc materiam
25 pertinet, hi qui dignitate † prædīti ſunt, præſumuntur honeſti, prouīdi, & diſcreti, vt patet in eo qđ legitur & not. de reſcri. diſpendia, lib. 6. nec refert, per quem expediatur, dummodo bene & ſecundum intentionem delegantis fiat, vt patet in eo, quod legitur & not. ſupra de reſcrip. eam te. Dicūt etiam quidam, & bene ſecundum Innocen. quòd
26 quæcunque † pars iudiciorum committatur, ſem per iuriſdictio intelligitur eſſe commiſſa, ſiue ſit citator, ſiue teſtium receptor, ſiue allegationum auditor, ar. op. ſupra eodem ex litteris. ſi quæras, in quibus vtentur tales iuriſdictione, reſpon. citator vtetur iuriſdictione ad terminum prorogandum, vel minuendum, ſi ſuperior non præfixit, & in precipiēdo citato, quòd coram citatore compareat, & ad alia huiuſmodi, ſm Innoc. Sed Hoſt. non videt, quod non ſit vti iuridictione, ſed potius mandati executione, vnde nec de his, vel alijs ſe poteſt intromittere, niſi hoc receperit in mandatis. Citator autem poteſt citare per curſorem, qui ſolam operam exhibet, vel etiam per litteras. Nā & hoc poteſt arbiter, qui nullam iuriſdictionem habet. ff. de arb. ſi cum interpellatur. §. arbiter, & de hoc not. infra de re iudi. cum Bertoldus, ſecundum Innocen. & ſupra eodem, paſtoralis. §. 1. ſed receptor
27 † teſtiū vtitur iuriſdictione ad teſtes cogendos, ſm Innoc. verum eſt, ſi hoc receperit in mandatis, ſecundum Hoſt. alias non, infra de teſti. co. c. 1. & 2. & ad falſos compeſcendos, ſecundum Inno. quaſi di. ſi aures eius offenderint, poterit eos punire. ſed hoc puto ſed Hoſt. pertinere non ad receptorem nudum, & ſimplicem, de quo loquimur, ſed ad iudicem tantum, vt C. de teſti. uullum. & breuiter tales non putat habere iuriſdictionem, niſi ſpiritualiter ſit conceſſa, vt patet in eo, quod legitur & no. ſupra eodē, ſuper quæſtionum. §. 1. & §. porrò, ver.
28 vnde ſi forſitan. ¶ Quid ergo † ſi talibus auditoribus non ſolum miniſterium certum, vel certus & nudus articulus, ſed etiam iuriſdictio ſit commiſſa. puta datur alicui poteſtas recipiendi teſtes, vel citandi aliquem, & iungitur clauſula, contradictores &c. vel alia conſimilis, per quam apparet, quod cū certo miniſterio iuriſdictio eſt cōmiſſa, ſicut intelligo, quod ſic loquitur ſupra eodem, ex litteris nunquid talis poteſt hoc alij delegare? Reſpondeo, ſic iuriſdictionem ad ipſam ſpectantia, ſed miniſterium non, quod ex ſui natura non habet admiſtam cognitionem, & iuriſdictionem, ſicut eſt prædicare: ſecus in his, quæ iuriſdictionem habent admiſtam, & cognitionem: quia illi committi poſſunt. Sed obijcies † de excommunicatione & diſpenſatione, quæ de ſui natura habent adſtam cognitionem, & iuriſdictionem; & tamen cō
29 mitti non poſſunt, vt hic dicunt. reſpondeo, hoc intelligitur, quando expreſſe mandatur, quod ſine cauſæ cognitione hæc expediātur. † ſed nec ob-
30 quòd inquiſitio habet cauſæ cognitionem, vt patet. ff. de accuſa. qualiter. 2. §. debet, & tamen ſubdelegari nō poteſt, vt ſupra. §. proxi. Illud enim ideò eſt, quod ibi induſtria electa videtur, vt dicit textus
31 quamuis etiam hic exprimantur aliqua, † quæ de ſui natura cum cauſæ cognitione & mediante iuriſdictione debeant expediri, ſicut eſt excommunicare, diſpēſare. Aliqua vero, quę de ſui natura nullam cauſæ cognitionem requirunt, ſicut prædicare, pœnitentiam dare, de beneficio alicui prouidere, & ſimilia: omnia tamen, quæ in hoc. §. dicuntur, intelligenda ſunt, quando præciſe & ſine cauſæ cognitione demandantur. tunc enim ſubdelegari non poſſunt, niſi à legato Sedis apoſtolicæ, vt ſupra eodem. §. in prin. ſecundum Innoc. cuius eſt
32 quaſi tota hæc gloſſ. quod † autem dixit, quòd de beneficio prouideatur ſine cauſæ cognitione, non placet Hoſtien. quia expreſſe contradicit ſupra de reſcriptis, cum adeo, ſupra de ætat. & qual. accepimus, & in multis alijs iuribus, vnde & de ſui natura ſubdelegari poſſet, ſaluo quod habetur infra eodem, is cui, lib. 6. & in clemen. eodem titu. ca. vno.
33 ¶ Antepenulti. † glo. ponit opi. approbat contra-

riam.

riam. ¶ Penul. gloss. respondet per quæstionem, an
isti, ministri possint coercere, & tenet qđ sic. huic.
signat contrarium. & soluit. ¶ Vltima gloss. argu-
34 men. & remittit. ¶ In tertia † gloss. [*ibi, inter artifices*]
sequitur, longa est differentia ingenij, naturæ, do-
ctrinæ, & institutionis [*& ibi. §. si uero*] alias est ver.
sub. §. ne autem, quod plenius vide de cle. non resi.
quia nonnulli, super gloss. penulti. [*& ibi. l. 2. §. 1.*]
vide de pur. ca. quoties, super vlti. glo. [*& ibi, Scire*]
hanc & tres sequentes vide in decre. tuæ, super gl.
penulti. [*& ibi. l. 1. §. 2.*] alias. 3. vide de iura. calū.
35 c. 2. super. j. gl. ¶ In † j. gl. [*ibi, eis inuitis*] vide quod
r not. in specu. titu. 1. §. 2. versi. in casibus. r ¶ In glo.
2. [*ibi, ante, quam committat*] vel postquam commi-
sit, si subdelegatus eo viuente vti non cœpit, su-
pra eodem licet [*& ibi, Substitutus*] hoc, si proprium
nomen non erat expressum, alias expiraret iu to-
tum, vt ibi, Hostien. ¶ In gloss. [*hoc intelligunt, ibi, In
terfit*] secus, si hoc non mandetur, & sic soluitur
f contrarium de decreta. supra eodem, venerabili. s
¶ In gloss. [*isti, quibus, ibi, Excommunicare possint*] dicas
36 † hoc verum, si in litteris apponatur hæc clausula,
vel similis, Contradictores &c. Si vero talis clausu
la non apponitur, potestas excommunicandi con
cessa non videtur: quia nō sibi iurisdictio &c. vt di
t cit t in fin. Nec ob. supra eodem, ex litteris: quia ibi
ille, qui iurisdictionem habebat circa executio
nem, commisit simpliciter vices suas, vnde transi
uit iurisdictio, supra eodem, significasti, & capitu.
venerabili. nec ob. supra eodem, præterea: quia ibi
non ministerium, sed iurisdictio est commissa, Ho
stien. Vincen. satis placet dictum glo. addit tamen
quod si tales ministeriales gerunt hæc ministeria,
vbi præsens est papa, non possunt impedientes ex
communicare, sed referunt, & sic dicit fieri in cu
ria. Hi vero, qui dantur per prouincias, habent mo
dicam coercionem. licet enim in absentia, quod
non in præsentia. vnde proconsul in porta Romæ
deponit imperium. ff de officio proconsulis. l. fin.
& præses ea, q̄ sunt meri imperij, nō committit ni
si proficiscendo. ff. de officio eius, cui man. est iu
u risdictio. u l. 1. ad hoc de offic ordi. Romana, libro
sexto, ad fi. & hoc intelligitur in eo, cui mandatur
aliquid, quod spectet ad executionem, vel eccesia
sticum officium, & a papa: secus, si mandatur, vt
x emat x ligna [*& ibi, Committere possint*] vel iurisdi
ctio expressa generalis, vel separata, vel merum, vel
mistum imperium, secundum Vincen. & quod de
y his hic not. y vide in specu. de iurisdic. omnium
iudicum, uersi. & not. quod, & uersi. sequentibus.
¶ In gloss. vlti. [*in fi.*] & 50. distinctio. in summa,
& capitulo, miror.

de re iudi. quod ad consultationem, vtrobique not. & vide
Io. And. infra in gl. sua vltima, ver. sed obijcies.
K ¶ Confessiones. Vide de hoc plenius Ioan. Andre. de senten.
excommu. a nobis, el 2. in gloss. per peccatum, & ibi aliter lo
quitur Io. And.
l ¶ Significasti. Vide in c. pastoralis, in glo. ad intelligentiam, &
super illa Io. And.
m ¶ Pastoralis. Vbi vide in gl. Io. And. quæ incipit, vbi hoc con-
stat.
n ¶ Inno. Hic de materia regulæ potest quis per &c. & vide gl.
in l. inter artifices. ff. de sol. & Bar. in l. continuus. §. si habeo.
ff. de verbo. oblig. & in l. nemo, ff. de duo. reis, & vide Oldra.
consilio 4.
o ¶ Mandauerit. L. ista facit pro & contra. facit contra: quia di
xit in fi. quod procu. non substituit, hoc scilicet cum datur
ad iudicia, & ante lite conte. facit pro, quia dicit, quod proc.
datus ad negocia substituit, & ad. l. pe. §. 2. ff. de diuer. & tēp.
præscri. quæ contra dicit illi. §. respon. vt ibi in prædicto, §.
not. per gloss. & quod Bartol. & plenius in dicta l. penul.
§. 2.
p ¶ In gl. Et quod no. Ioan. And. supra eodem, quoniam abbas,
in gloss. ma. ver. sinautem executio demandetur, & ad mate-
riam vide capitu. si super gratia, eodem titulo, libro sexto, &
c. si cui, de præben. eo. lib. & quod no. Bart. in l. fundi vendi-
tor. ff. de acqui. pos.
q ¶ Requiritur, Et plurima alia requiruntur, de quibus in spec.
de le. §. dispensatio, & per totum.
r ¶ Casibus. Et vide in princi. illius. §. qui incipit, sed nunquid,
& vide Io. And. ℣. in tex. in gl. dixit Hosti.
f ¶ Venerabili. Ibi vide Ioan. And. in glo. contra. infra eodem,
quoniam.
t ¶ Dicit. Et tunc superiot committens istos impedientes coar
ctabit, vide Io. Andr. supra eodem, pastoralis, §. item cum in
glo. 3. vel collige.
u Iurisdictio. Et ibi vide no. per Bar. & facit, quod no. Io. And.
in capitu. si contra vnum, eodem titulo, libro sexto, & Inno.
in capitu. non nulli, de resci. in addi. & quod not. gloss. pen.
in fin. in c. si quis contra clericum, infra de foro compe.
x Emat. Talis enim est potius procur. ad negocia, nec aliqua
fungitur iurisdictione, cum inter ipsum solum, & mandantē
actus geri debeat.
y Hic notat. Scilicet quid ista importent. s. merum, vel mistum
imperium, vel iurisdictio, & plenius Bar. vide. ff. de iurisdic.
om. iudi. l. 1. & 2.

¶ De officio legati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli quæ.*
Legati officium simile est officio delegati, quamuis sit latius, ibidem.
Legatorum diuersum genus, ibid.
2 *De legatis vbinam alibi tradatur.*

1 ¶ Quia † officium legati simile est officio delega
ti, quamuis sit latius, ideo &c. Goffre. Continuari
etiam potest ad capitulum proximum. §. fin. sunt
quidam legati nuncij; & de his. 1. distinct. ius gen
a tium. 97. distinctio. per totum. a 3. quæstio. sexta,
hoc quippe. sunt legati iudices, de his. 94. dist. ca-
pitu. 1. & 2. 2. quæstio. 1. peruenit. 25. quæstio. 2. igi
2 tur, & duobus. capitu. se. Reperitur † autem in sex
to hæc rubrica, & multum utiliter. conuenit autē
rubricæ supra de consue. cum uenerabilis, ubi pa
tet legatos de latere dare inferioribus prælatis exē
ptis licentiam transeundi, & exemptorum electio
nes confirmare. Item de officio delegati. capitu ul
ti. ad fin. ponitur prærogatiua legatorum papæ,
quibus etiam ob prærogatiuam meritorum solet
committi legatio de presum. mandata. Item facit
de præben. dilecto de iure patrona. cum dilectus,
de senten. excommunica. ea nosci tur & capitu. ad
eminentiam & capitu. quod de his in sexto de re
scrip statutum, in princip. de electio. si abbatem,
de præben. si eum, & capit. hi qui, & capitu. si apo
stolicæ.

AD

ADDITIONES.

a ¶ Industria. Quid si committatur conscientiæ? vide in deci-
sione Rotæ deci. 478. & Oldra. consi. 40.
b ¶ Inquisitio. Ista sol. magis adaptatur ad id, quod sequitur in
tex. de inquisitione commissa, quam ad id quod dicitur, per-
sonaliter.
c ¶ Cognitio. Ibi vide, & per Bar. in l. 1. §. suspectus, ff. ad Turp.
& in l. 1. §. scien. ff. de susp. tu. & supra eodem, venerabili, per
Ioan. Andre.
d ¶ Vita. Ibi vide plenius per Mod. maxi. Pau.
e ¶ Vno. Vide plene Bal. in l. quisquis. C. de epi. & cle.
f ¶ Vt hic. Contra hoc. facit, quod no. glo. quæ incipit, no. ap
probatum, quæ est in c. penul. de elec. libro sexto, quæ vult,
quod procura. datus ad eligendum, alium substituere potest,
& tamen id habet iure alieno.
g ¶ Plana. Quia delegatus ab alio non subdelegat. C. de iudi. a
iudice.
h ¶ Monitione. Et sic cum cognitio illi demandetur, illam po-
test subdelegare.
i ¶ Eum. Quia tunc mera executio illi committitur, ad hoc, su
pra eodem, super quæstionum. §. intentionem, & §. verum, &

ADDITIO.

a Totum. Et isti non possunt conueniri alicubi tempore lega-
tionis, nec capi pro represalijs: vide tamen, infra de fo. com
peten. capitu. fin. in glo. vltima, & super illa Io. And. & gloss.
& Bar. ff. de iudi. l. 2. §. legatis, & l. non alias. §. fi. & ff. de lega.
per totum, maxi. in l. & si cui legatum.

SVMMARIVM.

1 *Legatus papæ per simplicē querelā aditur. vide nu. 7. honoran
dus sicut papa, numero 4. sed non omnia potest quæ ipse, ibidem.*
2 *Notoria non esse non possunt, legationis munus, & metropoli
tana iurisdictio.*
3 *Episcopatus accipitur pro diœcesi.*
*Metropolitanus causam episcopatus, vel episcopi rei audit, et
potest sententiam ferre, episcopum esse deponendum, licet
deponere non possit, nu. 8. & qualiter, ibid.*
5 *Epilogus, suffragium, & additio glossa. nu. 6. 7.*

CAPVT I.

1 Vm non ignoretis.
a Casus. Legatus † papæ per simplicē
querelam a aditur, & præmittit cau
sam in genere, ex qua cōcludit ibi,
2 Sane [*Ignoretis*] vt † dicit Hostien.
talia non possunt esse non notoria, & ideo non li-
cet in illis ignorantiam allegare, de postu. capitu.
j. de transla. capitu. quanto, ver. ne autem [*Ep̄scopatibus*] alludit † vulgari. i. diœcesibus. nam cau-
3 sam episcopatus, vel episcopi bene audiret, si epi-
scopus esset reus. 11. quæstio. 1. si clericus, de sen-
ten. excommunica. venerabilibus. §. 2. libro sexto
4 [*vices nostras*] est ergo † honorandus, sicut & nos.
supra titu. j. cum olim. Sed nos possumus talia fa-
cere, ergo & ipse. 2. quæstio. 6. decreto: tamen, pro-
ut dicit Hostien. hoc non semper sequitur, vt pa-
tet ex hoc, not. de officio vica. capitu. penul. ¶ Secū
5 da † glos. quærit, & soluit. Iterum quærit, & soluit.
de absolutionibus, & indulgentijs remittit. ¶ Vlt.
gloss infert ex verbo generali, signat contrarium
6 de duobus iuribus, & soluit. ¶ In † gloss. 2. [*ibi, Pom
ponius, in princ. & l. pe. in fi.*] ponit casum de suspecto
tutore, & de interdicto de liberis exhibendis. §. si
talis, de restitu. in integ. §. procurator, de delatione
7 iuramenti. ¶ In † gloss. 1. [*ibi, querimoniam*] not. Io.
2. quæstio. 6 capitu. 3. & 9. quæstio. 3. conquestus,
25. q. 2. capitu. 3. quod legatus non potest aditi per
simplicem querelam, vt 11. quæstio. 1. peruenit. & hoc poterat per querelam adiri: quia alias inutili
ter fuisset officium legati, quia metropolitanus
erat: sed Bar. Brix. ibi contra Philip. & Goffred. hic
in summa huius titu. §. item officium, & Host. hic,
& capitu peruenit, intelligitur in defensore, non
in legato, vel in legato, qui compellebat actorem
coram se agere, & de hoc in specu. de legato. §. si ip
se, in princip. [*& ibi, Quod non*] contra. infra de cle.
non resid. ex tuæ. ibi sol. in gloss. penulti. arguit Io.
2. quæstio. vj. biduum, versi. si quidem, quod etiam
8 † metropolitanus possit sententiare episcopum
deponendum, licet deponere non possit [*& ibi,
Alijs episcopis*] & sine episcopis in casu infra, de hę
re. capitulo primo, libro sexto [*& ibi, Si duobus*] de
hoc eodem titulo, constitutus. ¶ In glossa vltima
[*in fine*] ad hoc infra, de verbo. significe. veniens, in
principio, libro sexto.

ADDITIO.

a Querelam. De isto etiam not. infra de appella. capitu. cum in
ecclesia, Bal.

SVMMARIVM.

1 *Legatus papæ de causa alteri specialiter delegata per papam
se non potest intromittere, secus si generaliter, ibid. ad eum
etiam non potest ab ipso delegato speciali appellari, nume
ro 3. licet possit eius sententiam approbare, & commenda
re, ibid.*
*Legatus, episcopus concurrunt in generali cōmissione inqui
sitionis hæresis cum inquisitore, ibid.*
2 *Generalis procurator quandoque prohibet quid facere spe
ciali.*
3 *Contrariorum non esse hic eandem disciplinam casus, ver. no.
Abb. & nu. 5. §. in vlti. glo.*
Obesse quandoque quis non potest, licet prodesse, ibidem.
4 *Epilogus, & suffragium gloss.*
Par in parem non habet imperium. §. 1.
*Absoluere quis aliquando potest, sed non condemnare, §. in ul
ti. facit quod dicitur, nu. 3. & nu. 6.*
9 *Additio glossarum.*
7 *Decretalis hæc quomodo intelligatur.*

CAPVT II.

1 Tuduisti. Casus. Legatus
† papæ de causa al
teri simpliciter delegata per papā
intromittere se non potest. Com-
munis diuisio. secūda ibi, Respon-
demus [*Delegamus*] specialiter: in
generali tamen delegatione inquisitionis hæresis
bene concurrunt legatus, vel episcopus cum in-
a quisitore. a ℣. de hære. per hoc, libro sexto [*Ante co
gnitionem*] i. antequam delegatus inciperet de cau
sa cognoscere, Innocen. [*Processum*] factum, vel fa
ciendum, vt præmisit [*Quam*] s. cognitionē. alias,
2 quem. s. processum [*Impedire*] contra, si† dominus
dedit tibi seruum, vt eum manumitteres, & po-
b stea generalis b procurator eius prohibuit tibi, ne
manumitteres, teneris ei parere. ff. man. si homi-
c nem, Vincen. sed illud, quando suberat c iusta cau
sa prohibendi, vt patet ibi [*Mandati*] alias non va
leret, supra titu. j. venerabili. sed Per. & Abb. sup-
3 plent, maxime [*Quomodolibet*] per † hoc patet, quod
ad eum non poterit appellari [*Confirmare*] i. appro
bare, laudare, & commendare. sic infra de treu. &
d pace. capitu. 1. d Hostien. [*demandare*] not. Abb.
quod contrariorum non est eadem disciplina, &
quod potest prodesse, qui non potest obesse. ¶ Se-
4 cunda † gloss signat contrarium, & remittit. ¶ Vlti
ma gloss. quærit opponendo, ponit opi. Ala. & sol
uit. ad hanc litteram dupliciter respondet, & secū
dam reprobat. in fin. quærit, arguit negatiue. & sol
5 uit. ¶ In 3. † gloss. [*ibi, in hac sacratissima*] vide de pri-
ui. antiqua, super gloss. penul. ¶ In 4. gloss. [*ibi, ad-
uersus sententiam*] contra illius sententiam, qui vice
principis iudicant, non præses, vel prætor, sed solus
princeps restituit [*& ibi. §. tempestiuum*] vide de sor
tile. ecclesia, super. j. gloss. [*& ibi, nam & magistra
tus*] vide in capitu. innotuit, super. 6. gloss. ¶ In
vlti gloss. [*ibi. l. pe.*] patricii, & quidam alii iudices
ibi, nominati, si post administrationem depositā
conueniuntur de crimine publico, vel priuato,
non conueniuntur nisi coram illo, quē princeps
deputauit, & ille poterit absoluere, condemnare
6 non, sed illam remittet ad principem. ¶ In † gloss.
vlti. [*ibi, vt Ala.*] & Goffre. [*& ibi. l. pe.*] sol. huius.
l. patet ex suffragio. cum ille iudex ad hoc depute
tur a principe [*& ibi, Verius esse credo*] secundum
7 Lau. sed Egi. dicit † hoc loqui, quando post annū
legatus aditur vt ordinarius, & coram ipso agitur
e actione in factū ex re iudicata e [*& ibi, inferiorum*]
ipsius tamen testimonium vt boni viri utile esset,

secundum

secundum Lauren.& Vincen. [*& ibi, Non videtur*] secundum Ala.& Philip.hoc dictum placuit Vin. si legatus alias non est ibi ordinarius.tunc enim ratione illius ordinariæ eũ cogere posset [*& ibi, Compellere*] idem Host. qui ad hoc inducit ver. valebit.
f vide in spec.de legato.§.supereſt,ver.item is, cui[f] aliqua causa.

ADDITIONES.

a Inquisitore.Et est ratio: quia conceditur iurisdictio gemina ta fauore certi generis causarum,vt ibi not.Io.de Imo.quod est not.& vide.l.1.C.de officio præ.vr.& ibi Barto. Bal.& d. Bar.de Sali.
b Generalis.Quid in speciali procura.ibi vide gloss.& vide in l.de die.§.sed si tibi dedero,& in l.si pecuniam. §.si seruum & ibi Barto.ff.de condi.causa da.
c Suberat.quasi velit,quæstio idem hic,vbi legatarius habebat causam iustam se intromittendi, & potest exemplificari per c.significauit,infra tit.1.
d Primo.Minor enim non confirmat factum maioris.& vide ibi gloss.super ver.confirmet,& hoc glo.fi.& vide Bal.in l.si frater.C.de fideicom.
e Re iudicata.Vide Bar.in l.a diuo Pio.§.sententiam, ff.de re iudi.& in spe.de.senten.execu.§.videtur,versi.quid si iudex Perusinus.
f Cui.Et ibi opin.gloss.& Hostien.tenet Ioan.Andre. cum limitatione proxi.notata.

SVMMARIVM.

1 *Legatus etiam de latere quædam non potest, & quę,& nu.3.*
2 *Motum animi etiam iustum temperare debet iudex.*
Motus proprius quę excludat,eod.nume.ad voces, motu proprio.
4 *Additio gloss.*
Pœnam quando possit iudex remittere,ibid.

CAPVT III.

1 NIsi specialis. Casus. Legatus† etiam de latere ex generali legatione trãsferre non potest episcopos, vel vnam ecclesiam cathedralẽ alteri subijcere, vel in primatiam erigere, vel duos episcopatus vnire,vel vnum diuidere: excõmunicatos tamẽ pro iniectione manuum in clericos potest absoluere.hoc dicit cum sequenti,& hu
2 ius pars de vsu palij,nisi specialis [*Iustum*] ergo† ẽt iustum animi motum temperare debet iudex. ff. de offi.præsi.illicitas.C.de fal.vbi,Hosti.vide quod dixi, supra de vsu palij super rubrica generali prolege seruanda 8.distin.consuetudo. supra de transla.quanto,Hostien. [*Motu proprio*] excludit papalem commissionem, non alterius instigationem, vel petitionem,sicut,infra de præben.si motu proprio,libro sexto [*Episcopum*] ergo erat consecratus sed idem, si fuisset solum confirmatus, supra de
3 translat.capitu.1.& 2. [*De facto*] de iure† non potuit impediente vinculo prioris ecclesiæ, quod solus papa dissoluit,de transla. capitu.2. ¶ In† glo.1.
4 [*ibi,pœnam*] hoc verum de pœna, quam posset im-
a bursare, [a] vel cum ex arbitrio suo pendet sine grani detrimento aduersarii,ad hoc, supra titu.j.consuluit,secundum Hosti vnde dicebat Inn.quod si alio agẽte qs cõdemnatus erat, sine ipsius consensu pœna remitti non poterat, si pecuniariter eius intererat.vel secundum eum, ex quo lata est sentẽtia,non potest amore pœna remitti.2.quæstio.3.§. notandum.dicit etiam Innocen.quosdam dicere, inter quos est Tho.secunda secundæ. quæstio.60. articulo vlti.iudicem pœnam remittere non posse,vbi agens prosequitur suam iniuriam. Sed alij contra secundum eum.remittit etiam Hostien.de re iudicata.cum æterni, libro sexto & in fine vlti. gloss. Ioan.

ADDITIO.

a ¶Imbursare.Iudex ecclesiasticus pœnam pecuniariam imbursare non debet,vide,infra titu.1.irrefragabili,per Io.And.in gloss.argu.quod,& eo.titu.dilectus,in gloss.1.iustitiæ,& de pœnis,licet.

SVMMARIVM.

1 *Excusatio legati de translatione, & alijs, quibus arguebatur.*
Excommunicatos potest absoluere legatus, quorum absolutio spectabat ad papam,ibid.
2 *Sicilia est de patrimonio ecclesiæ.*
3 *Absolutio excommunicatorũ ob iniectionem manus in clericos est de reseruatis papæ.*
Approbatio ecclesiæ Romanæ sufficit pro iure,ibid.
4 *Legatus habet ordinariam in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus prouinciæ suæ,& quæ possit alia.*
Ordinarij inferiores legato canonem latæ sententiæ ferre possunt,& indulgentias dare,ibid.ver.& cum inferio.
5 *Permisso vno prohibitorum non videntur reliqua permissa.*
6 *Epilogus glossarum.*
Casus papæ reseruati qui,& quot, remiss.& numero 10.11. & 12.
7 *Suffragium glossarum.*
Imperij quasi meri quæ sunt, generali mandato non transferuntur.
Pro liberam concessam filio quæ non concessa dicantur,ad uer. alienare.
8 *Additio glosarum.*
Episcopos omnes an papa posset deponere,ibid.
Concilium prouinciale legatus,& qui alij congregare possint, ibidem.
De conciliorum varietate,ibid.remiss.
10 *Ad legatum appellatur omisso medio.*
Legato quæ non liceant,ibid.& nu.11.& 12.
12 *Exempti non subsunt legato apostolico,nisi ei subijciantur specialiter.*

CAPVT IIII.

VOd translationem. Pars supra de tempo.odi.quod translationem, secundum Hosti. secundum quem legatus, de quo supra capitul.
1 proxi.recepta† illa littera, se excusabat, dicens, quod credebat id posse eo, quod vices papæ gerebat,sicut etiam absoluere poterat excommunicatos, quorum absolutio spectabat ad papam [*Sicilię*]
2 quæ† est de patrimonio. de hoc, infra de præsum.mandata [*Insignum*] sup.Hostien. excellentioris prærogatiuæ [*&si*] pro quamuis [*Absolutio*]
3 quæ† est de reseruatis.17.quæstio.4.si quis suaden te [*Videantur*] & ita est [*Licere*] quod dic, vt infra eodem,excommunicatis. dicit Innocen. hoc licere:quia id de facto Romana curia approbat,quod sufficit in hoc pro iure. ff.de legi. de quibus, de adoptionibus,emancipari.ff.de iurisdict.om.iudi.
a est receptum,supra de constitu.ex litteris. [a] proba
4 bat etiam hoc Innocen.quod† legatus habet ordinariam, quod patet, infra eodem,capitu.1.libro sexto,per quod dicit omnes causas prouinciæ suæ ciuiles,& criminales ad ipsum deferri. supra capitu.1.& cum inferiores ordinarij possint ferre canonem latæ sententiæ, de senten. excommunica. a nobis,& indulgentias dare.infra, de pœn.& remiss.nostro,fortius hoc poterit legatus, qui maior est poterit etiam dispensare.infra de transa. capit. vlti.

vlti.secundum Innocen.qui etiam hoc not. quod dicam.infra capitu.fin.super.1.gloss. [*An existimas*]
5 modus† arguendi,quod vno ex prohibitis permisso nõ vñr pmissa reliqua [*vt illam*] Messanensem [*Isti*] Panormitanæ[*tibi*] Messanensi [*An putas*] certe putare nõ debes [*Eadem causa*]scilicet quia vices
6 nostras geris.¶ Prima† gl.ponit.18.casus reseruatos,finis addit.19.& coadiuuat per q̃dã iura, qđ ista transire non debeant. Demum quærit,argumen. pro & contra. ponit opin. Ioan. & soluit. ¶In 1.
7 † gloss. [*ibi,Imperium*] merum imperium est habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos [*& ibi, Alienare*] in fraudem creditorum. & hoc vult.l.si pater. vel donandi causa pacisci.& hoc vult.§.vlti.l.contra iur. [*& ibi, Filijsfami.*] vide de electione,cum nobis, super vlti.gloss. [*& ibi,Permissione*] administrandi peculij [*& ibi,maiora*] vt defensio suspecti tutoris, vt l.Pomponius. & transactio,vt l.mandato [*& ibi,Iubere cauere*] vide de foro competen.si quis contra,super glo.Hoc ideo [*& ibi,Nec quicquam*] vbi dicitur, quod si fiscalis est pecunia,quæ procuratorem principis respi-
8 cit,melius facit proconsul,si abstinet. ¶In† gloss. [*in princip.ibi,quædam*] de his aliqua not.12.distinct. præceptis [*& ibi,Fidei*] contra.80.distinctio. capit. 2.dic vt ibi [*& ibi,Depositiones episcoporum*] no.Ioan.
9 9.quæstio.3.principalem, quod† papa omnes episcopos non posse deponere: quia hoc esset mutare generalem statum ecclesiæ [*& ibi,Generalis*] prouinciale vero legatus congregare potest, cum & minores possint.infra de accu.sicut,licet Ioan.no. contrarium.3.distinctio.§.porro. & de hoc in spec.tit.2.§.supereſt.3.colum.ver.sed nunquid legatus. & de varietate conciliorum. 17.distinctio.in summa [*& ibi, Solum*] non credo, quod intendat excludere legatum,ne cõtradicat sibi in eo, quod no.supra capitu.1.Guil.in spec.eodem titu. §.supereſt, ver.illud autem, & de appella.§.nunc tra-
10 ctemus,ver.& nunquid idem est,fatetur,quod† de consue.illa opi.approbatur,quod ad legatum appelletur omisso medio, & hoc tenet Bar. Brix. 2. quæstio.6.capitu.3.sed Ioan.ibi, & hic contra.nec superfluit hic per id, quod dixi.supra capitu.1.super 1.gloss.quia ibi de aditione per querelam [*& ibi,a papa*] adde casum in cle.de re do.quia contingit,post princip.& hic poni debuisset additio, quæ est in fin.Item non dispensat in matrimonio,argumen.supra de transac.inter,ver.cum ergo, Vinc. & infra de consangui.quod dilectio,& de transac. capitu,vlti.vide quod ibi dicam in gloss. in pœnis, & hic in text.allegat Innocen. decre.illam ad contrarium.vide etiam quæstionem, quam posui super regula,indultum,de regu.iur.libro sexto,& ibi
11 ista omnia & multos† tales casus.f.89.not. Gui.in spec.eodem tit.§.nunc ostendendum. vide quod ibi scripsi,vbi addo duos casus antiquos,& 20.noui iur.f.sexti,& Cle.vltra absolutiones excommunicatorum reseruatas notatas, de senten.excommu.eos qui,libro sexto, & in Cle.eodem titu.c.1. & Hostien.61.in summa huius. titu.§.quid pertib net, ver.illud quidem [b] [*& ibi,Qui peculij*] & infra de officio vica.capitu.vlt.libro sexto [*& ibi,de exemptis*] de hoc per Hostien.in summa, eodem titul. §.qui pertinet, in princip.& per Guil.in spec.eodem titu.§.supereſt,versic.sed nunquid legatus potest suum officium, & recitat Hosti.in præ.§.quo-
12 modo† dominus Grego.9.archiepiscopo Vienen. specialiter concessit,cum mitteret eum in legationem,potestatem super exemptos,innuens per id, quod alias non habuisset illam [*& ibi, legatorum de latere*] ad hoc, infra de verborum significatione, capitul.primo.1.respon. libro sexto, & eodem libro,de electio.si abbatem.

ADDITIONES.

a Litteris.Et patientia papæ tribuit ius,vide tex.& ibi glo.in cpe.de sup.negli.præla.
b Quidem. Et an legatus possit vnire ecclesiam episcopali mẽsæ.videtur quod sic,quia id potest episcopus.in contrarium facit,quod not.Ioan.And.infra de confir.vti. vel inuti.c.fi. in glo.dicit Hostien.& vide in decisio.Rotę conclusione 66. & in spec.de legato.§.nunc ostendendum, versicu.quinto, & ibi Ioan.And.cum autem soli imperatori reseruatur, vide per doc.maxime per Bal.in l.1.C.de iure au.anu.

SVMMARIVM.

1 *Per relationem causæ ad papam desinit legatus esse iudex.*
2 *Dissentire canonici solent,nec est reprehensibile.*
3 *Paternitas quotuplex sit,remiss.*
4 *Nunciorum directio ad papam non obest, si re integra reuocentur.*
Res integra dicitur antequam præsentatio sit papę porrecta, ibidem.
5 *A contrario sensu argumenti vsus,& validitas.*
6 *Epilogus,suffragium glossarum.*
Cognitio iudicis cessat per negocij translationem ad superiorem,& nu.7.
7 *Additio gloss.*

CAPVT V.

1 ICet. Casus. Ex quo† legatus retulit causam ad papam,illius causæ desinit esse iudex, & primo recitat factum electionis,& processus legati.2.super processu diffi-
2 nit ibi, de consilio [*Dissensissent*] qđ non† est nouum,nec reprehensibile. 8.quæstio.1. nec nouum.8.quæstio.1.nec nouum. 63.distinctio.
3 nosce [*G.fratrem*]de multiplici† fraternitate scripsi, de reg.Io.Iste autem fuit frater carnalis Abbatis, vel forsan ipsius monacus [*Præcepit*] confirmare poterat,de elec.si abbates,libro sexto [*Iam directis*]
4 nec† re integra de consensu partium reuocatis,
a quod fieri potest,vt dicam,de appella.intimasti, [a] & de hoc in specu.de reli.in fin.& putat Hostien. rem integram,antequam presentatio sit papę porrecta,de postu.bonæ.2.versicu.nec nocebat [*Postquam*] ergo† a contrario,si non fuisset translatum,
5 secunda examinatio tenuisset. infra de probatio. causam matrimonij.§.fi.Hostien. [*Et inanem*] propter tres causas,relationem,missionem nuncij, &
6 reiteratam inquisitionem,Goffred. ¶Gloss.2.† obijcit,& soluit. ¶In 1.glo. [*ibi,ex illo*] a tempore,quo iudex se promisit consultaturũ, vel relaturum,ad nil aliud procedit,nisi vt referat. ¶In gloss.2. [*ibi,licet,in fine*] vide de accu.de his,super.j.gloss. ¶In gl. vlti. [*ibi.l.vlt.*] vide de iudi.at si clerici, super glo.
7 2.¶In† gloss.1. [*ibi,relationem*] gl.Ioan.& idem not. in præallega.capitu.nomen. ¶In gloss.2. [*ibi,quod non credo*] secundum Tan.& Vincen. [*& ibi, Desiderat*] hic soluit contraria ad decre, constitutus,dic
b vt [b] ibi not.

ADDITIONES.

a ¶Intimasti.Ibi vide Io.And.in gloss. partibus instantibus,& ibi vide, an reuocatio fieri possit partibus inuitis, & vide in decisio.Rotæ,conclusione 389.
b Dic vt.In glo.Sed qualiter,& super illa Io.Andr.& vide quia probat iste text.quod id,quod fit a iudice, cuius iurisdictio est suspensa,dicitur a non suo iudice fieri ibi, a non suo iudice &c. & istud hic gloss. 2.relatio.n.suspendit,non extinguit iurisdictio. prout no.Io.And.in prælleg.c.intimasti,in glo. partibus instantibus,quod facit ad multa.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere confert beneficium uacans quod spectat ad eccleſiæ præſentationem.*
2 *Conſilium ſumitur pro conſenſu.*
Si quando,ſi aliquando,ibid.
3 *Epilogus,ſuffragium gloſſa.*
Principis omnia eſſe intelliguntur.
5 *Additio.*
Præſentatus ad rem, & actionem perſonalem contra epiſcopum,prouiſus habet ius in re,ibid.
6 *Patronus eccleſiæ cur minus ius habere quam prælatus dicatur.*
7 *Beneficium,ſi papa ſcribit,ut cui conferatur,an includatur eccleſia,in qua laicus obtinet ius patronatus.*

CAPVT VI.

1 Dilectus. Caſus. Legatus† de latere cõfert beneficiũ vacans ad præſentationem eccleſiæ. Communis diuiſio. ſecũda ibi, cum igitur [*Eidem*] canonico,& ſi habere poteſt quis canoniã, & eccleſiam: ſed hic factum narratur,ſecundum Hoſt. [*Pertinebat*] ratione archidiaconatus [*Inconſulto*]
2 ſumitur † conſilium pro conſenſu.ſic.ſupra titu.j.
a venerabili. plus probat per regulam, [a] ſi vinco vincentem te,&c.24.quæſtio.1.rogamus, ff.de diuer. & temp.l.vlti. [*In conceſsione*] quando. ſ.ad prælatum ſpectat collatio in totum. vel.i.inſtitutione, quando ad alium ſpectat præſentatio, & vacet, ad id,quod not.ſupra de officio archidia. cum ſatis,& capitu.ad hæc, Hoſtien. [*Patronus*] Boa.intelligit hoc in diuerſis eccleſijs: alias plus recognoſcam beneficium a patrono,vel electore, quã
3 a confirmatore [*Si quando*] i.aliquando.¶ †Glo.2. exponit litteram, & ponit opinionem Io.& Lau. quam reprobat.¶ Gloſſ.penul. opponit, & ponit
4 opin.Ioan.& ſoluit diſtinguendo. ¶ †In gloſſ.pen. [*ibi,bene a Zenone*] omnia principis eſſe intelligun
5 tur.¶ In†glo.2. [*ibi,mutare*] accumulando [*& ibi, non acquiritur*] credo,quod intellexerunt de iure in re,non ad rem;vnde dicebat Innocen. quod prouiſus habet ius in re: præſentatus vero habet ius ad rem, & perſonalem actionem contra epiſco-
b pum[b] [*Et in fine*] vel dicitur†plus eo reſpectu, quo
6 ius prælati dependet a iure communi, ius vero patroni a gratia. infra de iure patrona. capitu.3.vel plus,quia alteri ex præſentatis per laicum gratificare poteſt,vt infra de iure patro.cum autem. vel plus.i.ſuperius:quia ſubeſt laicus prælato quo ad examinationem cauſæ huius,infra de iudic.quanto,& deuolutionem, de qua ſupra in gloſſ.ſecundum Hoſtien. ¶ In gloſſ.3. [*ibi , non ſubſit*] dicit hic & in decre.cum dilectus Hoſtien.ſe vidiſſe & legiſſe literam papalem directam prælatis Angliæ, in
7 qua continebatur,quod†quando papa ſcribit pro aliquo beneficiando,non eſt ſuæ intẽtionis, quod ei conferatur eccleſia,in qua laicus obtinet ius patronatus. contrarium tamen huius arguendo di-
c cebat Vincen.infra de præben.dilectus[c].3.[*& ibi, Similes*] vt Piſanus, Vincen. [*Et in fine*] dic vt infra eodem,capitu.1.libro ſexto.¶ In gloſſ.vlti. [*in fine*] ſupra,de ſupp.ne. præla.c.2.in fin.infra de iure patro.cum propter.

b ¶Epiſcopum. Et inter ius in re, & ad rem eſt magna differẽtia,& facit ad materiam capitu.ſi is,cui,de præben.libro ſexto,& qua actione quiſque iſtorum agat, vide Ioan.And.in c.1.de conceſſi.præben.in prin.
c ¶Dilectus. Vide ibi.Ioan.And.& vide Guliel.in ſpec.de legato.§.nunc.tractemus,verſi.ſed nunquid,& de actio.& peti. §.ſuper actionibus , & vide etiam de præben. capitu.2.libro ſexto,& de iure patro.cum dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus , in quacunque parte legationis exiſtat, iuriſdictionem ſuam exequitur , & quando prouinciam exiuit vel, extra eam eſt,vel reuocatus eſt,quid facere poſſit , nu.8. cum ſequentibus.*
2 *Iuriſdictio prorogata nunquid expirat , reuocato legato , vel epiſcopo , in quem prorogata fuit , poſtquam ea vti cœpiſſent.*
3 *Viena,Biſantium ſunt extra regnum Franciæ.*
Lugdunenſis prouincia eſt in regno eodem,ibid.
4 *Prouinciæ appellatione continetur ciuitas metropolitana.*
5 *Legatus plurium prouinciarum facta vnius poteſt in alia expedire.*
6 *Epilogus,& ſuffragium gloſ.nu.7.*
Extra territorium ſeu diœceſim nihil agi a præſide , legato , uel ordinario poteſt,excipitur,& nu.8.
8 *Additio gloſarum.*
Reuerſurus in breui qui eſt,non videtur diuertiſſe.
9 *Legatus ſi reuocatus ſit,quod iuris de cauſis ab eo ceptis delegatus poteſt intra annum ſuam exequi ſententiam, ver.dicit Hoſtien.*
Exequi ſententiam legati poteſt ordinarius,& quando,& quo modo,ibid.ver.Dicit etiam Hoſti.
10 *In diœceſi aliena ius dicere quis poteſt , conſentiente diœceſano,& ſubditis ius dicere volentis.*
Perſonę commiſſio maior eſt , quam loci , ibidem uerſi. Item quod iudex.
11 *Capitul.ſi epiſcopus 11.quæſtio.3.quomodo debeat inducci.*
Abſentem excommunicare intra diœceſim ſuam aliud eſt , quam.
Abſentem a diœceſi ſua id facere , ibidem , verſicu. quia aliud.
13 *Denunciare excommunicatum quis poteſt extra prouinciam ſuam,& ratio.*

CAPVT VII.

1 Nouit. Caſus. Legatus† in quacunque parte legationis exiſtat,iuriſdictionem ſuam exequitur.& pars huius,de iudi.& de app. nouit. ad hanc ſententiam loquitur,ſupra de poſtu.capit.j.Et prima pars ponit regis querelam,cui ſecundo reſpondet ibi,Tuæ [*Suſpectus*] hæc pars expeditur.ſ. de appe. nouit [*Extra fines*] ſecunda ratio,quare dicebat nõ valere ſententiam: & hanc expedit infra [*Fuerat*] maxime in caſu ptæſenti, cum id non faceret tanquam legatus, ſed tanquam delegatus ex ſpeciali
2 mandato papæ [*Terminos*] quid ſi†non ſubditi de aliena prouincia iuriſdictionem legati ſuper queſtione,quam habebant, in ſe canonice prorogarunt:legatus tali iuriſdictione cępit vti, poſtea reuocatur,nunquid expirat talis iuriſdictio prorogata?& idem poteſt quæri de epiſcopo, cuius iuriſdictio prorogata eſt,poſtea ad aliam eccleſiam trãſlato: & videtur,quod duret, ex quo incepit antequam ordinaria finiretur. infra capitu. fina.cum ſi.maxime, quia potius videtur electa perſona, q̃ ſupereſt,quam iuriſdictio,quæ deficit, argumen. ſupra tit.j.c.vlti.§.is autem,infra de arbi. ex parte, &c.

ADDITIONES.

a ¶Regulam. De qua per Io.And.in c.auctoritate,de cõceſſio. præbend.libro ſexto , & per Cyn.in l.licet, C.de na.lib.quæ eſt authen.in iſto titu,& per Barto.in l.de acceſſionibus, ff. de diuer.& tem.præſc.& plenius in l.Claudius, ff.qui po.in pi.ha.

& c.cum a nobis.ff.de legatis.3.ſi quis concubinã. Sed cõtra,quia perempta ordinaria principalis vi detur perempta acceſſoria prorogata,argumen.ſ. de regu.iur.acceſſorium, cum ſuis concor. & pro hoc facit optime,ff.de publi.ſi ego.§.idem ait ędibus emptis,alias incipit,quod tamen.ff.de vſufru. ſi Titio,ad fin.pro & contra.eodem titulo. Item ſi fundi.§.hinc vicinis.ff.de verbo.obliga.inter ſtipulãtem.§.ſacram.ſo.dici poteſt, quod, ſi iuriſdictio dignitatis ſuppreſſo nomine legati, vel epiſcopi fuerit prorogata, expiret quantum ad eius perſonam,& tranſit ad ſucceſſorem, argu. infra titu.1. paſtoralis,cum concor.in prima parte, ſi nomen proprium fuerit expreſſum, videtur quod tunc ſequatur eum iuriſdictio prorogata,argumen.opti. ff.qui.mo.vſufru.amit.quid tamen. 1.reſpon.cum ſuis concor.niſi prælatus remotus fuiſſet propter crimen, vel aliam cauſam, quæ ipſum ad iudicandum reddat inhabilem.3.qnæſtio.7.iudicet,de reſcript.ſciſcitatus.hæc diſtinctio probatur,ſupra titu.j.quoniam,ſecundum Hoſtien. & de hoc in ſpecu.eodem titu.§.nunc dicamus,verſicu.ſed pone, quod non ſubditi, & de compe.iudi.adi.§.1.verſi. quid ſi duo Piſani,& ibi ſequitur,verſi.ſed quid in delegato.Idem in delegato reuocato,cuius iuriſdictio fuerat per partes ad repreſalias prorogata [*ęgreſſus*] allegatur hæc decre.& 11.quæſtione 1. ſi quiſquam.ad id,quod habes,infra de officio ordi.cum epiſcopus,libro ſexto.ad idem, eod.lib.de hære.vt officium.1.reſpon. [*Biſuntina*] quod dicit
3 †de Vienen.& Biſunti.proprie dicit,quod ſunt extra regnum Franciæ, videlicet in regno Vienen.& Arelaten.Lugdunenſis vero prouincia tota eſt in regno Franciæ,& magna pars diœceſa.& ſecundũ quoſdam aliqua pars ciuitatis, ſecundum Hoſti. & valet ſecundum eum hic notare ad id, quod ap
4 pellatione † prouinciæ continetur ciuitas metro-
a polita.de viu palij.c.1.ſ.de præben.quamuis, [a] lib.
5 6.Et not. ſecundum Inno.quod legatus † plurium prouinciarum facta vnius poteſt in alia expedire. Intpiciendi.n.ſunt limites legationis [*ſolicitudinem*] ſupra de vſu pal.ad honorem,in fi. [*Suſcepiſſe*] hic patet expreſſum,quòd legatus in pluribus prouinciis,facta vnius prouinciæ poteſt in alia exercere,
6 Innocen. ¶ Gloſſ.1.†not.obiicit,& ſoluit,& opponit.ponit ſubdẽs duo,quæ poſſunt extra diœceſim.
7 in fi.quærit,& ſoluit.¶ In 1.†gloſſ. [*ibi.l.3.ibi,præſes prouinciæ*] In ſuæ prouinciæ tantum homines habet imperium,& hoc,dum in prouincia eſt:nam, ſi exiuit,priuatus eſt [*& ibi. l.vlti.*] vide de ſenten. excommunicatio. a nobis . j.ſuper gloſſ.2. [*& ibi, Voluntariam*] & manumiſſiones filiorum, & ſeruorum, & adoptiones [*& ibi,De re iudi.l.2.*] quòd ex cauſa conceditur in tempore prorogando, & in arctando [*& ibi,Cum vnus §.pe.*] qui poſſidere iubetur,eo loco iuſſus videtur, cuius cura ad iubẽtem pertinet [*& ibi.l.vlti.*] præfectus vrbis extra vrbem iudicare iubet [*& ibi.l.3.*] vide. ſupra ea.gloſſ.¶ In
8 †gl.1. [*ibi,exiuit*] reuocatus,& animo non redeundi.ſecus enim ſecundum Hoſtien.ſi non reuocatus exeat.ff.de offic.præfec.vrb.l.fi.nec enim videtur diuertiſſe,qui in breui reuerſurus eſt, argum. ff.de diuor.l.3.Idem Archid.eodem titulo,præſen
b ti,[b] rationem reddens,quia etiam epreſſe legatio-
9 nem dimittere non poſſet. Sed † quid de cauſis a legato reuocato incęptis, ſed non diffinitis, vel diffinitis, ſed non mandatis executioni? dixit Innoc.quòd recurrendum eſt ad papam, vel alium legatum ſucceſſorem, argũ.ff.de iudi.mortuo iudice. C. de iudic. properandum. §.ſin autem in medio.dicit Hoſtien. quòd de delegato ſatis eſt expreſſum,de eo;qui mit.in poſſeſſio. cum veniſſent.de papa,infra titu.j.paſtoralis.§.præterea.ſed ſpecialis delegatus ſuam ſententiam exequitur infra annum. ſupra titul.1.quærenti. & idem dicunt quidam in legato, ſ.quamuis reuocatus ſit, poſſit vſque ad annum talia expedire, quod non placet Innocen.nec Guili.in ſpecul.eodem titulo. §.nunc dicamus , verſicu.ſed an legatus: quia ex quo reuocatus,nulla contentioſa iuriſdictio ratione legationis finitæ remanet penes ipſum,vt eſt dictum. dicit etiam Hoſtien.quòd ordinarius ſententiam legati, quæ non verteretur in dubium, poſſet executioni mandare,ſed & coram ipſo poſſet proponi actio iudicati,argumen. ſupra eodem capitulo ſecundo,infra titul.1.ſignificauit,de foro competen.poſtulaſti,ff.de re iudic.a diuo Pio [*& ibi,Ad hoc dicas*] Idem Goffred. [*& ibi, Diſponere*] ſaluo quod habes de epiſcopis expulſis a ſuis ſedibus in concilio Vienen.de foro compe. quamuis
10 [*& ibi,Epiſcopum*] vbi de hoc,quod intelligas† ſine conſenſu illius,cuius eſt diœceſa.vt ibi, & capitulis ibi proximis ſecundum Innocen. & Hoſtien. Si enim epiſcopus poteſt mihi concedere, vt ſubditos ſuos in diœceſi mea iudicem, quod dixit Hoſtien. nulli venire in dubium: hoc tamen, cum ſubditi conſentiunt, ne ſit contra,de officio ordina.cum epiſcopus,libro ſexto.Et hic, vide, quod ſcripſi in ſpecu.de cita.§.primo, verſic.Item quod iudex citat, quare non poterit concedere, quòd meos ſubditos in ſua diœceſi iudicem, cum maior ſit commiſſio perſonæ, quam loci. duodecima,quæſtione prima,præcipimus. ff.de ædil.edic. ædiles. & qui poteſt maius &c.Item poteſt mihi concedere, quòd in ſua diœceſi ſuos ſubditos iudicem.nona,quæſtione ſecunda, & tertia, per totum. ergo,quòd meos in ſua: quia qui poteſt totum,& partem, ſupra titu.proxi.paſtoralis. §.primo,ff.de rei vendi.quæ de tota. Item cum poſſit hanc poteſtatem dare priuato, quem facit officialem,de inſtitu.capitulo tertio, de foro competen. & de appellatio.Romana, libro ſexto, quare non poterit hanc poteſtatem dare epiſcopo venienti ad diœceſim ſuam: ratio non apparet. & adde quod not.ſupra titu.primo,P.& G.& de vſu palij, ex tuarum,in fin.& ſecundum hoc intellige,quod not.in ſumma,eodem titulo,§.& in quo loco,Hoſtien. [*& ibi,Nec abſoluere*] dixit Innocen. quod ſi recognoſcet ſe erraſſe, abſoluet ſine cauſæ cognitione propter periculum excommunicationis. infra de ſenten.excommu.ſacro.§.ſi vero, de hoc in ſpecu.eodem titulo. §.nunc dicamus. verſi.quid
11 ſi legatus [*& ibi,Si epiſcopus*] forte†non probat, ad quod inducitur,niſi per hunc modum: quia iubet pendente cognitione de iniuſta excommunicatione excommunicatum vitare. nec valet,quod de Paulo ſequitur: quia aliud eſt,epiſcopum intra
c diœceſim ſuam excommunicare abſentem[c],& aliud eum abſentem hoc facere, cum extra territorium &c. de conſti. capitul.2.libro ſexto [*& ibi. §.vlti.*] hoc poſſet ſuſtineri in notorijs, quæ non requirunt examinationem cauſæ, de iureiu.ad noſtram,de fil.presby.quoniam, ſecundum Hoſti.& de hoc in ſpecu.titu.2.§.nunc dicamus, verſi.ſed nunquid poteſt [*& ibi, Aliquando*] per hanc.l.& l.
12 ibi præcedentem dicebamus†olim legatum antequam ingrederetur prouinciam, iuriſdictionem demandare non poſſe, niſi haberet neceſſariam moram. Hodie vero poteſt,reſeruata ſibi ſententia,in authen.col.9.de colla.§.qui vero, præter vlmum ſupplicium,& membri abſciſſionem, vt ibi dicitur, Ioan. Philip. [*& ibi , Non poſſet*] Hoſtien. contra,cum ei ſit obediendum,allega. not.de tempo.ordina.ad aures: & quod dixi poſt eum de no-

torijs.ſupra eodem,glo.ſecundum eos,qui dicunt quòd non poteſt,parata eſt via, quod delegent alteri coerctionem illius [*& ibi,Beneficia*] Idem Inno
d cen. d allega.de appell.qua fronte, & hoc teneas, ſaluo quod habes, de præben.ſtatutum, in fin.libro ſexto,& quod ibi,not. [*& ibi, eſt dicendum*] ſecundum Vincen.& Tan. [*Et in fin.*] Idem Goffre.
13 dixit† tamen, quod ſi in prouincia exiſtens excommunicauit, egreſſus poteſt denunciare, cum per id amplius non ligetur,de appe.paſtoralis,& quia denunciãs non pronunciat,ſed declarat, & poteſt fieri in tempore,& poſt tempus. ff.de teſta. hæredes, in fin.de teſti.cog.præterea.Idem Ia.& Hoſt.

5 *ne*] Dixit hic Hoſtien.quòd† præſente maiore poteſtas minoris reuerentialis, & inſignialis deponitur,& ſic intellige.c.denique, cum ſuis concor.facit de priuil.vt apoſtolicæ, lib.6.contentioſa vero non deponitur,vt in contrarijs, niſi vbi de quadã parilitate agitur,quæ a ſuperiore duobus, vni habenti ſpecialem prærogatiuam reuerentiæ, & alij non habenti conceditur,& tunc ſtatur diſpoſitioni maioris,vt hic vides: & huius diſpoſitionis poteſt eſſe duplex ratio,prærogatiua ſcilicet reuerentiæ,vt dicit gloſſ.& ne in vno corpore ſint duo capita quaſi monſtrum. infra titulo primo, quoniã ſecundum eum.

ADDITIONES.

a ¶Quamuis.Ibi vide Ioan.Andre. & quid ſi ſcribatur de beneficio patriarchatus, an metropolitana veniat, ibi per ipſum, & vide per ipſum in ſpecu. de ac. & peti. §. ſuper petitionibus,verſiculo,in literis quoque.

b ¶Præſenti.Et idem hoc Innocen. vt ibi dicit Ioan. Ande.& Guliel.in ſpec.eodem tit.§.finitur circa principium, & ibi in ver.2.vide, an vocatus legatus a papa poſſit ad prouinciã ſine papæ licentia redire.

c ¶Abſentem.Paulus excommunicauit abſentem,non tamen dicitur ibi,quod extra locum ſuæ iuriſdictionis fuerit, quia non erant diſtinctæ diœceſes.13.q.1.c.i. vide tamen 99.diſtinctio.c.i.

d Idem Inno.An extra prouinciam beneficium conferre poſſit habes nota.etiam. infra de conceſſio. præbend.poſt electionem,& faciunt nota.eodem titu.quia diuerſitatem. vbi dicit,imo dum redibat, conferre poſſet, licet tempus illud non computetur,& ad hoc gloſſ.in c.ſtatutum, de præb.lib. 6.Archi.

SVMMARIVM.

1 *Legato de latere præſente,minor legatus executionem ſui officij dimittit.*
2 *Legato ſecundo dato non reuocatur primus, & aſſimilatur tutori.*
Tutore ſecundo dato non reuocatur primus,ibid.
3 *Epilogus,ſuffragium,Additio gloſſarum.nu.4.*
Iuriſdictionem quis habet quandoque,quam non poteſt exercere, & quando,ibid.nu.4.
5 *Maiore preſente poteſtas minoris,& quę deponatur.*
Cap.denique,21.diſtin.cum ſuis concordan.intellectus. ibidem.
Par pari quando cædat,ibid.ver.niſi vbi.

CAPVT VIII.

1 VOlentes. Caſus. Præſente† legato de latere, minor legatus executionem officii ſui dimittit.Abb.ſummabat de legato prætextu eccleſiæ a [*Committendum*] an fuerit commiſſio perſonalis,vel realis,non apparet,& vide quod dixi de vſu pal.ex
2 tuarum [*Contigerit*] facit hæc decret.ad id, quod not.Ioan.25.quæſtio.2.capitul.3.ſ.quòd dato† ſe-
b cundo legato,non reuocatur primus,ſicut b & in tutoribus.C.de te.tu.l.2.& de hoc in ſpecu.tit.2.§. finitur, ad fin. [*Omnino*] i.quo ad iuriſdictionem voluntariam,& contentioſam,Pet.& Egi. [*Dimittas*] 20.quæſtio. not.hic Vincen.quas vide ad literam in ſpecu.tit.2.§.ſupereſt,verſi.illud etiam no.
3 vſque ad fin.§.¶Gloſſ.† 1.ſignat contrarium. ¶In 1.gloſſ. [*ibi.l.vlti.*] vide hanc & ſequen.in præalle.
4 c.antiqua,ſuper pe.gloſſ. ¶In † gloſſ.1. [*ibi, reſumit illud*] ſimile.C.de cur.fur.l.pen.& not.quod habet quis iuriſdictionem,quam tamen non poteſt exercere.ſic.ſ.de reſcriptis,paſtoralis, in fin.Hoſti. [*& ibi,Ecce*] ibi dicitur,quod presbyter præſente epiſcopo benedicit,quod intellige, vt ibi no. [*& in fi-*

ADDITIONES.

a Eccleſiæ.Quaſi velit hunc patriarcham eſſe legatum natum quod necubi conſtat,& vide gloſſ.fin.ſupra eodem, dilectus quę aliquos nominat,& hunc non exprimit,nec etiam addit illum Io.And.

b Primus,ſicut.De curatore dato poſt primum an illum reuocet, vide in l.cum ſemel.ff.de tutel.per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſi,& moniales eccleſiaſticæ perſonæ ſunt.*
2 *Legatis,qui de latere non mittuntur,qualiter legatio committatur.*
Legatus non poteſt abſoluere competat hæc conſtitutio etiam de conſenſu ordinarij,ibid.& quos non poſſit, uel poſſit abſoluere,nu.3.& 6.10.11.
4 *Scholarem,qui in partibus ſuis clericum percuſſit, epiſcopus Bononien.etiam eo caſu,quo eius epiſcopus poſſet,non poteſt abſoluere.*
Religioſum ſtudentem alibi in legibus epiſcopus ſuus non poſſet abſoluere,ibid.
5 *Legati nati,vel creati qui eſſe dicantur,qui etiam non poſſunt injicientem manus violentas abſoluere,etiam ſubditum.*
7 *Abſoluendi manuum violentarum iniectores priuilegium ab apoſtolica tantum ſede conceditur.*
Legatorum poteſtas ex forma priuilegiorum conceſſorum diſcernetur,ibid.inter miſſos a latere, & de latere non eſt differentia,nu.12.
8 *Epilogus,ſuffragium,& additio,gloſſarum, & numero 11. & 12.*
Iniectionem manuum violentarum enormem ſemper ſibi papa reſeruat,quantumcunque ſuper hoc aliquem priuilegio decoret,ibid.

CAPVT IX.

1 XCommunicatis. Sequitur, & ponit duo dicta: ſecundum ibi ,'& qui.a quibus poſtea excipit, ibi, Niſi [*Iniectione*] in clericos, vel †eccleſiaſticas perſonas, vt conuerſos,vel moniales, de ſenten.excommunicatio. & capitu.de monialibus,Hoſtien. [*Legati*] hic incipe
2 conſtructum [*non mittuntur*] ſed† alias ſibi ad tempus,& perſonaliter committitur legatio,vt in glo. [*Extra prouinciam*] videtur, quod de conſenſu ordinarij,cuius eſt prouincia, vel diœceſis hoc facere poſſet: quia tunc ibi neceſſariam iuriſdictionem exercet,vt dixi ſupra eodem,nouit. Dicit Hoſti.q̃ rationabile videtur hoc de ſuis ſubditis.dicit tñ,q̃ cum hoc ſit priuilegium a papa conceſſum,& ſic limitatum, non audet hanc interpretationem facere,argu.de vſu pal.c.2.de priuile.ſane,de ſenten.
a exc.inter.ſit ergo ꝓtentus terminis ſuis, de ſepul. a c.1.& adde, quod ſtatim dicam poſt Vincen. [*Sibi commiſſam*] tolle,quod eſt .j.beneficium abſolutionis &c.Sed Vinc.intellexit,q̃ hic ꝓhibeaf legatis

tis abſoluere, cum ſunt extra prouinciam. Aliun
3 de venientes quaſi exiſtentes † extra prouinciam ſuos prouinciales poſſint abſoluere, cum hoc hic non prohibeatur, & ſic vult ipſe hic coniungere litteram, ſi huius &c. quæ lectura non videtur amica litteræ, & alii contra, quod ap-
b probat conſuetudo. b dicit etiam, quòd ſi extranei venientes ad prouinciam, ex quo ibi ſunt incidunt in ſententiam,poſſunt abſolui per legatũ non de latere.6.quæſtione tertia, placuit,quod verum credo. imo tenet hic Hoſtien. quòd ſubditum, qui deliquit extra prouinciam, talis legatus
c etiam exiſtens in prouincia non poſſit c abſoluere,allegat.de ſenten.excommunicatio. officij, de rap.capitulo primo, & remittit ad ſummam, eodem titulo,§.& in quo loco,ver.illud quoque. de hoc in ſpecu.de lega.§.nunc dicamus, verſic.illud etiam,vbi ponitur etiam contraria opinio per capitulũ primũ,16.quæſtione prima, & ea, quæ ibi not. [*vel ibidem*] ſ.in ſua prouincia exiſtens [*Illuc*] ad prouinciam ſibi commiſſam [*Aliunde*] not.
4 Abb.per hoc † epiſcopum Bonon. abſoluere non poſſe ſcholarem, qui in partibus ſuis percuſſit clericum, etiam eo caſu, quo ſuus epiſcopus poſſit abſoluere.Item e conuerſo religioſum hic ſtudentem in legibus ſuus epiſcopus non abſoluet,& adde quod.ſupra dixi.& in hoc vltimo Hoſtien.contra,ne cleri.vel mo.capitulo fin. [*vendicant*] ſicut
5 † Cantuarien. Eboracen. Remen. & Piſanus, de quo vide quod dicam poſt Vincen.infra de priuil. quia intentionis,ad finem magnę gloſſ.& his ſimiles. & hos Hoſtien.vocat natos, vel creatos [*etiam ſubditis*] multo minus non ſubditis.q.d.nullos abſoluunt [*quamuis in ſua*] multo minus in aliena.q. d.nullo loco poſſunt. Hoſtien. [*Non poſſunt*] quia cum localis eſt legatio,perderent ibi clerici priuilegium clericale, ſi percuſſores ſui nunquam de partibus illis mittentur ad curiam, ſecũdum Vin-
6 cen.qui etiam per hoc† arguit, quod legati prædicta ratione non debeant abſoluere eos, qui poſt ingreſſum ſuum inciderunt in canonem: tenet tñ contrarinm, cum illa legatio ſit temporalis [*Illis, & iſtis*] ſcilicet miſſis,creatis, vel natis [*A ſede apoſtolica*] alius † ergo non poteſt [*Concedat*] poteſtas
7 ergo talium diſcernetur ex forma priuilegiorum
8 conceſſorum,de priuile.porro. ¶Gloſſ.prima† arguit a contrario. ¶Gloſſ.ſecunda tractat de tripli ci genere legatorum,ſecundo quærit, arguit pro
9 & contra, & ſoluit.in fin.ſubditius nouum. ¶† In gloſſ.ſecunda [*ibi.l.vlt.*] vide de ſenten.excommunicatio.a nobis. j.ſuper gloſſ.ſecunda [*& ibi.l.3.*] vide ſupra eodem,nouit,ſuper j.gloſſ. [*& ibi, quiſquis canon*] in §.pro.alleg. ¶In prima † gloſſ. [*ibi,iniectione*] non enormi ſecundum Hoſtien. qui hic
10 not.legatos etiam de latere abſoluere non poſſe ex generali legatione excommunicatos pro enormi,dicens patere, de ſenten. excommnnicatio.ſi vero.j.reſpon.& capitul. peruenit, & capitul.cum illorum.§.primo,& ſecundo,& capitul. relatum, prope finem, & capit.canonica.quòd quantumcunque papa aliquem ſuper hoc priuilegiet, ſem per ad manus ſuas retinet hãc enormẽ.vide quod dicam, de ſenten.excommunicatio. ad eminentiam,in vlti.gloſſ. ¶In gloſſ.ſecunda [*ibi, abſoluere poſſunt*] not.Ioan.94.diſtinctione, capitulo ſecun-
11 do,quòd capiens † legatum ab eo poteſt abſolui; quod intelligas,ſaluo eo,quod habes,de pę.felicis libro ſexto,& eodem titul.ſi quis ſuadente, in cle. & de hoc in ſpec.titu.2,§.nunc dicamus, verſi.ſed
12 quæritur, vtrum [*& ibi,Cardinales*] dixit Vincen. ſupra capitulo proxi.quod † cardinales ſunt legati de latere,& miſſi de latere. alii mittuntur a latere, & non ſunt de latere, ſicut ſi Mediolanen. vel Rauennas mittatur in Hiſpaniam, ſicut alia ſunt ſepulchra familiaria.ſcilicet ad opus teſtatoris, & familiæ ſuæ: alia hæreditaria. ſcilicet ad opus hæredum, ff. de reli.& ſump.fu.familiaria. hæc diſtinctio reprobatur, de ſenten. excommunicatio.ad eminentiam [*& ibi, Cardinales tantum*] Idem hic Innocen.& vt dicit Hoſtien. ſic tenet curia. Idem Guil.in ſpecu. de legato. §.ſequitur, & Bonag.ſupra capitul.proxi. [*& ibi, Aliena*] quid ſi ſibi reſiſtat læſus? vide in ſpec.eodem titul.§.nunc dicamus,verſi.quid ſi læſus [*& in fin.*] eodem titu. libro ſexto.

ADDITIONES.

a ¶Sepultu.Pro hoc,quia iſta facultas datur legatis in priuilegium, quod non competit epiſcopis regulariter, & ſic conſenſus epiſcopi nihil præſtat,& pro iſto dicto vide gloſſ.magnam in clemen.1.de iure patro.

b ¶Conſuetu. Pro opin.Vincen.facit, quia talis abſolutio eſt voluntariæ iuriſdictionis, & illam habet a principe,& ſic illam poteſt exercere extra territorium.lege ſecunda.ff.de officio proconſul.et ibi vide Barto.in contrarium facit quia imo requirit abſolutionem circa cognitionem,vt not.ſupra eodem,nouit,in gloſſ.et ſuper illa illa Io.And.

c ¶Poſſit.Si intelligis quo ad forum pœnitentiale,obſtat gloſſ. c.fin.16.q.1.ſi quo ad forum iudiciale,obſtat c.poſtulaſti,cũ ſua materia,de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Legati ſtatutum,finita legatione durat:quę legati facere poſſunt,& an non vocatis prælatis,& populo prouincię, nu.2.quę tamen legibus generalibus non obſiſtant, ibid.in homine tantum ſuę prouincię, nu.3. periculoſa ſunt, & ratio,numero 4.*
Papę cõſtitutio omnes aſtringit,cuius eſt prouincia tota Chriſtianitas,quamuis habeat & ſpecialem,nu.eod.
5 *Egreſſio legati inſpicitur,quando ſit non animo redeundi.*
6 *Delegatorum legati poteſtas, ſi citatio præceſſit, vel equipollens,non expirat.*
Citationis commiſſio tamen an ſufficiat ad perpetuandum delegati iuriſdictionem,an vero ſit opus etiam perueniat ad citandum,in prin.
Cœpiſſe non ſufficit niſi conſequatur effectus,argumenta colliguntur,ibid,& quando cœptum dicatur quid,ibid.
7 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
Interdictio poſtulationis non habet locum apud ſucceſſorem.
8 *Additio,& nu.9.10.& 11.*
Excommunicati per ſtatutum legati abſoluentur ab ordinario,niſi in caſu,& quo,eod.nu.
9 *Legis vltimę,ff.de pœnis,intellectus.*
Pœna ſine præfinitione temporis irrogata quandiuduret, ibidem.
10 *Legatus an inhabilitare quem poſſit ad beneficia.*
An epiſcopus,remiſſ.ibid.
Indulgentias quot dierum poſſit dare legatus,ibid.
11 *Preuenire poteſt ordinaria iuriſdictio delegatam, & ordinariam delegata vero delegatam minime.*
Reſeruatio legati duret vtrum poſt eius receſſum, remiſſ. ibidem.

CAPVT X.

1 NEmini. Caſus. Legationet finita, durat legati ſtatutum. Finitur tamen delegati ſui iuriſdictio, ſi citatio non præceſſit
2 ſecunda ibi, ſecus[*Statuta*] ergo † legati faciũt ſtatuta:ſed dicunt quidam, q̃ in illis cõ-

dendis debẽt requirere consilia prælatorum prouinciæ suæ, argumen.9.quæstio.3.capitu.1.3.4.&
a 5.& etiam populi in his, quæ ipsum tangunt, [a] de consecra.dist.3.capitu.1.de his, quæ fiunt a præla. capitu.fin.& facit de officio archi. capitu.ad hæc, ad fin.sed secundum Innocen.tenent statuta, quæ facit legatus de his, quæ pertinent ad iurisdictionem suam, & si prædicti non fuerunt requisiti, dum tamen legibus generalibus non obsistant.nã ipsas corrigere non liceret, argumen. C.de officio præ.orien.& Illyri.l.2.& adde, quod dixi de officio
b archipresb.capitu. fi.in vlti.glo. [b] [*Commissa*] illos
3 enim solos†astringere potest.ff.de iurisdictio.om. iudi.l.fi. Sed constitutio papæ astringit omnes. ſ. de constitu.capitu.fin. Est enim tota Christianitas sua prouincia, quamuis & habeat specialem, vt legitur & not.de officio vica.capitu.pen. [*Perpetua*] ad hoc de præscri.veniens, ver.præsertim. nec mirum cum legati habeant ordinariam, infra eod.
4 capitulo secundo, libro sexto, & dicit†Hosti.quod periculosum est, quod dicimus legatorum statuta perpetua, cum vt plurimum ignorentur, & nõ seruentur: sed hoc dic, vt de consti.capitu.2.libro sexto[*egressi*]animo†non redeundi.ff.de næredi.insti. ex facto, vltra medium, Vincen. [*istorum*] ſ.delegatorum a legatis [*illorum*] ſ.legatorum [*Discessum*] a legatione.supra eodem, nouit, secundum Vincen. alias decessum [*horum*] delegatorum a legatis [*ci-*
6 *tatio*] vel aliud†æquipollens, secundum Hostien. qui remittit.supra titu.j.licet. est quæstio de delegato legati, qui prius commisit citationem: sed post decessum legati nuncius citauit, quam disputauit hoc Bar.& quod non sit perpetuata iurisdictio, inducebat hanc litteram, quæ vult, quod citatio præcesserit egressum legati, quod in quæstione non fuit.cum ergo verba sint intelligẽda cum effectu, de cleri.non resi.relatum, & hæc impositio nõ habuit effectum, cum proprie non dicatur citatio quæ non peruenit ad citandum, ergo nec perpetuata est iurisdictio, & sunt similia, in quibus non sufficit aliud actum, nisi peruenerit. ff.de acquirẽ. possessio.qui absenti, quam vide, de cle.ex.apostolicæ, in gloss.2.ad fi.C.de fideicom.li.si voluntate. ff.de li.causa, non videbitur domini voluntate seruus in libertate manere, quem dominus ignorauerit suum esse.ff.de vsuca.sequitur. §.tunc in potestate, sequitur, domini redijsse videtur, cum possessionem eius nactus sit. facit de concess.præben. quia cunctis.§.ex parte, & c.si capitulo, & capitul. si soli.sic ergo & in proposito non sufficiat citationem commissam, quæ non peruenit. imputetur ergo iudici, & actori, qui se sic arctauerunt, de ele. cum in veteri.ff.si quis cautio.l.2.§.si quis sua. igit negligentia eis solis noceat. Item per citationem non nunciatam per executorem non interrumpitur præscriptio. C.de præscri.30.an.sicut, & l.cum notissimi.nec præuentus dicitur, qui citatus non
c fuit.ff.de iud.si quis postea.supra de foro compe.c capitu.pen.In contrarium, licet libellus repudij nõ fuit traditus, soluit matrimonium. C.de repu. licet.ff.eod.l.2.Item tenet reuocatio mandati, licet non peruenerit ad mandatarium.ff.de manu. vin.si pater.§.sinautem, & de procu.c.vlti.lib.6.de his duabus vide quod no.in Cle.de renun. capitu. vno, in gloss.Vincen.Item absens, & ignorans excommunicatur, de app.cum sit, in fi.fortius ergo citatus, & sufficit aliquid inchoari, de tempo.ordi. ex tenore, de elec.cum in cunctis.§.inferiora.Item satis est ad perpetuationem, quod vti cœperit, de officio delegati, licet, vel inchoauerit, eodem titu. cum plures.§.1.lib.6.sed cœpisse intelligitur per omnem actum, quem fecit vt iudex, argumen.ff. de pollici.l.j.§.cœpisse, & per actum imperfectum de elect.in causis. C.de annali excep.vt perfectius,
d & l.vlti.Item in dubio dicamus perpetuatam, [d] ne res pereat, de verbo.signific.abbate.Item adducitur de officio delega.gratum, ibi, proposito citatio nis edicto. soluebat Bart.iurisdictionem non perpetuatam secundum leges.ff.de iurisdictio.om.iudic.& quia, de officio delega.relatum. secundum canones distinguit, an quæratur de iurisdictione perpetuanda, an de persona arctanda, vel re afficiẽda. secundo casu non sufficit citationem iniunctam, quæ facta non fuit, vt in primis iuribus.bene probat Cle.vt lite pendente.capitulo 2. primo casu sufficit, quod a iudice manauerit, licet facta nõ fuerit per præallega.decre.licet, & ea, quæ ibi dixi
7 post Hostien.in gloss.dicit Hostien. ¶ Gl.1.† fortificat textum. secundo quærit, arguit negatiue, contrarium soluit. ¶ In 1.gloss. [*ibi, puto.§.ult.*] apud successorem magistratum postulatis, quem præ-
8 decessor apud se postulare prohibuit. ¶ In†gloss.j. [*ibi, excommunicati*] absoluentur tamen per ordinarios suos, si statutum absolutionem maiori non reseruat.infra de insti.ex frequentibus, & facit qđ dixi de præben.graue, in fin.& idem not.in specu. ti.2.§.supereſt, ver.sed per quem [*& ibi.l.ult.*]loqui
9 tur † de sententia lata non in iudicio, & interlocutorie, non diffinitiuè, Goffred.vnde dicebat Inno. supra eodem, quod translationem, has.ll.loqui, cum iudex sine causæ cognitione pœnam infert sine temporis præfinitione, quæ pœna durat solũ tempore administrationis suæ: secus, si cum causę cognitione.Hostien.supra eodem, nouit, dicebat, si interloquendo non durat post tempus: si cum causæ cognitione, & diffinitione, durat perpetuo, & de hoc in spe.§.prædicto, ver.sed nunquid post
10 aliquem, vbi†tractatur, an possit inhabilitare aliquem ad beneficia, & dicitur ibi, quod sic.& de episcopo ibi vide [*& ibi, quod valent*] Idem Lau.supra capitu.1.& Vincen.& Innocen.supra eodem, quòd translationem, & Host.hic, & Guil.in præalleg.§.ver.potest etiam indulgentias, nec potest excedere numerum.40.dierum, de hoc ibi in ver.se. [*& in fin.*] ff.de pen.l.moris.ff.de postu.ex causa. C.de postu.l.1.Hostien. ¶ In glo.2. [*in fin.*] de hoc. infra eodem, præsenti, lib.6.in gl.hoc potest. ¶ In
11 glo.vlt. [*in fin.*] dicit Hostien.quod hæc iura†probant, quòd ordinaria iurisdictio potest præuenire delegatam, & ordinariam. delegata vero non putat, quòd præuenire possit delegatam, & remittit de app.vt debitus.de reseruatione etiam legati, an duret post ipsum recessum, tractat hic Host.quod est expeditum.j.eo.præsenti, lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Tangunt. Et si statutum parat alicui etiam ex subditis inferioribus præiudicium, illi sunt vocandi, & ipsorum requiritur consensus, vel ad minus præsentia, vide Ioan.Andr.de loca.ca.2.super gl.1.

b ¶ Vlti.glo. Et vide Ioan.Andr.in c.fin.de app.libro sexto.super glo.fina.& per Barto.in repeti.l.omnes populi. ff.de iustitia, & iure, primo membro, & per Pau.& moder.in clem. ne Romani, de electio.& quid de capitulo, an statu. possit facere, vide Ioan.Andre.de consti.cum omnes, & de consue. cum consuetudinem, & per gloss.quæ incip.ex hoc, de verbo.signifi.c.2.lib.vi,

c ¶ Competen. Pro ista parte facit, quod not.Innoc.in ca.cum contingat, de offi.delega.& in capitu.vestra, ad fin.de cohabi.cle.& mu.& Barto.in l.multum, ff.de condit. & demon. & in l.hoc autem, §.non defendi, ff.ex qui.cau. in pos.ea.& vide Ioan.And.in c.eum, qui certum, de regu.iur. libro sexto, in Mercu.

d ¶ Perpetuatam. Vide plene per do.Iason.in l.& quia, ff.de iurisdictione omnium iudicum, & vide omnino circa hoc singulariter scripta per Ioan.Cal.in disputatione sua, quæ incipit, Regin.episcopo, & sequitur Lapus allegatione.88.incip. communè Florentinorum.

¶ De officio ordinarij. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, siue œconomia tituli duplex.*
Ordinarius quidam specialis, quidam generalis, ibid.
2 *De materia tituli quibusnam in alijs locis & libris tractetur, & nume.3.4.*
3 *Delegatio generalis non valet, per quam nimis lęditur ordinaria iurisdictio.*
Delegato papę parere debet ordinarius, eodem nume. & quo casu.
4 *Pendente causa coram delegatis papę, non procedet ordinarius in illa.*
Legatus habet ordinariam, ibid.
Inquisitionis hęresis officium non impedit ordinarij potestatem, & de eorum processu, & sententia si fuerit discors, vbi tradatur, ibid.
Circa exemptos, vel priuilegiatos de ordinarij potestate vbi tractatus habeatur, eod.nu.

1 ¶ Viso† de officio delegati, & legati, restat, vt de officio ordinarij videamus, secundum Goffred. vel viso de speciali ordinario.ſ.delegato, & de officio legati, capitulo secundo, libro sexto, videamus ge-
2 neraliter de omni† ordinario. de materia. 3. quæstione 7.9.quæstione tertia. x.quæstione prima.2. & tertia.per totum. 11.quæstione prima, & tertia per totum. Repetitur autem in Sexto, & in Cle.
3 conuenit rubricæ, de rescript.ad hoc, vbi non † valet generalis delegatio, per quam nimis lædatur ordinaria iurisdictio. Item ordinarius delegato papę parere debet, de officio delega. pastoralis. §. quia vero, dummodo de delegatione fidem faciat, eodem titulo, cum in iure. Item facit, de re iudica. capitul. final. de excess. prela. sicut vnire, de purga. ca-
4 no. cum dilectis, in fi. vbi pendente † causa coram delegatis papæ, ordinarius non procedet in illa. Item legatus habet ordinariam, de officio legati. capitul. secundo, libro sexto. Item officium inquisitionis hæresis non impedit potestatem ordinarij, de hære. per hoc, & de ipsorum processu, & si discordant in sententia, ibi vide. & de potestate ordinarij circa exemptos, vel priuilegiatos, infra de de priuileg. capitulo primo, & capitu. ne aliqui. & capit. cum personæ. Item in Clemen. vide de test. capitulo primo, de sepul. dudum. §. nos autem, de statu mona. attendentes, de reli. do. quia contingit, de cele. missa. capitulo primo, de pœnis, multorum, in fine, de pœniten. capitu. primo, & secundo, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi potestas quæ sit in suis diœcesibus.*
Brachium seculare licet episcopis inuocare, ibi. & quando nu. 8. & a quibus, ibid. & nume. 18. & quando prębendum, numero 18.
2 *Episcopi vbi constituì debeant.*
Diœcesis appellatione quando ciuitas contineatur, vel includatur, ibid.
Cap. Rodulphus, de rescript. intell. ibid.
3 *Hęc decretalis in prima compilatione erat sub titulo, de adulterijs.*
Inquirere potest episcopus etiam contra laicos & in quibus, ibidem.
4 *Elicisi, & iudicare non eandem habent significationem.*
5 *Iudicare potest episcopus etiam per alios.*
In officialem generalem quę transeant, ibid.
Excessus siue crimina iudex punire debet, alioquin tegere vt conscius ea festinat, eod.nu.
6 *Canonibus leges deferunt.*
Iudices ciuiles impedimento esse non debent ecclesiasticis iudicijs, ibid. sed auxilio, & in quibus, & non ad præiudicandum, nume.9.10.
7 *Iudicium fieri debet per allegata, & probata, non secundùm iudicum capitaneam voluntatem, & nu.14.*
Censere quid significat, aliò mittit, ibid.
8 *Rebellio opus habet auxilio brachij secularis.*
9 *Sententiam ecclesiastici iudicis potestas secularis, & episcopus episcopi quo casu non exequatur, & numero 10. & quando, nisi exequatur secularis, est excommunicandus, nu.10. vide nu.16.*
10 *§. penul. cap. pastoralis. de offi. delega. intellectus.*
Seculares potestates non sunt subditæ, sed pares ecclesiasticis, & in quibus, ibid. vide nu.16.
Rex quando exequi sententiam debeat ecclesiasticę potestatis, ibidem.
Censuram suam iudex ecclesiasticus quando exercere poterit in clericum, vel laicum.
Contra exemptum, quod fit a prælatis, non valet, ibid.
11 *Rex etiam, vel imperator semper post monitionem canonicã excommunicabitur ab ordinarijs pro notorijs excessibus, & quibus de causis, & in quibus casibus a papa.*
12 *Placita, quid hic, & aliàs significent.*
13 *Epilogus, suffragium, glossarum. nu.14.*
Iudicare debet iudex secundum allegata, & secundum canones, non secundum conscientiam, & nu.15.§.1.
In visitatione potest episcopus inquirere etiam contra non infamatum, & cum ignoratur a quo sit commissum maleficium, ibid.
Inquisitio, quę fit in visitatione, est generalis, & extraordinaria, ibid.
Lombarda citatur, ibid. ad finem.
16 *Potestas vtraque per alteram adiuuatur: non ęque tamen altera cogit alteram, & nu.17.*
Excommunicationis sententia ad petitionem secularis iudicis an & quando feretur a iudice ecclesiastico.
Proscriptos secularis iudicis an excommunicabit ecclesiasticus, & e conuerso proscriptis ecclesiasticis, quid possit & debeat facere secularis, eod.nu.ver.dicit Hosti.
17 *Proscriptus, vel bannitus, & excommunicatus vitari debent & nemini eorum vasalli sunt obligati, & quousque.*
Secularis, & ecclesiastica potentia mutuo indigent auxilio, & in quo, eod.num. licet non fieri suo id tempore conquerantur, & §.nu.16.
§. quia vero, cap. pastoralis, hic allegati de quo loquatur, eod. nu.ver. decretalis pastoralis.
Appellationis & possessionis uis quanta contra sententiam, eod. multa argumenta.
19 *Crimina vt cum episcopis iudicent, non acquirit ius laici per auxilij sui prestationem.*
Præiudicandi uerbum quomodo sit hic accipiendum, ibid.
De delicto vnius hominis an sit sępe quęrendum & a iudice seculari, & ecclesiastico, eod.nu.ver.hoc non placet.
Pœnitentes ecclesia debet defendere, ibid. in fi.

CAPVT I.

1 PErnicioſam. Casus. Epi-
a scopi† in suis diœcesibus possunt crimina inquirere, & punire, & cum opus est, inuocare brachiũ seculare [a] [*vrbium*]
2 ibi† constituì debent. 80.distinctio. epiſcopi, Goffre. & j. de priuile. c.1. [*Diœcesibus*] ci-
b uitates includit, de hoc de re. permu. ca. vno, [b] lib. 6. vnde dicebat hic Hostien. quod in statutis, siue constitutionibus, & priuilegijs ciuitas cõtinet sub

nomine diœcesis,vt hic.ꝯ.eo.significauit, de verb. signi. cum tibi: secus in rescrip. contentiosis. Et sic non ob.de rescrip.Rodulphus, & vide quod ibi di
3 xi super.j.glo. [*Adulteria*] propter†hoc fuerat ista decret.in prima compilatione sub titu.de adulte. [*Inquirere*] etiam contra laicos, cum hæc litera generaliter loquatur, secundum Inno. qui remittit,
c de iudi.nouit.& hoc verum secundum eum, [c] dūmodo ea, super quibus inquirit, sint spiritualia, & alias pertineant ad suam iurisdictionem: alleg.Hostien.de iudi.at si clerici, de accusa.ad petitionem. vide.ꝯ.de pur.ca.nos inter,& de iureiu.ad nostram
4 2.super glos.penul. [*Vlciſci*] dicit † Boa.quod hoc verbum & sequens ponuntur pro eodem. vel primum, cum ex officio procedit, secundum, cum in iudicio.vel primum, cum in notorijs, quibus proprie vlciscitur, secundum in non notoriis, quibus
5 proprie iudicat [*Iudicare*] etiam per † alios hæc tamen transeunt in generalem officialem, de offi. vica.licet. lib.6.Et vt dicit Hostien.non debet iudex ꝓtermittere, quin excessus puniat.Si.n. iudex faci nus compertum non vindicat, regere vt conscius criminosa festinat. C.de commer.& merca.l.2.in fin.83.distinctio.error,& per totum, & facit. infra
6 de collu.crimina [*Canones*] quibus†& in hoc leges deferunt, in auth.de defen.ciui.§.si vero canoni cum, col.3.Iubentes, quod nec ciuiles iudices ali quod impedimentum præbeant, nec se de talibus intromittant, in auth.vt cleri. apud proprios epi. §.si vero ecclesiasticum, col.6.& in auth.de sanctiſ. epi.§.sinautem ecclesiastica causa, col.9. vnde & hoc sequitur, absque impedimento alicuius [*Censent*] vide de † hoc verbo, quod not.in Cle.de pro
7 ba.literis.& dic quasi secundum allegata & proba ta, vt in glos.ſ.secundum modum agendi.ꝯ.de accusa.qualiter, de symo.licet, secundum Tan.Item non secundum suam capitaneam voluntatem: de hoc.supra de consti. capitu.j.& c.ne innitaris,
8 secundum Hostien. [*Cum†opus fuerit*] i.cum rebellio aliquorum exegerit, Goffre. [*Connocent*] de ordinariis loquitur, de delegatis, quid iuris, dixi supra de officio delegat. significasti [*Ad præiudicandum*]
9 quia si † nosceret iudex secularis inique agi, suum auxilium denegaret.xj.quæstio.3.qui resistit, secūdum Innocen.alias expositiones videbis in glo.&
10 super ea.sed † contra, de officio delega. pastoralis. §.penulti.so.ibi subditi debent exequi sententias suorum maiorum iniustas. hic loquitur de secularibus potestatibus, quæ non sunt subditæ, sed pares.96.distinctione, duo. & capitu.cum ad verum. Idem est in alijs episcopis, vt si vnus episcopus sententiam ferat, alius episcopus non exequatur, si nouerit illam iniustam: quia in bonis tantum debet auxilium suum impendere.x.distinctio. c.pen. & vlti.& de hoc dixi de offic.deleg.cum in iure, in
d vlt.glos.ver.si vero vnus [d]. Et intelligit hoc Inno. quando sine iudicio petit aliquem lędi per regem & iniuste.nam si in iudicio petat condemnatum castigari per regem, debet hoc facere,& est excommunicandus, nisi hoc faciat.23.quæstio.5.admini
e stratores[e].nec eius est inquirere, an sit iusta sentētia, nec ne, vt per omnia idem dicā in rege, quod in subditis, de hoc de officio delega. cum in iure, & in præalleg.§.penult.in capitul.pastoralis. dicit etiam Innocen.quod, si quis clericus, vel laicus non paret sententiæ sui iudicis,ſ.quem confitetur vel notorium est suum esse, nec coram superiore appellationem, vel supplicationem prosequitur, secundum eum, nec aliquid rationabile prætendit, secundum Hostien. ecclesiasticus iudex suam censuram exercere poterit contra talem.96.distinctio.cum ad verum. Si vero sit exemptus, non valet, quod fit a prælatis contra illum, secundum Innocen.quod dic secundum Host.vt infra de priui.
11 c.1.libro sexto.Illud autem certum†est, quod etiā si sit rex, vel imperator, semper post monitionem canonicam excommunicabitur ab ordinarijs pro notorijs excessibus, nisi pareat.63.distinctio.Valentinianus, de iudi.nouit, de hoc infra de maiorita. & obedien.omnes, nisi sit nimis seuerus, vel iniurios us. tunc. n. papa vicarius summi regis cognoscet etiam de non notoriis per modum accusationis, inquisitionis, vel denunciationis, argumen.in stitu.de his, qui sunt sui vel alie.iur. §.sed hoc tempore,& §.dominorum, secundum Innocen. Host.
12 allega.de iudi.nouit [*Placita*] i. † placentia, vel grata. aliter sumitur.15.quæstio.4.placita. & ne cleri.
13 vel mo.capitu.j.post princi. ¶Glos.3.dicit† de quibus criminibus inquirant episcopi.2.arguit, quod iudex secundum allega.&c.alleg.ix.iura, & 4.allegat in contrarium. ponit duas opin.& secundam approbat.¶Vlti.glo.argumen.signat contrarium,
14 & remittit. ¶In † glos.3. [*ibi,rem non nouam,in prin.*] iudices iurant se cum veritate, & legum obseruatione iudicium disposituros [*& ibi.§.quia vero*] versicu. omnis autem iudex custodiat leges, & secundum eas sententiam proferat [*& ibi.§.iusiurandum*] iurat iudex, quod omnia secundum leges, & ius aget [*& ibi,illicitas.§.1.*] præses prouinciæ id sequatur, quod ei conuenit ex fide eorum, quæ probantur [*& ibi, Appellari*] appellatur de legato ad procōsulem, qui de iniquitate cognoscit: & quod optimum putauerit, statuit [*& ibi,Qualem*] iudicat arbiter, quod sibi videtur [*& ibi,prætor*] vide de ele
15 ctio.querelam, super.j.glos. ¶In†glos.i.[*in fi.*] hoc putat verum Host.ex officio puro, & mero. vnde dicunt Pet.& Abb.& post eos Guido, quod quan
f do episcopus visitat, inquirit [f] etiam contra non infamatum, de accusa.sicut olim, de cēsi. Romana.§.sane. Idem, si maleficium est cōmissum, sed ignoratur quis fecerit illud, per. l. congruit.ff.de offic. præsidis. nec obstant secundum eos iura primo allegata, quæ loquuntur in speciali, & ordinaria inquisitione. hæc vero generalis & extraordinaria,& facit quod dixi, de elec. bonæ.j.versi. licet autem, super j.glo. ¶In glos.3. [*ibi,punire*] de hoc.
g ꝯ.de foro competen. cum [g] sit [*& ibi,Indicet*] vbi de
h hoc,& s.de officio delega.pastoralis.§.quia [h] vero [*& ibi,Putat*] si dicas, informatus ex actis, cessat contrarium [*& ibi,tanquam Deus*] vel tanquam priuatus [*& ibi,contra conscientiam*] sup. & contra iusti
16 tiam [*& in fi.*] libro sexto. ¶In†glo.pen. ibi,adiuuatur,ad hoc 96.distin. cum ad verum, & cap.duo sunt,& x.distinctio.si in adiutorium, & ca.se.& in Lombar.vt episcopi,& comi.sibi inuicem auxiliū dēt in rubro,& nigro. Sed secundum Innocen.in hoc est differētia: quia secularis iudex cogi potest per ecclesiasticum ad præstandum sibi auxilium, sed non e contra.ꝯ.eo.ad reprimendā. dicit Hosti. quod melius facit, de iudi. qualiter. nec mirum secundum eum, cum secularis sit inferior. ꝯ.tit.2.solitæ.bene facit ad primum dictum, de exceptio.c. 2.lib.6.Est etiam secunda differentia: quia secularis non hēt examinare ꝓcessum ecclesiastici, uide tū quod.ꝯ.dicam. ecclesiasticus uero nūquā ad petitionē secularis excōicabit, nisi ex causa rōnabili, & seruata forma canonica, de sen.excō.sacro.eo. tit.cū medicinalis, cui nec ꝑ pactū renūciari possit, de hoc dixi, de off.dele.P.& G.unde, si excōiea dus aliqd rōnabile uoluerit obijcere, audiet.2.q.j. nemo.dicit Host.ꝙ Inn.hoc ꝓ suo placito reproba uit dicens, ꝙ nec ecclesiasticus excōicabit proscriptos secularis: nec secularis ꝓscribet excommunicatos ecclesiastici, q̄uis ecclesiasticus debeat uitare pro-

re proscriptos,& in prædicatione suadere populo quod euitet; & hoc fortius de excommunicatis ab ecclesia debet facere secularis. Dicit autem Hostien.quod secularis ad requisitionem ecclesiæ potest & debet excommunicatum proscribere, cum & finaliter exigente rebellione debet animaduertere in eundem, vt de verborum significat. nouimus, de iudi.cum non ab homine. infra eod.quoniam, in fi.& e contra ecclesiasticus excommunicare debet proscriptos & rebelles iudicis secularis ad requisitionem ipsius. 11.qō.3.qui resistit. illud
17 autem certum est, quod † vterq; vitandus est.ſ.excommunicatus, proscriptus, vel bannitus, & neutri eorum vassalli sunt obligati, donec ab ecclesia, vel a rege fuerint restituti. vt li.feud.hic finitur lex consuetudinis regni.c.domino guerram. vnde dicit.quod vere necessaria est potentia secularis ecclesiæ:& ipsa potentia secularis indiget scientia ecclesiæ.nam plerunq; ecclesiasticus in potentia est quasi paralyticus, & secularis in scientia quasi furiosus. vnde rite agendo præcedere deberet semp gladius spiritualis. Sed, vt ipse refert, hodie in multis locis nec spiritualis ī struit, nec corrigit,& secularis debiles malleat indistincte, iura ecclesiastica occupando, de quo remittit ad summam, de treuga,& pace.§.quod sit iustum bellum, ver.quid ergo de comitibus. ea quæ. §.dixi in glos.quia si.fa-
18 ciunt † ad quæstionem disputatam per Ioan. de Monte Murlo de episcopo, qui cum excommunicasset prælatum diœcesis suæ,quia non recipiebat eum visitantem,qui tamen,quia prius appellauerat,dicens se exemptum, & in possessione libertatis,& per eum nunquam visitatum, excommunicationem contemnebat: proper quod episcopus contra eum inuocat brachium seculare. prælatus ille dicit brachium non præbēdū. quærebat quid
i inris.pro episcopo inducebat [i], quod ius commune facit pro ipso, ex quo monasterium est in sua diœcesi.16.quæstio.7.omnes basilicæ, de reli.domi. de xenodochijs,& sic per eum visitandum. 18. quæstio.2.visitandi, non obstante appellatione, quæ non valet contra correctionem. infra eodem, licet,cum concor.non iuuat etiam præscriptio cōtra visitationem,& correctionem. infra de præscr. cum non liceat.cum ergo præsumatur pro sententia,de re iudi.sicut,pro appella. non, nisi probetur eius iusta causa,de appel.vt debitus: debet secularis iudex obedire episcopo inuocanti eius brachiū vt hic,& in iuribus allegatis in pen.& vlt.glos.nec eius est cognoscere de iustitia, vel iniustitia, sed solum exequi, vt supra dixi, cum executor sit. s.tit.2. pastoralis,§.quia vero. In contrarium inducitur, quod non est obediendum iniusto mandato.11.q. 3.qui requisisti, etiam si iuramentum interueniſſet,de iureiu.veniens.Sed hoc est iniustum. Nam, ex quo prælatus appellauit a monitione, & præcepto episcopi,quod ex iusta causa, vel saltem verisimili,quod sufficit extra iudicium. ꝯ.de appella. bonæ, ea pendente nil debet innouari, infra de appella.dilectis, & excommunicatio postea lata nulla est,eod.titu.ad audientiam. ergo eius executio fieri non debet, vt not.s.tit.2.ex literis in glo. pen. nec ad eam exhiberi debet brachium seculare,qđ non exhibetur ad præiudicandum, vt hic.imo & si sententia teneret, ex quo ab ea esset appellatum, suspenderetur eius executio.infra de iureiuran.venientes. non obediet ergo ei iudex secularis contra iura.s.titu.2.si quando,de rescriptis,si quando aliqua, maxime cum in dubio sit deferendum appellationi.infra de appella.dilectis, ad fin.Item in ꝓiudicium papę, vel illius, cui prælatus immediate subest, non debet fieri executio, de re iudic.
k cum super.nam & sine appellatione non teneret excommunicatio lata in exemptum, de relig.domi.cum dilectus,& soluendo hoc tenuit, quod innocare non potest, nec compellere, nec ille inuocatus obedire tenetur, dicens contraria loqui, quando iudex ecclesiasticus procedit seruato iuris ordine contra illos, qui de fact[k], non de iure sunt rebelles, & cum non est appellatum ex iusta causa: vel ille, contra quem proceditur, non est in possessione libertatis.decre.pastoralis. §.quia vero loquitur de sententia iniuste lata contra ius litigatoris,a qua non est appellatum: secus,si contra ius constitutionis,vt ibi not. facit de re iudic. decæteto. nec dicitur condemnatus, qui appellauit: vel qui a non suo iudice damnatus est, de appella.pastoralis, ff.de pœn.l.2.§.fina. & ad materiam vide quod dixi.supra titu.2.cum in iure, post glossas,& fortius prædicta procedēt in delegato per ea, quæ dixi,de officio delega.significasti.¶In glos.vlt. [*ibi,*
19 *attentare*] vel † quod sibi per id vendicent laici, ꝙ episcopi sine ipsis crimina punire non possint, secundum Goffred.vel non ad præiudicandum ipsi delinquenti, secundum Pet.& Abb. quasi non puniat ipsum acrius, quam debeat. vel est sensus, quod non ira, vel indignatione petatur hoc, sed zelo iustitię.vel i.per id non præiudicatur iudicibus secularibus, quin & ipsi possint inde iustitiam facere. hoc non placet Hostien. quia non iudicat Deus bis in idipsum. nec de delicto vnius hominis sepius quæritur. supra titu.j.licet, nisi dicas, ecclesiasticum iudicem punire pœna spirituali, vel pœnitentia ad correctionem criminis, de iudi.nouit.secularem vero quo ad pœnam temporalē, vel corporalem, quod etiam non placet Hostien. pro eo,

---

ADDITIONES.

a ¶Brachium seculare. Vide Ang.consi.259.inci.statuto ciuitatis Florentiæ,& vide etiam Fede.de Senis in consi.163.incip.In Christi &c.super inuocatione, vbi multa de ista inuocatione brachij secularis.

b ¶Vno.Ibi vide gl.& Io. And.& quid veniat nomine ciuitatis, vide Bar.in l.2.ff.de verb.sig. & quid veniat sub nomine districtus, vide Io.And.de offi.dele.c.fi.lib.vj.& vide bonū tex.in cle.ne Romani.§.sane,de elec.& ibi gl.& scias, quod castra recommendata non includuntur sub nomine districtus, vide no.in l.non dubito, ff.de cap.& post li.reuer.

c ¶Eum. De iure ciuili non procedit indifferenter iudex ad inquisitionem, nisi in casibus, qui no.in spe.de inquisi.§.fin.in prin.& per Bar.in l.2.ff.de adul.& in extrauaganti, ad reprimen.& vtrobique ponit regulas.

d Vnius. Illud ponit ibi post glo.in versiculo, expeditis sic tex. & glo.& vide in c.pastoralis,§.quia vero, præalle.& Barto.in l.a diuo Pio, in prin.ff.de re iudi.

e ¶Administratores. Ibi vide Archi.de hoc, & 11.q.2.statuimus,& vide Bar.in l.diuus,ff.de custo.& exhi.re. & vide do. Pe.de Anc.in repeti.c.ea quæ fiūt in x.q.de re.iur.li.vi.& facit ad prædicta, quod dicitur de iudice, qui petit remitti malefactorem, an circa ea veniet aliqua cognitio, vide gl.in clemen.pastoralis, de re iudi.& Oldra.consilio 93.& Io.Andr. ꝯ.super gio.pe.

f ¶Inquirit. Et potest istud adaptari ad tertiam regulam, quā ponit Bar.in l.2.de adulte.quando, ſ.fit generalis iuquisitio, vide Ioan.And.in c.qualiter,el secundo,in gl.hoc verum.

g ¶Cum. Ibi vide glo.fi.& super illa Io.And.et plenius per d. Pe.de Anch.in repe.c.ea quæ fiunt, de re.iur.in vi.

h ¶Quia. Et per Cy.in l.1.vt quæ de.aduo. & ibi per Bal.& d. Barto.de Sali.& Ioan.And.in specu.de dispu. & alle.§.satis clare.

i ¶Inducebat. Vide ad hanc.q.no.do.Pe.de Ancha.in repetitione regulæ,ea quæ,de reg.iur.in vi.vbi concludit, & recitat Old.in questione 88.quod tunc habet locum,quando ecclesiasticus iudex habet necessariò hoc facere: ſ.implorare brachium seculare,quia ipse aliud non potest facere, vt dicit in c.cum non ab homine,de iudi.ibi, si necessaria fuerit ex. cum ſi.vide etiā ad hoc Inn.in c.significasti, de off.del.et qđ

ipſe & Ioan. And. not. in capit. cum in iure, de officio delegat. facit textus in capitu. paſtoralis. §. quia nec, eodem titulo, & text. in l. epiſcopalem. C. de epiſco. audien. & l. 2. C. de his qui latro. & ix. quæſtio. 1. præſentatus, & quod not. infra eodem, quoniam, in fin. & ſpecu. ponit in capit. primo. §. ſequitur, verſiculo, Sed nunquid, & archidiaco. de hæreti. vt officium, libro ſexto, in crimine autem hæreſis, quod eſt ius eccleſiaſticum, certum eſt, quod nil ſecularis cognoſcet & brachium impartietur, vt in capitu. vt inquiſitionis. §. penulti. de hære. libro ſexto, & quicquid Bart. dicat in l. diuus de cuſto. reo. & vide etiam Barto. in l. a diuo Pio. §. ſententiam, de re iudi. ibi, verſi. quæro, pone &c. Bal.

K ¶ Quæſtio. 1. Vide de accuſa. de his, & quod not. Ioan. And. infra de procura. tuæ, in gloſſ. quærit Hoſtien. & quod not. de pœn. teme. li. in ſpecu. §. 1. verſic. breuiter, & infra de pur. ca. c. penul. in gloſſ. forſan. facit ad materiam, quod not. Cy. Bald. & Salyce. in l. qui ſepulchra, C. de ſepul. vi. & per Bart. in l. 1. ff. vi bo. rap. & ff. de accu. l. ſenatus.

SVMMARIVM.

1 *Cum ſcit ordinarius non vt iudex, ſed vt Deus, vel homo ſubditum eſſe criminis reum, indeterminate poteſt, non nominatim eum arguere, vel punire et ſi ut iudex, quando probatum ſit, eod. nu.*
2 *Indeterminate, ideſt in genere.*
Excommunicatio generalis fieri poteſt, & quo caſu, & quo præcedente, ibid.
3 *Iudę Chriſtus non fuit proditor.*
4 *Supplementum ad decretalem.*
Iuſtitia nemini debet denegari, ibid.
Excommunicare ne poſſit ſacerdos curatus etiam cum cauſę cognitione perſonamque certam, ibid.
5 *Sacerdoti tres ſunt conſcientię, & quomodo, & ex qua poſsit quod ſcit, dicere, neſcio. & quare non vtatur ſcientia, quorum habet vt Deus, nu. 6.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 8.*
Liceat an aliud in genere, quod non liceat in ſpecie, & numero 9. §. 1.
9 *Additio, vel ſuppletio gloſſarum.*
10 *Ex communico, ſi dicatur, vnum, qui id fecerit, an ſit excommunicatus: vel ſi dicatur, excommunico te, vel abſoluo, uel excommunico, & abſoluo, vel ſi vterque duorum iudicum dicat, excommunico te, ſi alter non excommunicat, an ſit excommunicatus.*

CAPVT II.

a 1 SI ſacerdos. [2] Caſus. Ordinarius† q ſcit nō vt iudex, ſed vt Deus, vel homo ſubditum eſſe criminis reum, indeterminate poteſt, ſed non nominatim eum arguere, vel punire [*Iudiciario*] dicit Hoſtien. vel extraiudiciario, de quo. ſupra capitul. prox. [*Poſſit*] nec tunc, donec probatum ſit, Hoſtien. & Pet. hoc enim caſu poterit nominatim argui ſecundum Pet. etiam ſi ille ſibi confeſſus fuiſſet, & facit quod dicam, infra de pœni. omnis, 2 verſicu. caueat [*Indeterminate*] ideſt† in genere, vt in gloſſ. & ſic not. ſecundum Innocen. quod de iure fieri poteſt excommunicatio generalis, quinta quæſtione prima, quidam, quod intelligit Hoſti. monitione generali præmiſſa, de ſenten. excommunicatio. Romana. §. ſed nec in ſpecie. nec obſt. ſecundum eum prædicta decreta. Romana. §. caueant: quia verum eſt, generalem excommunicationem non debere ferri, niſi ex cauſa rationabili: ſed incertitudo eſt rationabilis cauſa. ff. de rei ven b dica. quæ de tota. §. incertæ [b], & ff. quorum legatorum. lege prima, §. nonnunquam [*dixit Chriſtus*] 3 Matth. 26. nec in† hoc fuit Chriſtus proditor, nec in eo, quod dixit Iudæ. Tu dixiſti. vel cū dixit, Qui intingit &c. de hoc de conſecratio. diſtinctio. 1. cum omne, & ſecunda, quæſtione prima, ſi peccauerit, in gloſſ. ſecunda [*vnus*] ſecunda, quæſtione prima vnus [*Illatum*] per furtum, vel ſimili modo [*Petierit*] a ſacerdote prædicto, qui bene ſcit, quis 4 fuit committens [*Poteſt*] &† debet [c]. nemini enim c debet iuſtitia negari, infra titu. 2. inter quatuor, in fin. patet ergo hic, quod ſacerdos excommunicat, quod intelligas de curato, ſecundum Hoſtien. qui remittit ad ſummam, de ſenten. excommunicat. §. quis poſſit excommunicare, ſub. §. nedum autē ius. Abb. autem hic recitans opin. Lauren. qui dixit, presbyteros excommunicare non poſſe, cum fiat excommunicatio cum cauſæ cognitione, de hoc, ſupra titulo primo, nouit, dicit opiniones concordari poſſe, vt ſi hoc habet conſuetudo, poſſint etiam cauſa cognita, ad hoc, infra eodem, duo, de arbi. dilecti: alias hoc nō poterunt cū cauſæ cognitione: ſed generaliter ſic, vt hic. vnde dicit Pet. quod non poteſt excōicare perſonam certam [*Excommunicare*] quinta, quæſtione prima, quidam, & in ſcriptis, de ſenten. excommunicatio. ca d pitulo primo libro ſexto [*Confeſſus [d] ſit*] not. tres 5 conſcientias† ſacerdotis, vnam habet vt Deus: aliam vt homo de eo, quod vidit, vel audiuit: tertiam vt iudex, interrogatus in prima, ſecure dicat, neſcio. Gof. de hoc de pœniten. diſtinctio. ſexta, ſacerdos, in prima gloſſ. de exceſ. prælā. dilectus [*Iudex ſcit*] Dicit Hoſtien. hic apere probari. quod no. ſupra, capitu. proxim. gl. [*Vt Deus*] ſed non- 6 ne† ſacerdos celebrat vt Deus, quare igitur non vtitur ſcientia, quam habet vt Deus, cum non ſit in actu iudiciali, ſed potius diuino? reſpondet Hoſtien. quod nec Deus omnes peccatores expellit, imo tolerat malos cum bonis vſque ad diem ſegregationis, Matth. 13. in fin. 23 quæſtione quarta, capitulo prime, & per totum [*Ingerat*] qui ſi parere noluerit, nihilominus celebret [*Iudam*] quem tamen nominauit diabolum, Ioan. vi. in fine, & prima, quæſtione prima, Chriſtus. ¶ Gloſſ. 7 ſecunda ponit brocardum: inducit.† quatuor iura pro, & contra, & ſoluit. ¶ Pen. gloſſ. quærit, allega. pro, & contra, & ſoluit. ¶ In† gloſſ. ſecun- 8 da [*ibi. §. qui queſtionem*] habens quæſtionem non quærit, an talis commiſerit crimen, ſed quis commiſerit [*& ibi, Moris. §. ſunt autem, ad fin.*] inciuilis eſt pœna iubere hominem facere, quod facere non poteſt. & hæc generaliter tractando, ſed ſpecialiter tractando poſſet eſſe iuſta cauſa iubendi hominem negociari [*& ibi. §. queſitum*] non valet pactum factum ab illo, qui promiſit iudicio ſiſtere, quod nullam exceptionem opponat: ſed ſi aliquas ſpecificat, valet quo ad illas [*& ibi. lege prima*] creditor habens omnia bona debitoris obligata, non impetrat illorum dominum: ſecus, ſi certas res habet obligatas [*& ibi, Quæres pigno. lege prima*] vide de iureinando, veniens, ſuper gloſſ. ſecunda [*& ibi, obligatione*] vide de priuileg. paſtoralis, ſuper vltima gloſſ. ¶ In gloſſ. tertia [*ibi. §. maſculos*] vide de ſenten. excommunicatio. a nobis, ſuper prima gloſſ. [*& ibi. §. nominatim*] vide de priuileg cum & plantare, ſuper quinta gloſſ. [*& ibi. l. nominatim*] vide de officio delegat. quoniam abbas, ſuper tertia gloſſ. ¶ In gloſſ. penultima [*ibi, duo ſunt Titij*] vide de officio delegat. quoniam abbas, in tertia gloſſ. [*& ibi. §. ſi duobus*] vide de accuſa. cum dilecti, ſuper vltima gloſſ. [*& ibi, qui duos*] vide de præſumptio. capitulo ſecundo, ſuper vltima gloſſ. [*& ibi, lege penultima, & vltima*] vide de accuſa. capitulo tertio ſuper 9 gloſſ. vltima. ¶ In† gloſſ. prima [*ibi, confeſſus fuit*] hoc ſequitur in textu. ¶ In gloſſ. ſecunda [*ibi, ſunt autem, ad finem*] Hoſtien. allega. ad idem. ſecunda quæſtione

quæſtione prima, vnus, de ſenten. excommunic. à nobis, infra, de iure patro. ex litteris. ff. de acqu. re. do. l. quædam. ff. de fundo dot. lege prima. ff. de contrahend. emptio. l. in modicis. & vide alias ad idem de re iudic. cum Bertoldus, ſuper vltima gloſſa [*& ibi. 34. diſtinctio. quando*] alleg. 23. diſtinctio. quamquam, & ibi, de hoc [*& ibi, inter cætera*] & c. conſuluit, & c. ſignificantibus [*& ibi, lege prima*] alleg. Hoſtien. §. titulo j. quòd tranſlationem, de reſcript. ad hæc, de dolo & contu. ex litteris [*& ibi, ſolutio*] Idem Innocen. & Hoſtien. ¶ In 10 †gloſſa penultima [*ibi, excommunico vnum*] non dicit illum, ſed vnum ex illis [*& ibi, Duo ſunt Titij*] ad hoc. ff. de liberis & poſthum. nominatim [*& ibi, qui duos*] argum. 23. quæſtione vltima, capitulo vltimo [*& in fine*] de hoc, vndecima quæſtione tertia. §. cum ergo, Subditi. ubi etiam no. quid iuris, ſi dicat† iudex, excommunico te, vel abſoluo: vel excommunico, & abſoluo. vel ſi quilibet duorum iudicum dicat, excommunico te, ſi alter non excommunicat. Dicebat Goffred. in caſu propoe ſito [e] puto, ſi non apparet, de quo ſenſerit excommunicator, neutrum ex vi ſententię ligari: ſed conſulo vtrunque abſolui ad cautelam. Dixit Hoſti. non puto, quòd deus has ſubtilitates requirat; ideo vterque ligatus eſt quo ad ipſum. nam & aliàs eccleſia non facit vim in verbis, quando conſtat de mente. infr. de verbo. ſignifica. in his; de hoc. infr. eo. ex parte. vide, quod dicam in Mercu. ſuper regula, in obſcuris, de regu. iur. libro 6. ¶ In gloſſa vltima [*in fine*] Lauren. 23. quæſtion. 4. tu bonus.

ADDITIONES.

a Si ſacerdos. Vide ad materiam huius capituli Ang. Aret. in tractatu maleficiorum, in ver. che hai tradito la tua patria, cum addi. ibi.

b Incerte. Si bene aduertas hic, qui delinquit, certus eſt, ſed ideo incertus dicitur: quia quo ad deum, & vt deus certus eſt: quòd homines & vt homo incertus eſt. uerbum poſitum in c. Romana. §. caueant, ibi, in aliquos, debet exponi. ſ. certos, quod eſt magna declaratio illius tex. & hæc ſunt vera in ſententia hominis. in ſententia autem ſtatuti non habet locum ille. §. caueant. vide Ioan. And. de ſenten. excom. a nobis, lo. j. & in c. 2. de conſti. libro 6. ſcias etiam q ſententia lata contra formam illius. §. caueant, tenet, vt ibi no. Ioan. And. quę poteſt eſſe etiam reſponſio ad illum tex. quò ad iſtud c. ibi vide Io. An.

c Debet. Ad inſtantiam ergo offenſi iudex inquirit, & iuſtitiā facit, quamuis offenſus de perſona certa non conqueratur, nec aliquid probare poſſit, vt probat hoc. c. ad quod omnino vide Ioan. An. de elec. c. bonæ, el j. ſup. gl. & ita, & Bar. in lege tertia, §. ſi publico. ff. de adul. & in extrauaganti, ad reprimend.

d Confeſſus. Aduerte hic, quòd id, quod ſcit ſacerdos in confeſſione, licet dicatur ſcire tanquam deus, vt hic; non tamē dicitur ſcire illa ſcientia, quæ cadit in deo, ſed illa ſcientia, quæ cadit in homine; Bal. notabiliter in l. ſed & ſi reſtituatur, in fi. ff. de iudi. & vide pulchrè allegata per d. And. in c. nouit, de iud.

e Propoſito. Et ad materiam vide gloſ. 2. & Ioan. And. ſuper illa in c. ex litteris, de ſpon. & quod no. Ioan. And. de diuor. gaudemus, in gloſ. patet, & in c. quia non nulli, in gl. magna, verſic. quid ſi epiſcopus. de cle. non reſi. & Bart. & gl. in l. duo ſunt Titij, in gl. alleg. & in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos, ff. de le. 2.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam iuſtā ſi ordinarius epiſcopo ſubiectus fert in ſubditum, epiſcopus eā ſeruari faciat, & eam ſine ſatisfactione, & eius conſcientia non relaxet.*
2 *Malefactores eccleſiarum conuenire poſſunt prælati, ſub quo maluerint iudice, & in eos vtroq; vti gladio, ſi ſpectat ad ipſos.*
3 *Sententias exequi ſubditorum tenentur ſuperiores: quas etiā minores prælati, & iudices ac ſubdelegati exequi poſſunt, quibuſdam caſibus exceptis, & quibus, ibid.*
Legis, a diuo Pio, de re iudica. ff. intellectus, eodem numero, in calce.
4 *Plebanus habet curam nedum laicorum, ſed etiam clericorum inhabitantium parochiam ſuam.*
Sententiam eccleſiaſticam ſi quis abſq; ratione ferat in ſubditum, punitur, & illi ſatisfacere cogitur, ibi.
Relaxandi verbum propriè ponitur quò ad ſententiam interdicti. Quo autem ad excommunicationem ponitur pro abſolutione, eod. nu. ver. dicit Hoſti.
5 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum, nu. 6. & nu. 8. cum ſequent.*
8 *Archidiaconi quam habeant, & à quo iuris dictionem.*
9 *Prælati vocantur etiam rectores curati.*
Prælati, vel rectores habent iuris dictionem ordinariam, & qui, ibid. ver. Dicebat, & quam, nu. 10. & nu. 18. & 19. vt prælatus eam habeat, quæ requirantur, nu. 21.
10 *Vniuerſitatis, vel collegij poteſtas quæ & vnde, & qui ea conſtituere poſſint, & ex quibus, & quot, & quomodo, & numer. 11. 12. 13. 14. & ſupr. nu. 9. 21. & vbi maximè vigeant, num. 15. & quæ ſibi non debeant vſurpare, numer. 16.*
17 *Dominus vt vnus ſit, expedit reipublicæ.*
18 *Clerici quando dicantur conſecuti iuris dictionem.*
19 *Ordinariam iuriſdictionem non habent non curati, niſi in caſibus, & quibus, & qui eam habeant, & à quibus, ſupr. numero 9. & ſequentibus, & infr. numero 20. 21. 22. & 23.*
20 *Canonicus etiam priuatus habet ordinariam iuriſdictionem in familiam ſuam.*
Conſuetudo dat iuriſdictionem, ibid. & nu. 21.
21 *Archipresbyter, Primicerius & Cuſtos non habent ordinariam, niſi tribuat eis conſuetudo, ver. item quod.*
22 *Princeps quibus modis dicatur etiam tacitè dare iuris dictionem.*
23 *Lex dat iuris dictionem, & quomodo, & quibus.*
24 *Defenſor ciuitatis comparatur epiſcopo, & de quibus poſſit cauſis cognoſcere.*
25 *Iuris dictionis mediatæ & immediatę concurſus ſi fiat, valet abſolutio, ſicut & valeret excommunicatio.*
Legatus de omnibus cauſis prouinciæ ſuę cognoſcit.
26 *Preferatur qui in iure dicundo, ſi cauſę ſint communes iudici maiori, minoriq;.*

CAPVT III.

1 CVm ab eccleſiarum. Caſus. Si ordinarius† ſubiectus epiſcopo in ſibi ſubditum fert iuſtam ſententiam, epiſcopus illam ſeruari faciat, & eam ſine ſatisfactione, & illius conſcientia non relaxet. Et primò ponit exordium, ex quo ſecundò infert mandatum, ibi, 2 quia [*malefactores*] quos, ſi ſunt† malefactores eccleſiarum, conuenire poſſunt prælati ſub quo iudice maluerint, de foro comp. cum ſit, & contra ipſos vti vtroq; gladio, ſi ſpectat ad ipſos, de ſenten. excommunica. dilecto, libro 6. [*Condignam*] ſecundū ea, quæ habentur, de verb. ſign. ex parte, & c. cum 3 olim [*Obſeruari*] no. teneri† ſuperiores ſubditorum ſententias exequi. C. de iudi. properandū. §. ſinautem reus. & forte ipſi minores prelati exequentur excommunicando, & interdicendo, ar. ſ. titulo 2. ex litteris; quod dicit Innocen. quoſdam non credere: quia lata ſententia functi ſunt officio. ſ. de officio delega. in littetis. & per maiores iudices faciēda eſt executio. C. de arbit. l. cum antea. j. reſponſo. ff. de re iudica. à diuo, in princi. non obdecre. ex litteris: quia non concedit executionem,

ſed

ſed iurisdictionis defenſionem. Plus placet hic Innocen. quòd minores iudices ordinarij, vel delegati à principe, vel quocunque alio, & etiam ſub delegati poſſunt exequi ſententias ſuas per iurisdictionem, quam habent, ſcilicet excommunicandi, interdicendi, vel ſimilia, vt præallega. §. ſinautem reus, ar. de officio delega. ſignificaſti, & c. in litteris. Quando verò ſunt talia, quæ nõ poſſunt facere ſubdelegati, vel iudices minores, ſicut in corporalem poſſeſſionem mittere. ff. ad muni. ea quæ. ff. de iurisdictio. omn. iudic. iubere, de quo vide infr. vt lit. non conteſta. tuæ, ſuper gl. non tamen; tunc non ipſi, ſed alij exequentur; & ſic loquitur lex, à diuo. & idem de maioribus iudicibus, quando executio facienda eſt extra terminos ſuæ iurisdictio. ſecundum Innocen. [*Clericos*]
4 vel laicos. habet ergo † plebanus curam nedum laicorum. ſed etiam clericorum inhabitantium parochiam ſuam, Hoſtien. [*Rationabiliter*] aliàs punitur proferens, & illi ſatisfacere cogitur, de ſentent. excommunica. ſacro, ſecundum Innocent. [*Conſcientia*] Dicit Hoſtien. vt per ipſum de meritis inſtruaris: quia quod omnes tangit &c. de tempo. ordin. ſi archiepiſcopus [*Non relaxes*] Dicit Hoſtien. quòd quo ad ſententiam interdicti hoc verbum ponitur propriè: quo ad ſententiam excommunicationis ſumitur pro abſolutione; & de hoc
a remittit ad not. de teſtibus, veniens. 2. in fine. [a]
5 ¶ Gloſſa † prima, reſpondet per quæſtionem, an prælati inferiores epiſcopo &c. arguit; ponit opinio. & ſoluit. ¶ Gloſſa vltima, quærit, & ſoluit.
6 ¶ In † gloſſa prima [*ibi. §. 2.*] nullus declinat defenſoris iudicium; parum facit [*& ibi, lege vltima*] vide de procur. quia in cauſis, ſuper prima gloſſa.
7 ¶ In † gloſſa prima [*ibi, coneedunt*] de hoc, ſecunda quæſtione prima, de perſona [*& ibi, Tu dicas*] ſecundum Lau. & Vincen. [*& ibi, Ordinarius*] ſecundum Laur. & Vincen. & Tan. idem Goffred. [*&*
8 *ibi, Præficiatur*] Vnde † dicit Innocen. quòd Archi. habent iurisdictio. à canone, etiam ſi non eligantur ab vniuerſitate, & etiam ſine confirmatione epiſcopi, de officio Archidia. c. j. & c. ad hæc, & remittit, infr. eod. quanto. inducit etiam rationem vicariæ, quæ not. in præallega. c. j. in j. glo. & in fin. vel dic, quòd in iurisdictione talium attendenda
9 eſt conſuetudo, Goffred. Dicebat † hic Hoſtien. vocari prælatos etiam rectores curatos, arg. §. de officio delega. ſi quando, & §. c. proxim. dedi remiſ. ad ſummam. Dicebat Innocen. illos prælatos, vel rectores ordinariam iurisdicti. habere, qui ab vniuerſitate eliguntur in prælatos, & ſuperioris confirmationem recipiunt, in aucten. de defen. ciui.
b §. interim, & §. & ſi eadem, & habẽt ordinariam, [b] vt in concor. glo. lex enim dat ordinariam. ff. de iurisdictio. omn. iudic. l. & quia. vnde & rector cuiuslibet vniuerſitatis eſt ordinarius, in aucten. de defen. ciui. §. nos igitur, colu. 3. & qui eligitur ab his, qui ſunt alicuius profeſſionis, negociationis, vel artis, ſicut ſunt piſtores, cerdones, phyſici, ca
10 noniſtæ, & ſimiles; adeo, quòd † tam de publicis cauſis, quam etiam priuatis, quas habent occaſiones ſocietatis ſocij inter ſe, coguntur reſponde re ſub tali rectore, nulla exceptione obſtante. actores tamen non coguntur eos conuenire ſub eo, imo & ipſos conuenire poſſunt coram iudice, ſub quo domicilium habent, vt omnia hæc probantur. C. de iurisdictio. omn. iudic. l. fin. inde eſt ſecundum Hoſtien. quòd ſcholares diuerſos iudices habent, & eſt tamen in optione ipſorum, ſub quo reſpondeant, vt in libro feu. de ſcholaribus habita; quod dic, vt not. infr. de foro
11 competen. quod clericis. ¶ Sed † nunquid quælibet ciuitas, & quodlibet caſtrum poteſt ſibi conſtituere ius vniuerſitatis? Dixit Innocent. quòd non: ſed hoc eſt intelligendum de illis, qui a ſuperiore auctoritatem habent. vnde & ſcripſit hic, quòd ſi tot homines eſſent ſimul collecti, quot ſunt Romæ, non poſſent conſtituere, quod eſſet vniuerſitas, niſi haberent conſenſum ſuperioris
c tacitum, vel expreſſum [c]. hoc autem credidit ſufficere, quòd ille, cuius ſunt homines ſic congregati, conſtituat locum, in quo habitant, eſſe ciuitatem, vel caſtrum, burgum, vel villam, argu. C. de iurisdictio. om. iudic. priuatorum. §. de con
d ſuetu. cum dilectus. poſt prin. corpora [d] † autem,
12 ſiue collegia alicuius artis, vel ſocietatis, vel negociationis licita ſunt & approbata a lege, vt dictum eſt. §. vnde poſſunt habere in his, quæ ad negociationem, vel ſocietatem pertinent, arcam communem, & ſyndicum, ff. quod cuiuſque vniuer. l. j. & iudicem, ſine præiudicio tamen domini ſui, ſi quem habent, ar. C. de iuriſdictio. omn. iudic. l. fina. ff. de illic. col. l. j. & l. 3. & fin. & in eo, quod legitur & not. infr. de exceſ. præla. dilecta, & ibi ſuper prima gloſſa, vide ad litteram quod ibi
13 not. Innocen. Dicebat † etiam hic, quòd cum ſit tantum vna vniuerſitas omnium illorum, qui ſunt eiuſdem profeſſionis, vel negociationis morantium in eodem caſtro, vel ciuitate, non videtur, quòd ſe diuidere poſſint, vt faciant plures vniuerſitates: vel quòd homines eiuſdem profeſſio nis, vel negociationis, qui ſunt de diuerſis ciuitatibus, poſſint conuenire, vt vnam faciant vniuerſitatem. poſſet tamen dici, quòd omnes illi, qui ſunt ſub vno defenſore, etiam ſi per municipia morentur, conuenire poſſunt in vnam vniuerſitatem, vel plures, ſecundum quòd plures magiſtratus municipales habent, & ſecundum quòd
14 eis melius placet. Subdit † dici poſſe, forte non male, non attendi in collegijs iſtis piſtorum, cerdonum, & huiuſmodi, quòd ſint de vna prouincia, vel diuerſis, vel quòd omnes de vna ciuitate ſint de vno collegio, vel pluribus, ſed tantum attenditur, quòd ſint tres, vel plures, qui conueniant, vel vniuerſitatem faciant pro iuſtitia cuique ſeruanda: & hoc enim vt ſit collegium, oportet ad minus, quòd ſint duo, vel tres ſimul tanquam collegium congregati, vt patet in eo, quod legitur, & not. §. de electio. c. j. & ſi diſcordant in aliquo, maiori parti ſtãdum eſt, niſi minor rationabile quid prætendat. ff. ad municip. quod maior. infr. de his, quæ ſi. a ma. parte ca. capitulo primo. Hoc autem in ciuitatibus potiſſimè, ſecundum Hoſtien. quæ
15 carent iudicibus, locum habent. in quibus † etiã, quando non reperitur alius, eſt ad epiſcopum diœceſanum tanquam ordinarium etiam in temporalibus recurrendum, in aucten. vt diffe. iudi. §. in ciuitatibus, colla. 9. vnde. & hæc iura collegio rum, ſiue corporum vigent in ciuitatibus potiſſimè Lombardiæ. quæ & ſi dominum habeant, ipſum tamen non, vt expediret reipublicæ, recognoſcunt, ſicut nec Rex Franciæ, vel Boemiæ. j. qui. ſi li. ſint legi. per venerabilem. §. j. ver. fi. quidquid
16 enim ſcribatur, hoc ſolum putat † Hoſti. iuſtum
e eſſe, quòd ciuitates, ſiue alia loca, quæ habent dominos ſpeciales, non debent dominium, vel iurisdictionem aliquam in ſui domini prejudiciũ vſurpare, nec ſe in ſuperbiam erigere contra ipſum, niſi velint eſſe Luciferiani. vnde & coniurationes, & conſpirationes, & collegia, & conuenticula generaliter ſunt prohibita ſub graui pœna. vndecima quæſtione prima, conſpirationum, & c. coniurationum. C. de epiſco. & cleric. conuenticulam, in li. feu. de pace iur. fir. hac edictali, §. con-

conuenticulas. Ideo & quamuis prædicta corpora, ſiue collegia ſint approbata a iure, & iuſtum ſit, quòd dominus ipſis ſua priuilegia ſeruet: ſi tamen ſuos incipiant terminos excedere, & iura ſiue iuriſdictionem domini vſurpare, de iure ſunt per eundem dominum refrenandi, & coercendi, argu. 11. quæſtione 3. priuilegium. j. de priuil. tuarum, & in eo, quod legitur & no. j. de ſepul. c. j. ad
17 fin. hoc enim † expedit rei publicæ, vt vnus ſit dominus, & non plures, vt patet. ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde, quia difficile, & §. eodem tempore, & §. nouiſſimè. Sed verum eſt, quòd de facto dicunt quandoque ſimul congregati illud ſapientiæ. 2. ſit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ. vnde & dominos conculcant, & ipſos ſibi ſubiiciunt: quia potentioribus non poſſumus eſſe pares. ff. de alien. iudic. mutan. cauſa fac. lege tertia, in princi. hoc
18 quantum ad laicos. quantum † enim ad clericos pertinet, nullus etiam ex electione iuriſdicti. con ſequitur, niſi primo a ſuperiore confirmetur, vel approbetur, ut patet in eo, quod legitur, & not. ſupr. de elect. noſti, & c. tranſmiſſa, exceptis quibuſdam caſibus, vt not. infra, de appellatio. quia nos, & ſupr. de electio. nihil eſt. §. penult. ex quo autem confirmatus, vel approbatus eſt quis a ſuperiore ad beneficium cum cura, de iure commu ni iuriſdictio. habet, vt hic, & infr. de maiorit. & obedien. cum in eccleſijs, & not. in ſumma de ſenten. excommunica. §. quis poſſit excommunicare, ſub. §. nedum autem ius, verſi. tu dicas, &
19 ſequentibus. Is † autem, qui curam non habet, per conſequens nec iuriſdictio. ordinariam, cum priuatus ſit, niſi a principe ordinarius conſtituatur. infra, de reſtitutio. in integ. cauſa reſtitutionis. §. delegati: vel niſi ſit officialis, vel vicarius ordinarij, vt legitur & not. ſupr. de officio vicar. capitulo primo, vel niſi habeat de conſuet. quòd dic, vt legitur & not. ſupr. de officio Archidia. c.
20 fina. quæ † etiam priuato canonico in familiam ſuam iuriſdictio. dat ordinariam, quod dic vt legitur & not. infr. de foro competen. cum contingat: vt tamen ſcias, quòd mulier, vel etiam laicus, quantumcunque religioſus, non poteſt cenſuram eccleſiaſticam exercere. quod dic vt legitur & not. infr. de maioritat. & obedien. dilecta, & de decimis, quamuis ſit graue. §. ſtatuimus, ſe-
21 cundum Hoſtien. Sed Innocent. aliter † poſuit hæc verba, dicens quòd ad hoc vt prælatus habeat iuriſdictionem ordinariam in clericos, oportet quòd vniuerſitas, quæ illum eligit, ſit religioſorum, vel clericorum, vel aliàs idem prælatus iuriſdict. ab eccleſiaſtico prælato recipiat, & quòd electus ſit clericus, vel religioſus, cum aliàs nec dare, nec recipere poſſunt ſpiritualem iuriſdictionem, ſcilicet excommunicandi, interdicendi, & conſimilium. infr. de iudic. capitulo ſecundo, & infr. de arbit. contingit. Item quòd eligatur in prælatum. nam ſi eligeretur ad aliquam dignitatem in eccleſia, ut primiceriatum, archipreſbyteratum, vel cuſtodiam, non habet ordinariam, de officio archipreſbyteri, primi. & cuſto. niſi conſuetudo eis tribuat, quod poteſt. C. de emanc. [f]
f lege prima, & vltima, & infra, de exceſ. præla. capi
22 tulo ſecundo. Princeps † autem ſecundum Innocent. eo ipſo, quòd conſentit tacitè, vel expreſsè non errans in iure, vel in facto, quòd aliqui faciant collegium, ut quia ſcribit ex certa ſcientia alicui vniuerſitati, vel ſyndicum eorum admittit; uidetur concedere ei ius vniuerſitatis, qui & ordinarium facit. ff. de officio eius, cui man. eſt iuriſdictio. lege prima. §. primo, etiam tacitè eo ipſo, quòd dat, ſiue committit alicui aliquam ciuitatem, vel caſtrum, vel villam. ff. de officio præfec. urbis. lege prima. §. cum urbem, in aucten. de conſulibus. §. fina. col. 4. & idem cum Papa dat legationem in prouincia, de officio leg. capitulo ſecundo, libro ſexto, vel dat archidiaconatum, vel aliquid ſimile, & idem intelligas, etiam ſi ab alio conferatur, vel committatur: qui tamen hanc habeat poteſtatem, argumen. ff. de iudic. cum prætor. infr. de iure patronatus, ex lit-
23 teris, & ſecundum Innocent. lex dicitur † dare iuriſdictio. ordinariam eoipſo, quòd aliquem ordinarium uocat. C. de offic. recto. proui. qui ordinariam. C. de modo mul. eos. ſed & a lege habet dominus iuriſdictio. ordinariam in uaſallos, & pares in dominos, & uaſallum, ut in li. feudo. de prohibi. feud. alien. ſine conſenſu maio. domini, imperialem, infr. de iudic. cæterum. & arbitri electi ab epiſcopo & ſubdito in eoſdem, vndecima
g quæſtione prima, ſi clericus, aduerſus clericum. [g] & concilijs præſidentes. infr. de iudic. capitulo primo, infr. de libell. oblat. capitulo primo, & c. religioſorum: prouincialibus. infr. de ſtatu monacorum, in ſingulis, & c. ea quæ, & c. vacante ſede. infr. de maiorita. & obedien. cum olim; & hoc iunge in ſumm. eod. titul. §. j. & 2. vbi de hoc
h ſecundum Hoſtien. [h] ſecundum quem & adde quod not. de hac materia. infr. ne prælati vices ſu. capitulo ſecundo, & ſupr. de officio deleg. quoniam abbas, ante finem. ¶ In gloſſa vltima [*ibi, abſolutio*] de hoc, nona quæſtione tertia, qui reſiſtit [*& ibi, vtique*] idem Tancre. Vinc. Goffred. & Philip. ad hoc optimè, de ſentent. excommunica. venerabilibus. §. vbi autem, libro ſexto, & 26. quæſtione. 6. §. j. Inducunt prædicti aucten. de defen. ciui. in prin.
24 coll. 3. vbi † dicitur, quòd non prohibentur defenſor ciuitatis, qui comparatur epiſcopo, cognoſcere de cauſis inferiorum, prætermiſſis magiſtratibus municipalibus. Idem Innocent. & Hoſtien. niſi conſuetudo eſſet in contrarium. hoc etiam
i not. Hoſtien. de ſimon. ſicut tuis. Sed Hug. [i] in præ. c. nullus, & Guiliel. Naſo, hic contra, quia hic prohibetur & alibi conceſſum non inuenitur; & hoc placet Archidia. de conſt. capitulo ſecundo, de maiori. & obedien. c. vno, libro 6. & vide quod ibi dicam ſuper gloſſa penultima, puta. mihi placet prima per præ. §. vbi autem. Vnde dicebat
25 hic † Abbas, quòd quando concurrunt iuriſdictio mediata & immediata, valet abſolutio, ſicut & valeret excommunicatio: qua de cauſa cognoſcit legatus de omnibus cauſis prouinciæ ſuæ. ſupr. titulo primo, capitulo primo, ad materiam facit, quod dicam, infr. eodem, conquerente, in glo. per hoc recognoſcit [*& ibi, Superior*] dixit Vinc. quòd
26 vbi † cauſæ ſunt communes minori, & maiori iudici, vt in epiſcopo, & Archid. præfertur maior, ſi citat. ff. de iudi. iudicium. 8. diſtinctio. quæ contra mores: ſecus, vbi non habeant cauſas communes, vt monacus, qui plus obediet abbati, quàm epiſcopo, & clericus plus epiſcopo, quàm metropolitano. ſecundum fateor; de quo infra, capitul. paſtoralis. de primo dic, ut infra eodem, quanto.

ADDITIONES.

a In fin. Not. etiam tex. dum dicit, rata, firmaq; conſiſtere: quia rata intelligitur de iure, firma de facto, gloſſella eſt ſingularis in l. id quod pauperibus. C. de epi. & cle. & ibi Bar. dicit ſe neſcire alibi.

b Ordinariam. Licet non habeat territorium, & vide in auct. habita, ne fi. pro patre. vel dic, quòd etiam ibi habẽt territorium.

rium.vide ibi docto. & vide glo.in c.j. ne præla.vi.suas,& Bar.in l.& quia.ff.de iurisd.omn.iud.& Ioan. And.in c.quoniam abbas, in glo.sua mag. s.de offic. delega.& Bar. C. de app.l.præcipimus,& C. de iudi.l.cum speciali,per ipsum, & Bal.& Sali.

c Expressum. Villæ subsunt ciuitatibus, & non habent iurisdictionem.l.nulli.§.fi.C.de epi.& cle.& idem in castris, vt in dicta.l.qui ex vico, ff.ad munici. & l.fi.C. de testa.quantũ tamen in illis ponuntur magistratus habentes iurisdictio. s. a ciuitatibus ponuntur.C.de magist. mu. per totum, & ibi vide glo. in rubrica. Aliqua autem castra sunt per Italiam, quæ a se habent iurisdictionem;an dicantur ciuitates, licet careant episcopo,vide in extrau.ad reprimen. super. versi. Lombardiæ,per Bar. & de materia vide Io.An. de sen. exc. si ciuitas,lib.vj. & no; quòd castrum non potest fieri ad emulationem ciuitatis, vide Bar. in l.opus.ff.de oper.publi.& gl. in l.per prouincias. C. de ædi.priua.nec in finibus imperij. l. quicunque. C.de fun.limi.li. 11.& vide Barto.ff.quod cuiusque vniuer.no.l.j.

d Corpora. Vide etiam pulchrè per do. Baptistam de sancto Seuerino in sua repe.l. omnes populi.ff. de iusti.& iur.

e Iustum. Vide allegata pulchrè per dom.Iaso.in l.debitorum pactionibus,in secundo notabili.C.de pac.& etiam latè per do.Feli. in c.j.de proba.

f Emanc.An autem præscriptio det ordinariam,ibi vide Cy. Bald.& Sali.& Guil.in spec.de iurisd.om.iud.ad fi.ver. illud & de præscrip.§.j.in uer.sed pone miles,& j.de fo.compet. cum contingat,in glo.Io.An.quæ incip.non dixit, & in qõ. disputata per Bal.quæ incip. Apulus.

g Clericum. Vide c.ab arbitris,de offi.deleg.libro sexto,& ibi glo.fi.& quòd isti sint ordinarii,prout hic not.Io.And.facit gl.fi.in c.suspitionis, eodem tit.& ibi vide Ioan. An. super illa,& Bal.& Sal.& Bar.in l.cũ speciali,C.de iu. qui tenent, quod sunt dele. qui omni carent territorio.

h Hosti.Et vicarius episcopi, vt no.gl.2.in c.2.de offi.vj.libro sexto,quod not.gl.in lege 2.C.de offi.eius, qui vi.alte.Et an ab ipso substitutus habeat ordinariam,vide de offi.vica. clericos, per glossam,& Io.And.& glossa, super ver. ratio, in c. 1.eo.ti.libro vj.

i Hugo.Pro istis facit,quod not. glossa, super uer.nullatenus, in Clemen.j.de se.poss.& iura in illa alle.& quid de executione contra præceptum lata,vide Ioan. And. in c. Romana. §. officialis,li.6.in gl.licet & super illa,& de priu.c.1. libro vj. facit etiam quia quæ contra ius fiunt &c.vt in c.quæ contra ius,de reg.iu.li.vj.& l.non dubium.C. de leg. ubi uide Bar. Bal.& Sali.

SVMMARIVM.

1 *Vacantis ecclesiæ si ordinatio differatur ex causa, œconomus in ea ponendus est ab episcopo, & quo tempore, numero 7.*

2 *Præsentationis negocium prius expediri debet, quàm possit episcopus ecclesiam ordinare de prælato,sed œconomo, licet lis intra quatuor menses non expediatur, & nu. 3. & 4.ex ea ius quæritur.nu.4.*

3 *Cap.quoniam,si verò, eam te, cum propter, de iure patrona. loquuntur de quæstione patronorum super iure patronatus, non de quæstione præsentatorum,& supr.nu.1.& ratio, ibidem.*

4 *Præsentare sufficit in fine termini patrono.*
Præsentatos habet episcopus examinare, & quare eorum institutio quandoq; differatur.nu.5.
Edictum ponitur etiam ad opponendum præsentatis episcopo, & eorum præsentationi,ibid.

5 *Dilatio institutionis ex quibus contingere possit causis.*

6 *Occasio litis & quæstionis remouenda prælato.*

8 *Epilogus,& Suffragium glossa.nu.9.*
Patronus per indigni præsentationem an priuetur, & nume. 11.& 13.

10 *Suppletio,vel additio glossarum.*

11 *Patronus laicus an puniatur, si præsentet indignum, & an & quando variare possit,nu.12.deuoluaturne etiam prouisio ad superiorem,ibid.*
Decretalis hæc quomodo intelligatur, ibidem. versi. nec obstat.
§. Siquis oratorij domum,in auct.de sanctiss.Episco.§. fin.in auẽ.vt clerici dece.intellectus,ibid.

13 *Nullum,& minus competens æquiparantur.*
Patroni laici, & ecclesiastici in præsentando indignum differentia,ibid.

14 *Lite pendente super præsentatione, vel inter patronum & prælatum in partis præiudicium prælatus si quid innouaret perpetuum,esset incongruum.*

15 *Custodia ecclesiæ patronatæ non pertinet ad patronum seculare, nisi in casibus,ad patronũ verò ecclesiasticum pertinet: non patronatæ autem ecclesiæ quando ad episcopum, & quando ad alios. Cathedralis demum ad quem pertineat, eo.nu..ad fin.*

16 *Oeconomum ponere ad quem spectet.*

CAPVT IIII.

a 1 Vm vos. [a]Casus.Si † ordinatio vacantis ecclesiæ differtur ex causa, œconomus in ea per episcopum est ponendus. Communis diuisio. secunda ibi, fraternitati [*Præsentantur*] not.

2 quòd † vbi fit præsentatio,prius oportet illius præsentationis negocium expediri, quàm possit episcopus ecclesiam ordinare.vnde dicebat Innocenti. quòd quando patronus contendit se bonum elegisse, non potest episcopus ordinare ecclesiam de prælato, sed de œconomo tantum, ut hic. vnde licet quibusdam videatur cõtra,securè teneas, quòd facta præsentatione de vno, vel pluribus, licet longo tempore duret lis inter præsentatos,episcopus non ordinabit ecclesiam,lite pendente, ni si de œconomo, vt hic; & ita seruatur. vnde iura illa, quæ dicunt, quòd si patronorum discordia infra quatuor, vel sex menses non fuerit terminata, episcopus ordinat ecclesiam, intelliguntur, quando inter ipsos, qui se dicunt patronos, est quæstio, vt quia alter ab altero vendicat patronum,vel negat alterum patronum. nam licet propter litem motam videretur æquum patrono tẽpus ad præsentandum non currere, quasi tunc sit impeditus: tamen hic rigor inductus est, quòd saluo iure vincentis ordinetur ecclesia, quod in electoribus locum non habet,vt dicam de iure patronatus, quoniam, cum de eis hoc non sit statum. vnde, si ponderes textus † illarum decreta. 3
quoniam, si verò, eam te,cum propter, de iure patronatus, videbis illa iura apertè loqui de quæstio
b ne præsentatorum vnius, [b] vel plurium. aliàs pauci præsentati à patronis instituerentur,cum si habent obiectorem, non facile possit infra quatuor menses quæstio terminari. imo & si obiectorem
4 non habent, cum † satis sit patrono in fine termini præsentare, & episcopus habeat examinare,de electione, nihil est, & edictum ponere, vt not. de electione, capitulo ultimo, libro sexto,in glossa secunda, erit dare, quòd negocium præsentationis esse non poterit infra terminum expeditum.cum igitur ex præsentatione sit ius acquisitum, vt not. supra titulo primo, dilectus, non obstante, quòd sit discors, dummodo iuuetur maioribus &c. vt præallega.decret.quoniam, illud non perdet propter opponentis maliciam, vel litis pendentiam, de regu. iur. sine culpa, libro sexto, & adde quod dicam super versi. personas: optabat tamen Hostien. constitutionem contrariam super hoc fieri, vt dicam, infra de appella. oblatæ, in glossa, dicit Hostien. [*Alia de causa*] vt quia negans illos patronos [*& infra*] quærebant, an possent ecclesias ordinare propter vacationis periculum,vel quale foret apponendum remedium, Hostien. [*Personas*] 5
scilicet repræsentatas † conscientia remordente; nec aliàs lite, vel appellatione pendente, de restit,

in inte-

in integrum, capitulo secundo, & secunda quæ-
6 stione sexta, appellatione. & merito in hoc † casu denegatur prælato ordinatio. si enim hoc concederetur, semper moueret quæstionem, vt sic posset ecclesiam ordinare, ar. instit. vi bon. rap.§.sed ne dum talia.infr. de diuor.quanto, ad fin. aliàs, si hæc lis non penderet posset ecclesia de alijs personis idoneis ordinare, secundum Hostien. qui per hoc dicit non obstare, de sup. negli. præla. capitulo secundo, in fin. & quæ ibi not. & hunc dicit verum intellectum. & hoc dicit: nec obst.hæc decreta. opinioni suæ, de qua dicam super glossa
7 secunda [*Ponatis œconomos*] Dicit † Hostien. quòd putat hunc œconomum poni debere etiam pendente termino quatuor mensium,vel sex dato patronis, idest prælatis iuxta vulgare Anglicorum,
8 quibus scribit. ¶ Secunda † glossa, respondet per quæstionem,an patronus &c. soluit quòd non,rationem inducens, quam fortificat. in fin. ponit
9 contrariam opinionem, quam reprobat. ¶ In † gl. secunda [*ibi,Si quis oratorij domum*]si præsentatus per patronum, vel eius hæredem est indignus;episcopus quem puraueritmeliorem,ordinari procura. ¶ In vltima glossa [*ibi, Lex, quæ tutores*] vide, de his quæ fi. a prælat.tua, super quinta glossa[*& ibi, diuus*] vide vt lite pendente, ecclesia.j.in fin.penulti-
10 ma glossa. ¶ In † glossa prima [*ibi, cogitur*] secundum Lauren. vel respicit factum,secundum eum. Vnde dicit Hostien. finaliter idem dicendum de vtroque. ¶ In glossa secunda [*ibi, tantum quatuor*] infr. de iure patrona. c.vno. vbi habemus expressum hodie, sed olim recurrebamus ad hanc glossam, quasi ad mendicatum suffragium.contra id. C.de palatinis. l.scrineis, libro 12. & in auctẽn.de iudic. prope princi. §. illi autem, colla. 6. [*& ibi,*
11 *Non puniuntur*] Idem † Archidiacon. de præbend. capitulo primo, libro sexto, & ibi tamen refert quosdam dicere hoc verum ante sententiam episcopi, qua declaret præsentatum indignum: sed post illam locus erit opinio. Hostien. sed contra hoc facit hæc decreta. quæ supponit certitudinaliter personas minus idoneas[*& ibi, Quidam dicunt*]
12 Hostien. hic † tenet precisè, & remittit ad ea,quæ not. s. de sup. neg. præla.capitulo secundo. Idem Innocen. sup. de fil. presbyter. proposuit, licet sic locutus fuerit alternatiuè. Dicit tamen, quòd bene faceret episcopus restituendo prouisionem tali laico patrono, cum non sint in his ecclesiasticis multum instructi. & Hostien. dicit, quòd deberet eis parci [*& in fine*] vbi canon apertè hoc diceret,
c optimè dicit [c] glossa, sed canon hoc non dicit: nec sufficit, quòd canone caueatur, quòd licet illi variare. id enim habebit locum, quando priuatus non esset; vt qui eligit dignum, vel indignum ignoranter. nec obst. hæc decreta. quæ potest intelligi in illo, qui ignoranter eligit: vel cum propter scandalum impediebatur ordinatio episcopi.melius potuisset glossa dicere,quòd lex non obstat, cum ibi non dicatur, quòd episcopus ordinet ecclesiam, cum patronus præsentat indignum; sed quòd ordinari procuret; quod potest intelligi solicitando patronum, quòd alium præsentet. Idem dico de. §.fina. in auctent. vt clerici dece.colla. 6. aliàs sequeretur, quòd priuatus esset etiam ignoranter præsentans indignum, cum ille. §. non distinguat. Item absurdum uidetur, quòd patronus benefaciendo possit variare, vel accumulare; malefaciendo non, cum tunc præcipuè concedatur variatio à iure, quando actus est illicitus, secundum notata, de cleric. coniug. diuersis, de electio. nosti, quasi hæc fuerit mens iuris permittentis variationem, quòd patronus accumulando emendare possit, quod malè fecit-
13 per quæ dico patronum laicum non priuatum hoc ipso,quòd præsentat indignum scienter. Sed ex tunc erit priuatus, cum infra tempus debitum respectu prioris inchoationis alium non præsentat. & faciunt iura, quæ æquiparant † nullum,& minus competens, quæ vide, de transla. capitulo secundo,versi. sicut, de cleri. non resid. tuæ. & sic erit differentia hoc casu inter clericum eligentem, vel præsentantem ignoranter indignum, & patronum, qui præsentat talem scienter. & est
d ratio:quia primi ante cassationem nõ poterant [d] sibi prouidere, post cassationem habebunt integrum tempus. iste verò sibi prouidere poterat, si de tempore supererat: aliàs sibi imputet. patet primum de elect. si electio, libro sexto. ¶ In glos-
14 sa, puta [*in fine*] vt dicit † Innocent. incongruum esset, quòd lite pendente pars in partis præiudicium aliquid perpetuum innouaret, vndecima quæstione prima,quia res.infr. vt lite penden. per totum. Idem esset, si super alijs grauibus discordia esset inter patronum,& prælatum.graue enim esset, quòd prælatus in sua ecclesia institueret per sonam perpetuam, quæ sibi vel malè, vel nullo modo de suis reditibus responderet, Innocenti. ¶ In glossa penultima [*ibi, quòd patronus*] Innocen.
15 a cuius tempore fuit hic finis glosse,que fuit additio, intelligit hoc † de patrono laico: quia talis defensionem habet: sed non custodiam, quod intelligit Hostien. nisi aliud esset de priuilegio speciali, vel consuetudine per sedem apostolicam approbata, sicut patet in Regibus Franciæ & Angliæ, & quibusdam alijs principibus. pro quibus facit, quod legitur & not. de iure patrona.nobis. vel secundum eum, ubi non sunt expressè priuile
e giati per Papam, sola consuetudo [e] non excusaret, si de rigore ageretur, per decreta. de electio. cum terra, & de consue.capitulo primo,sed multi, ut dicit, propter ipsorum potentiam de gratia & ex permissiua dispensatione, vt vitetur scandalum, tolerantur. & dicit, quòd licet in præteritis hoc tolerari possit,de iure patronatus, capitulo 3. de consec. eccle. vel altar. capitulo fina. in posterum non esset tolerandum, de rebus eccle. capitulo fina. Sed si patronus sit ecclesiasticus,cum ei sit
f de temporalibus respondendum. [f] decima sexta quæstione secunda, capitulo secundo, de capell. mon.capitulo primo, habebit custodiam ecclesiæ vacantis, & non episcopus,argu. de appell. bonę; allega. Hostien. de testa. relatum.2.§.nomine, de priuile. cum & plantare.§. in ecclesiis.fatetur autem Innocen. quòd si ecclesia non habet patronum,episcopus ipsa vacante habet custodiam, & agit pro ipsa, argum. decima sexta quęstione prima,omnes,decima quęstione prima, capitulo primo, & 2. de succes. ab inte. c. fina. nisi secundum Hostien.de consue. vel priuilegio ad Archidia.vel alium ecclesiasticum hoc pertineat, vt præallega.
g decret. bonę, de institutionibus, cum veniissent. dicunt autem Innocent. & Hostien. quòd custodiam cathedralis ecclesiæ gubernabit œconomus, si ipsum habeat. 75.distinctio. quoniam quidam. & si non habet œconomum, canonici;& ipsis deficientibus archiepiscopus, quod dic hodie;vt de sup. neg. præla. cap. fina. [*& ibi, vel alius prælatus*]
16 not. quòd vult glossa, quòd † illorum sit œconomum ponere, quorum est instituere. ¶ In glossa
h vltima [*ibi,conseruanda*] [h] & occupantibus illa imponitur pœna.j.eod. titul. c.vlt.li.6. in cathedralibus, & collegiatis locum habet, eod. lib. de electione, quia sępe.

AD-

ADDITIONES.

a ¶Cum vos. Vide ad materiam huius c. an si contentio est inter patronos, quid iur.in c.j.de iure patrona.& seq. & vide gloss. in c. cum te,eod.titul.& not.ibi tex.in c.quoniam, in fin. quia loquitur in duobus casibus, & ibi de materia. Baldus.

b Vnius. Nec illa iura locum habent, quando est quæstio inter episcopum,& patronum, vide.ꝯ.in glo.puta,& super illa Io.An.& in gl.ibi se.

c Dicit gl. Quòd priuati sint potestate præsentandi præsentãtes indignum, vide tex.in c. 2.in fi.de sup.neg.præla.& facit no.in c.illud,in uersi.euitanda, de iure patro. vbi concluditur,quòd patronus laicus non priuatur.

d Poterant. Alium.s.eligendo,& hoc propter no.in c.confide rauimus,de ele.quæ limita,& intellige iuxta not. per glo. & Io.An.in c.auditis,eo.titu.

e Cõstetudo.Et vide Io.An.de præb.c. 2.li.6.& in spe.de leg. §.nunc tractemus, versi. sed nunquid, & ibi vide per ipsum plures remissiones de istis laicis,& regibus,& uide ipsum in specu.de præben.§. 1.ver.item not.quod imperator,& uide no.c.generali,& ibi Io.An.de ele.li.6.qui tex.no. probat, ꝙ ille,qui habet custodiam ecclesiæ, tenetur de facto suorum ministrorum,& officialium.

f Respondendum.Patrono etiam clerico non semper de temporalibus respondetur: sed quando id fit,& quando non, vide Io.An.de præben.de monacis, in gl. ma.

g Venissent. Ibi vide gl.primam,& super illa Ioan.An. & plenius,vt eccle.bene.c.j.in glo.hoc vult.

h Consideranda. Nisi sint talia, quæ seruari non possunt. l.is cui.ff.vt.pos.leg.& uide glo.in Cle. 1. de seque. pos. & fruc. quæ sentit quòd electio est œconomi, an conseruet successori,vel expendat in eccle.

SVMMARIVM.

1 *Absolutum à Papa si constet ordinario suppressisse ueram excommunicationis causam, remittet eum ad Papam: si uerò suspitio tantum de hoc sit contra eum, coget eum se exinde purgare.*
2 *Diuisio decretalis.*
Graue factum quod dicatur, eod.nu.uer.ut creditur.
3 *Merere,obtinere.*
4 *Absolutio non tenet ex falsa causa: de stylo curiæ semper exprimitur absolutionis causa.*
Hęc decretalis non practicabatur tempore auctoris,& ratio, ibidem.
5 *In purgatione si quis defecerit, habetur pro conuicto, & in casu hic cogitur ad curiam redire.*
6 *Epilogus, Suffragium glossa.nu.7.*
Pluribus sententijs ligatus, ab una absolutus, non dicitur ab alijs absolutus,& nu.8,
8 *Suppletio glossarum,& nu.9.& 10.*
Contritio non facit absolutionem ante ex ficta causa factam valere,sicut euenit in baptismo,ibid.
In dubio debet interpretatio fieri in tutiorem partem, ibid.in fine.
9 *Intentio absoluentis inspicitur,sicut & baptizantis.*
10 *Purgationem potest episcopus indicere propter suspicionem, & quam,& cuius.*

CAPVT V.

1 EX parte tua. Casus. Si†cõstat ordinario, ꝙ absolutus a Papa suppressit veram excõmunicationis causam, remittet illum ad Papam. Si verò suspicio tantum de hoc est contra eum, coget illum se exinde purgare. Communis
2 †diuisio.2.ibi,taliter respondemus. in qua distinguit. & secundum membrum prosequitur ibi, si verò [*Occultatis*] vt creditur,forte,vt dicit Abb. Fa
a ctum fuit graue, [2] vt quia occidit suum parochianum presbyterum: nec mandatur satisfactio, vel pœnitentia fieri, quam deceret pro facto tam nequam.Item fortè portauit litteras episcopi,de quibus in absolutorijs nulla fit mentio, secũdum Pe.
3 [*Meruerunt*].i.†obtinuerunt. sic.s.de seruis non ordi.de famulis,in fine.8.distin.consuetudo[*Aliam*] vt præsumitur:quia nulla causa erat expressa: sed simpliciter dicebatur,talem parochianum tuum
4 ad te remittimus absolutum.hoc dico,quia † si in litteris esset alia causa expressa, certum est quòd
b non [b] teneret absolutio. sed hodie non praticabitur hæc decre.quia de stylo curiæ semper exprimitur causa in litteris absolutionis [*Consiterit*] per confessionem, vel per testes, qui præsentes fuerũt in absolutione, & audiuerunt ipsum falsam causam exprimentem [*Si uerò id*].s. quòd tacuerint causam excommunicationis.T. [*Suspectos*] forte ex
qualitate personarum,secundum Pe.& Abb. [*Pur*
5 *gationem*] in † qua si defecerint,pro conuictis habẽtur,& coguntur ad curiam redire,de si. de hoc, &
6 c.insinuatum,Hostien.¶ Prima † gl.arguit, ponit opi. quam reprobat,demum quærit,& dupliciter
7 sol.& sol.s.contrarium.¶In † glo.j. [*ibi,lege prima, §.sed & quot*] rogatus duobus restituere hæreditatem,alteri purè, vel in diem, alteri sub conditione,si dicit suspectam, restituit ei, cui rogatus erat purè, vel in diem restituere vniuersum. demum, cum conditio extiterit,si voluerit fideicommissarius alius partem ipso iure in eum trãseunt actiones [*& ibi,per fundum*] vide in decre. officij, super j. glo. [*& ibi.§.si in pluribus*] vide in decr.cum pro causa,in vlti.glo.& super ea vide.l.se. pluribus, de accep. [*& ibi,quot*]vide in prælleg.c. cum super, vlt.
8 glo. ¶ In† glo. j. [*ibi,non credo*] Idem Lauren. Tan. Vincen.Gosfred. ad c.tunc valere,respondeꝙ ibi sola fictio baptizati impediebat remissionem peccatorum;qua cessante, & adueniente charitate,
c fit remissio [c]: sed in excommunicatione tollenda non sufficit contritio. ex quo ergo a principio nõ fuit absolutus,nũquam contritio illum absoluet, sicut nec satisfactio,de senten. excommunic.cum desideres,in fin. nec iuramentum de parendo, e. titu. quod in dubijs [*& ibi,ad ecclesiam militantem*] se cus de triumphante.ꝯ.de restitu.spolia. litteras, ad finem,de sentent. excommunic.a nobis.2. [*& ibi, consulitur animę*] secundum Tan. Idem hic Vincen. Gof.Phi.& Inn.& simile quod not.de excep. dilecti,in vlti.glo. [*& ibi,Cum ergo,in fine*] & ut per meritum obedientiæ crescat.e.q.quid ergo : & quia in dubio debet fieri interpretatio in tutiorem partem.ꝯ.de spon.iuuenis [*& ibi,non intendebat*] nec in
d tendere poterat, [d] ar.ff.de contrahen.empt.in le-
9 ge.inspicitur†ergo intentio absoluentis, sicut baptizantis,de consecra.dist.4.solet [*& in fine*] dic vt ibi. ¶ In glo.vltima [*ibi,laboret infamia*]idem Vinc. & Tan.cuius fuit hæc gl.Gof. & Phi. Sed Inno. &
e Hostien.ex hac decre.& illa,de purga.cano.inter,[e] & c.si quis de gradu,& 2.q.5.omnibus ibi, suo episcopo,aut reliquis, vbi de hoc, dixerũt, ꝙ propter
10 suspicionẽ potest † ẽpiscopus purgationem indicere. potest dici, ꝙ solius episcopi non sufficit occulta suspicio,sed probabilis episcopi, & aliorum suspicio benè sufficit.ad primum.6.q.2.placuit;& sic intelligantur iura inducta superius, & in glo.& etiam dixit hic Innocen. quòd hoc intelligebat, quando ingens suspicio est contra eos : aliàs non cogerentur se purgare, nisi essent infamati, & remittebat ad decreta. cum oporteat, de accu. Hostien. etiam super versi. suspectos, subaudiebat, iustè,propter publicam infamiam,qua laborant. ꝯ. de cohabi. cleri. & mul.tua,& ꝯ.de purga.cano. nos inter.

AD-

ADDITIONES.

a Graue. Hoc, quod hic dicitur, locum habet in absolutione excommunicationis.confitens autem peccata sua,an possit vnum subticere,si ex illius confessione oriri poteſt periculũ, vide Io.An.ꝯ.de pę.& re.omnis,super gl.quid si.

b Quod non. Ad hoc de consan.& affi.quia circa, vbi vide,& vide Bar.in l.demonstratio.ff.de condi.& demon.de materia falsæ causę in cõtractibus,testis, & alijs dispositionibus. vide tamen ad materiam istam in decisione Rotę conclusione 428.& se.vbi videtur no. contra. eius, quod hic dicit Io. An.de app.ex falsa causa.

c Remissio. Et sic ratihabitio superueniens retrotrahitur ad baptismum,qui iam præcesserat.contritio hic non potest retrotrahi ad absolutionem,quæ pro hoc peccato non præcesserat,sed pro alio.ad materiam vide in reg. rati, de reg. iur. libro vj.

d Poterat. Quia nesciebat,uide plures concord. pro & contra in l.lege hic all. & an possit absoluere ab omnibus excommunicationibus,etiam quas absoluens ignorat, facit materia.l.cum Aquiliana. ff. de transac. vbi vide Bar. & in l.subprætexta,& l.si de certa.C.e.ti.& ibi Bal. & Saly.

e Inter.Et de hoc etiam in c. cum in iuuentute, eodem titul. facit tex.in c. litteras,de præsump.quòd ex vehementi iudicatur purgatio. & hic ponitur veritas, si talis,quòd ad aures transeat,indicatur:aliàs non;pro hoc vide tex.in c. tua nos. infr. de coha. cleri. & mu. vbi uidetur requirere, quòd sit scandalosa. quòd possit,facit tex. in c.vnico.ꝯ. de cle.vo.ad hoc,quod scripsi.2.quæstio.1. primo semper, & vide quod not.in c. qualiter,el 2.in glos.insta,de accu.& est de hoc gl. fin.in c.tua,& scripsi.2.quæstio. 5.si mala,& c.omnibus,hic alle.Archi.

SVMMARIVM.

1 *Supplet ordinarius desidiam, vel malitiam delegati Papę propter animę periculum,& quibus casibus,nu.3. 9.vide nu.13.& 14.15.*
2 *Et, pro vel.*
3 *Constitutionis huius ad alios casus extensio,& quos, & intellectus,nu.10.13.14.15.*
4 *Mandatis quando non parendum superioris.*
Per quas, idest quarum auctoritate, ibidem. ad uices, per quas.
5 *Testes quando non sunt in loco iudicij,quid habeat facere delegatus.Inspicitur consuetudo,an de loco consueuerint euocari.num.12.*
6 *Nefariè,incestuosè.*
Desidia pro negligentia,ibid.
7 *Dolus,& negligentia æquiparantur.*
8 *Ex culpa alterius quis,vt hic,excommunicatur, & ratio.*
9 *Ad similia protenditur hæc decretalis.vide nu. 3.*
Specialem casum ponere hanc decretalem, quomodo intelligendum,ibid.
10 *Diœcesis appellatione continetur hic ciuitas.*
In pristinam siquis iubeatur reuocari excommunicationis sententiam, hoc dicitur ob omnimodam similitudinem, ibidem.
11 *Epilogus, Suffragium, & Suppletio glossarum. numero 12.13.*
14 *Per appellationem friuolam quo casu impediatur excommunicatoris officium.*
Per commissionem causæ alijs ab apostolica sede factam suspenditur iudicis prioris iuris dictio etiam ex causa appellationis friuolæ, ibidem. & quando reuocare, numero 18.
15 *Sententia diuorty iu rem iudicatam non transit.*
Appellatione deserta in causa diuortij quando audiantur partes,ibidem.
Appellationis prosequendę tempus arctatur ex causa, ibidem.
16 *Negligentia delegatorum suppletur per ordinarium, & quibus de causis,& sup. numero 2. & 3. & numero ibidem. nota.*
17 *Ad testes,qui sunt egregię personę,mittit ex gratia index.*
18 *Reuocare ad se causam Papa videtur ab ordinario committendo alijs eam.*
19 *Excommunicatus agit in casu speciali,& quando.*

CAPVT VI.

1 SIgnificauit. Casus.Propter †periculum animæ supplet ordinarius desidiã, vel malitiam delegati Papæ.Communis diuisio.secunda ibi.cum itaque. & Pet. dicebat casum ponendum per decret. vlti. ꝯ. de matrimonio contracto [*Illicita*] .s.ꝯ quartum gradum, de consan. non de-
2 bet[*Et*]pro†vel. [a] sic de vita & hone. cleri. clerici.
a versi.capax[*Notantur*]hodie, si scienter contrahũt, sunt ipso iure excommunicati per Cle. de cõsan. & affi.eos qui [*Remotiores*]hic puncta. & dixit Gof. quòd in hoc erat prouisum per decre.nonnulli.s.
3 de rescriptis.Dixit†Inno.idem, si ad propinquos : sed de remotioribus magis præsumitur, ꝙ ignorent. Idem dicit, quando non impetrarunt litteras,sed superior tantum absoluit,licet malè,quia
b debebat remittere,[b] vt ꝯ.c. 2. Dicit Hostiẽ. etiam si sit Papa,ex quo tacita veritate sunt absoluti. s.c.
4 proximo.si autem†superior certificatus de omnibus præcipiat inferiori, quòd illos amplius non molestet, Dicit Hostien. quòd si est casus, in quo possit superior dispensare, videtur ei parendum : aliàs non parebit inferior contra deum,de hoc.s. de tempo.ordi.ad aures. Sed & primo casu posset dici non parendum,donec expresè dispensẽt, de scisma. c. 2. [*Per quas*].i.quarum auctoritate[*absoluti*]benè,vel malè.& hic accipe litteram,in prędenominata nefariè &c. vsque ibi, effectum [*Ad locum*] facit.2.q.2.c.fi.& quod ibi not.[*Non accedunt*] quid
5 facere habeat†delegatus quando testes non sunt in loco iudicij, & quid si committitur receptio tribus, qui non possunt conuenire, vide in spec. ti.j.
6 §. j.versi. antepe. & penul. [*Nefarię*].i.†incestuosè [*Malicia*]vt quia fauet peccato, & caueat à pœna decre.cum ęterni,de re iudi.li.6. [*Desidia*] .i. negligentia.& sic æquiparatur†hic dolus,& negligẽtia, sic.ꝯ.de testibus per tuas,in fi.de app. ab eo, lib. 6. in fin.secus,si quæratur de pena dolosi, de elec.ni hil est,de crimine falsi,ad falsariorum. Dicit autẽ
8 Inno. quòd ideo excommunicatur†hic pars ex desidia iudicis : quia eius culpa præsumitur, ex quo crimen est notorium, vel non prosequitur retractationem sententiæ,a qua appellauit[*Suffragium*] excusabant se incestuosi, ꝙ stabat per iudices [*Ea*
9 *quę*] vel † similia.ff. de leg. non possunt, Innocen. & Hostien.& facit quod not.3. q.3.§. ei autem, in glo.hic habes,in fi.quòd ergo dicimus,quòd hæc decre.ponit casum specialem,non intelligas quò ad terminos hic expressos, sed quò ad rationem ipsorum, s. vbi vertitur animæ periculum. Vnde dicit Hostien.quòd vbicunque de euidenti pecca
to agitur,per quod de exempli pernicie timeatur, & ex quo posset scandalum suscitari, & periculũ est in mora, locum habet ista suppletio : secus, si
10 ageretur pecuniaria causa [*Diœcesi*]ciuitatem † cõprehendit, ut dixi.s.eod.c.j. [*In pristinam*] hoc dicit propter omnimodam similitudinem [*Receptione*] de his dicit : quia in his iudex dimiserat, Goffred. [*Progressum*] alias processum.& intelligit Hostien. coram ordinario : quia auctoritate huius decret. iurisdictio. reassumit, & delegatus dolosus,vel negligens illam perdit. glo. contra, quòd coram delegato; quod puto verius,& placet Innocen. Pet.
11 & Abb. ¶ Quarta † glossa, respondet per obiectionem,

ctionem, & soluit. ¶ Penultima glossa, quærit, &
12 soluit dupliciter. ¶ Int gloſſa ſecunda [*ibi, lege tertia.§.vltimo*] inſpicitur tamen conſuetudo, an de eo loco vocari conſueuerint, vt ibi. ¶ In gloſſa penultima [*ibi.§.cum ita ſeruus.§.eſt*] & vide de appel-
13 la. cum ſit, ſuper 3. gloſſa. ¶ Int gloſſa prima [*in fine*] vnde Innocen. decret. intelligit, & Abb. cum eo, quando iudex procedens ex officio pro manifeſto contubernio excommunicat parere nolentes mãdatis ſuis: & excommunicati ſuggerentes, q̃ non ſeruato ordine, & nulla cauſa contra eos probata excommunicati erant, impetrauerunt litteras ad excommunicatorem, vt ſi ita erat, infra certũ diẽ ipſos ſine aliqua difficultate abſolueret: alioquin dabatur in mandatis delegatis, vt hoc facerent. & ſi quid quæſtionis remaneret, audirent. & de virtute huius clauſulæ dicam. ℣. eod. ad reprimendam, in glo. vocatis partibus: ſed quia excommunicator abſoluere noluit, delegati abſoluerũt. Sed poſt abſolutionem non procedebant, quamuis excommunicator paratus eſſet probare illici-
14 tam copulam. Nec obſtat, ſi dicas, quòd non † debuit impediri officium excommunicatoris per appel. friuolam, vt ℣. de app. peruenit. i. & c. conſuluit. i. quia illud verum eſt antequam ſedes apoſtolica cauſam alijs commiſerit. nam poſtea ipſius iuriſdictio uidetur ſuſpenſa. ℣. de reſcriptis ab excõmunicato. ℣. de officio dele. paſtoralis. §. præterea, ſecundum Innocen. vel poteſt dici ſecundum Hoſtien. q̃ ordinarius volebat vti poteſtate ſua: ſed placebat ei, quòd delegati procederent, dummodo negligentes non eſſent. poteſt etiam intelligi, q̃ ſententia diuortij lata fuit; & quia non parebant, excommunicati fuerunt. nam & ſi a ſententia ap-
15 pellatum nõ fuerit, nihilominus audiuntur: quia ſententia † diuortij in rem iudicatam non tranſit. ℣. de re iudicata, lator, & c. conſanguinei. ſed & ſi appellatum fuiſſet, & tempora appellationis elapſa, adhuc audiuntur, ſi dicant, quòd non ſtetit per ipſos, ſed iudicem, quominus cauſa terminaretur, vt notatur infra, de appell. ex ratione. ſed & ℣. tempora audirentur, ſi dicatur, quòd propter illicitam copulam tamdiu expectare non poſſunt propter periculum animarum, vnde abbreuiandum eſt tempus, argumen. ℣. de appel. oblatæ. §. penul. & breuiter ſicut generaliter loquitur, ſic & generaliter intelligi poteſt, quandocunq; excommunicantur aliqui pro illicita conſanguinitatis copula, iudice ex officio procedete, vel alio accuſante, quamuis Innocen. aliter hic ſcripſerit, ſ. q̃ ſi interuenit accuſatio, procedet delegatus; qui ſi graue, vel nimis protelet, ab eo appellabit: ſed plus placet dictum Hoſtien. in hoc. qualitercunque enim tales hoc modo fuerint, ſemper eſt ſupplen-
16 da † negligentia delegatorum per ordinarium, vt ℣. legitur & no. Idem intelligo ſm Innocen. Hoſti. Pet. & Abb. pro quocunque alio crimine fuerint excommunicati: quia eadẽ ratio; ergo idem ius. §. de reſcriptis, inter cæteras, & dicit Innoc. quòd per hoc non turbatur, immo iuuatur iurisdictio. delegati, quia citius procedetur in cauſa. ¶ In gl.
17 2. [*ibi, vel in honore*] dicit hic Goffre. quòd † iudex de gratia mittit ad perſonas egregias, cum de iur. ne
c ceſſitate non teneatur, ff. quis ordo in bon. poſſe.[c] l. 2. §. ſi præſes [*& ibi, venire*] quòd dic, vt infra, de reſcriptis, ſtatutum. §. penulti. libro 6. ¶ In gloſſa,
18 & ita [*in fine*] alias Papa † committendo cauſam appellationis videtur cauſam ab ordinario reuocaſſe, §. de officio delegati, paſtoralis. §. præterea, vt §. dixi. ¶ In gloſſa penultima [*ibi, hoc intellige*] ſecundum Lau. Tan. & Vincen. ¶ In gloſſa vltima [*ibi, per procur.*] ſecundũ Tan. & Vin. [*& ibi, Rei ſunt*]
19 Dicit Hoſtien. hunc † eſſe caſum ſpecialem, in quo excommunicatus agit, quando. i. ſemel abſolutus in eodem crimine, & in eadem contumacia perſe
d uerat,[d] vt hic, & infr. de appell. quæſtioni. hoc autem ſit in penam ipſorum; & ſic non obſtant contraria.

ADDITIONES.

a Pro vel. Quia & affinitatis, & conſanguinitatis eadem eſt prohibitio, ideo copula inter illa poſita ponitur pro diſiuncta, vide Bar. in l. ſæpe. ff. de uerbo. ſignifi. in §. vtrum, l. ſi is qui ducenta. ff. de re. du. & Cy. Bal. & Sal. in l. cum quidam. C. de uer. ſign.

b Remittere. Tenet tamen abſolutio, vt de ſenten. excommu. venerabilibus. §. ubi autem, & uide gl. & Io. An. de reſcri. ab excommunicato, & de off. deleg. cum contingat, per Io. An. in gl. per executorem.

c Bonorum poſ. Et ff. de iureiur. l. ad perſonas egregias, & ℣. de teſti. ſi cui teſtium, & ibi idem reſpon. Ioan. And. ſuper glo. j. in contrarium facit l. ad perſonas, præalle. quæ tamen loquitur in iuramento, vide in deciſione Rotæ, concluſione, 99.

d Perſeuerat. Et hoc forte voluit dicere Innocent. in c. cum incertum, dũ dixit, q̃ fallit in c. ſignificauit, in fi. & ſic ex hoc not. quòd actor neceſſarius poteſt eſſe in iudicio, licet ſit excommunicatus, quod facit, quòd in caſu. l. diffamari, excommunicatus agere poſſit, & id quod hic, not. in c. pia, de exceptio. libro ſexto, & in c. paſtoralis, de exception. & c. cum inter, & c. exceptio. in fine, per Innocen. ad hoc gloſſa penultima, in c. pro illorum, de præben. vbi allegat iſtum textum Baldus.

SVMMARIVM.

1 *Supplet abbatis non reuocantis monacum vagabundum ordinarius negligentiam.*
2 *Regularium appellatione comprenduntur & templarij, & hoſpitalarij. Cui acquirant, numero 3. & 4. per curias principum vagari non licet, niſi in caſu, nu. 5. conſortiumq; ſecularium vitare debent. ibid.*
3 *Obedientiæ pro prioratibus hic accipiuntur, & cur.*
Prioratus non ſunt perpetuo concedendi, ibid.
4 *Fugitiuus regularis cui acquirat. & circa fugitiuos huiuſmodi vbi prouideatur. nu. 5.*
7 *Prælatorum nomine qui hic accipiantur, & nu. 10.*
Abbates non habent omnes religioſi, ibid.
Pecuniæ monachalis adminiſtrationem non habent epiſcopi, ibidem.
Monaci, & abbates ſubſunt epiſcopis, ibid.
8 *In cap. ſi quorundam, de ſoluti. caſus hic refertur, quãdo quis non incidit.*
9 *Lectio huius decretalis quæ ſit vera.*
Arbitrio archiepiſcopi quare committitur conuerſio pecuniæ, ibidem.
Fraus, vel negligentia in quo timetur, non eſt ei quid committendum.
10 *Monitio, cuius meminit hęc conſtitutio, quo ordine facienda; ver. vnde dicit. neceſſaria eſt maximè in occultis, & ratio, nu. 11.*
11 *Negligentia vt appareat, qua ratione procedendum.*
12 *Suſpenſio officij, & beneficij quid operetur, remiſſ.*
Deponi nequeunt epiſcopi niſi per Papam: inferiores autem alij poſſent etiam degradari & à quo, & qua de cauſa, eo. num. 12.
13 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum, num. 14. & nu. ſequentib.*
15 *Monaci coertio, vel correctio primo loco ad quem ſpectet, & coram quo poſit in criminali conueniri, & an in ciuili poſſit, & coram quo, & pro eius debito quis conueniendus, & vbi, & nu. 16.*
16 *Abbas quandoq; habet iuriſdictionem etiam in clericos ſeculares, quorum etiam cauſas ciuiles poterit audire, & in quo loco, & quando, verſi. quid ſi abbas, & numero 17. 18.*

Ius

Ius dicere in aliena diœceſi, vel territorio neque abbatibus etiam, nec epiſcopis non licet, niſi in duobus caſibus, & quibus, ibid. & nu. 17. 18.
Prælati quando dicantur habere iuriſdictionem ab vniuerſitate electi, eodem numero, verſicu. Qui & ſcripſit.
18 *Conſuetudo dat iuriſdictionem in rebus, perſonis, & locis, niſi in caſu.*
19 *Subditos in aliena diœceſi quomodo contingat quem habere, & quę reſpiciat hęc ſubiectio, ibid.*

CAPVT VII.

a 1 VAnto.[a] Caſus. Ordinarius †ſupplet negligentiã abbatis non reuocãtis monacum vagabundum. Communis diuiſio. 2. ibi, mandamus, quatenus [*Alij, regulares*] puta † templarij, hoſpitalarij, vel quiuis alij [*potius*] quam principum, vt infra [*vigilare*] 44. diſtinctione, multis. 81. diſtin. oportet. 84. diſtin. nunciatum. ℣. eo. irrefragabili, in
3 fin. Hoſti. [*Obedientijs*] i. † prioratibus, quia ad obedientiam prælatorum tenentur, nec ſunt perpetuo concedendi, de ſtatu mona. c. 2. ver prioratus [*Pecunia*] quam ſi ex ſucceſſione, vel aliter acquirit, cedit monaſterio. C. de epiſcopis & cle. Deo nobis. §. hoc etiam, & in authen. de ſanctiſ. epiſcopis. §. nullam, & §. ſi monacus, vlt. colum. & 18. q. 2. ab
4 bates. & quid † de fugitiuo, vel q̃ ingreditur aliud monaſterium? aliquid tractauit hic Hoſtien. ſed
b plenius. ℣.[b] de regu. c. fi. & ibi videas [*Per curias*]
5 contra tales † prouidit concilium Vienen. de ſtatu mona. ne in agro. §. quia vero, & vide quod ibi no. in glo. quę incipit, de officio. hodie circa apoſtatas fugitiuos, & electos prouiſum eſt per conſtitutionem Benedicti, Paſtor bonus. Dicit Hoſtien. quod licet monacus ſcurrilitatis, vel vagationis cauſa in curijs eſſe non debeat, de abbatis tamen licentia poteſt eſſe, vt quotidie fit in obſequio principis, vel epiſcopi. tamen, vt dicit, propter propriũ quod acquirunt, & quædam alia id periculoſum eſt, de quo remittit ad ſummam, de maiorita. & & obedien. §. & quid, ver. ſi epiſcopus, & ſequenti. bene ergo dixit Hiero. ad Pauli. 2. B. Secularium
6 † & maxime potentum conſortium deuita: quid ibi neceſſe illa ſæpius videre, quorum contemptu monacus eſſe cepiſti, & omnino vide quod ibi pulchre ſequitur de ſorore Paulini [*Quoſcunque*]
7 aſſias quotieſcunque [*Prælatorum*] ideſt † Abbatum priorum, vel aliorum regularium. non enim omnes religioſi habent abbates, de ſtatu mona. c. fin. alij prælati vero, vt epiſcopi, non habent cuſtodiã nec adminiſtrationem pecuniæ monacalis. vnde non eſt in ipſorum manibus reſignanda, ſecundũ Inn. licet fateamur monacos, & abbates ipſis ſubeſſe, vt in gloſſ. [*Difficultate*] ideſt dilatione ſecundum Iacobum [*In vtilitatem*] Dicit Abbas, quod
8 hic ſoluitur quæſtio facti. duo † regulares admiſtrationes habebant, vnus tranſlatus ad aliam de
c conſenſu abbatis recepit[c] in ſe onus ſoluendi debita adminiſtrationis ſuæ prioris: opponitur ei, q̃ incidit in conſtitutionem, de ſol. ſi quorundam. per hanc litteram patet, quod non incidit, cum pe
d cunia congregata de obedientiis conuerti[d] poſſit in vtilitatem monaſterij de cõſenſu abbatis. & ſic res vnius adminiſtrationis de abbatis cõſenſu po
9 tuit alteri applicari [*Abbatis conſilium*] dicit † Innocen. quod vera littera de regiſtro debet eſſe, Arbitrij tui conſilium. Sed litera, Abbatis, erat in anti
e qua. dicit autem ipſe, quod ex ſpeciali prouiden
tia fuit hoc conceſſum archiepiſcopo,[e] qui cum diligens eſſet, & abbas negligens circa monacos vagos requirendos, iuſtum fuit potius requiri, & attendi ipſius archiepiſcopi conſilium; quam abbatis, tum vt deferatur honori archiepiſcopi, tum vt ipſius diligentia commendetur: tum vt puſilla nimitati abbatis conſulatur, qui forſan de facili concederet monaco, vt proprium retineret, & vt omnis fraus excludatur, ſecundum Innocen. ad hoc, de immu. eccle. aduerſus. & eſt ſimile, de ſententia excommunicatio. monaci [*Si prælati*] i.
10 † abbates, & priores, vel. i. epiſcopi ſuffraganei tui. ſed Innocen. intelligit de vtriſque, cum enim abbates, & diœceſani iuriſdictionem habeant, ambo ſunt monendi. vnde dicit hunc ordinem ſeruandum. Primo monebit abbatem, quod reuocet vagum monacum cum proprio, quod tenet. quod ſi negligens fuerit abbas, ſecundo monebit diœceſanum, vt ſuppleat negligentiam abbatis, argumen. de cenſibus, Romana. §. ſane, libro ſexto, qui ſi negligens ſit, monebit tertio ipſum monacum, quòd redeat, & proprium reſignet in manibus prælati, conuertendum &c. vt hic, quod ſi obedire noluerit, tunc archiepiſcopus illum compellet per ſuſpenſionem, vt hic dicit Hoſtien. concordat Pet. & Abb. quòd ſi hoc ſit notorium, quod vix aliter eſſe poteſt, ſublato huius monitionis circuitu, ſtatim poteſt hunc archiepiſcopus corrigere, vt patet, de cenſibus, Romana. §. notoria, libro ſexto. Sed & decens eſt ſecundum eum, quod fiat monitio etiam in notorijs, argumen. infra capitulo primo, & neceſſa-
11 rium † in occultis, vt appareat de negligentia prælatorum; quod apparebit per lapſum termini aſſignati, ſupra capitulo proximo. & facit quod nota. infra eodem, graue. dicit etiam, quod non eſt magna vis, an fiat monitio primo prælatis, ſecundo monacis, vel e conuerſo [*Suſpenſionem*] quid † operetur ſuſpenſio in monaco, de
12 quo hic Pet. & Abb. dicam infra de ſimo. dilectus. ſecundo. Et dicit Hoſtien. quod hoc reſpicit prælatos epiſcopos, qui ſuſpenduntur, cum per
f alium, quam per papam deponi[f] non poſſint. ſimile de clericis non reſiden. ex tuæ. Alij inferiores creſcente, & exigente contumacia poſſent etiam degradari, de iudic. cum non ab homine, vel detrudi in carcerem ad pœnitentiam agendam, de ſimo. de hoc, & capitulo dilectus, appella-
13 tione remota. infra eodem licet. ¶ † Penulti. gloſſ. not. allega. duo iura, ponit opinionem Hug. quam reprobat. ¶ In gloſſ. penultima [*ibi. l. 3.*] incipit, ſi filius. vide de ſenten. excommunicatio. cum voluntate, ſuper gloſſ. penultima, & leg. vnicam, quæ ſequitur, vide in eadem gloſſ. ¶ In
14 † gloſſ. [*ſic patet ibi, abbates*] ſi dicas, prælati. i. epiſcopi. nam ſi archiepiſcopo loquitur, ceſſabit hæc lectura [*& ibi, de perſona*] vbi de hoc, & duodecima, diſtinctione de his, & decima octaua quæſtione ſecunda, capitulo primo [*& ibi, Dicendum*] idem Lauren. Ioan. Vincen. Goffred. & Philip. dicit hic Inno-
15 cen. quod dicitur † coerctionem monaci primo loco ſpectare ad abbatem, poteſt hoc verum eſſe ſecundum quoſdam, ſi recepit benedictionem, cum per illam habeat plenitudinem officij: nec prius poterat benedicere monacos, nec portare
g baculum[g] paſtoralem. 71. diſtin. ca. 1. ſupra de ęta te. & qualita. cum contingat. Si vero non recepit, ſed tantum miniſter eſt tunc non poteſt coercere. 50. diſtincti. accedens. 93. diſtin. A ſubdiacono. 18. quæſtio. 2. hoc tantum. Dicit Hoſtien. quòd hoc dictum reprobare videtur. §. de elec. tranſmiſſam.
h vide qđ dixi. e. ti. venerabilem, in gl. ar. q̃, ad finẽ. h alij dicũt, q̃ in minoribus corripiet ipſum abbas,

vel prior. maioribus vero & grauioribus episcopus tantum,argu. 90. si quis maioribus monacus, de statu re.ea quæ. In his verò, quæ sunt regulæ, tenet Innocen. quòd magis spectat ad abbatem correctio,quàm ad episcopum, cum in eis magis debeat obedire abbati, quàm episcopo. facit qđ no.8.dist.quæ contra.11.q.3.qui resistit, & 33.q.5. noluit. corriget ergo eum abbas, & puniet, & etiã tandem expellet eum de monasterio ſm regulam a superiore approbatam:quia, ex quo ipsam superior approbauit,videtur ei concessisse, vt exequatur ea, quæ in regula continentur, quod dic vt legitur & no.j.de reg.c. 2. & c. Io. & c. fi. & si abbas ad hoc non sufficit, potest auxilium episcopi implorare.18.q.2.abbates,& c.se.& hic.Si autem monacus criminaliter accusetur, coram episcopo respondebit, cum minor eo causas criminales nequeat expedire; quod dic, vt legitur & no.s. de electio.transmissam.& sic intellige.18.q.2. monasteria,& vide infra,de præb. de monacis,super glo.2. in additione magna circa medium. Vbi verò agitur de pecunia,vel alia ciuili querimonia, non ha
16 bet locum quæstio: nec enim † potest monacus ciuiliter conueniri, cum nec proprium habeat. 12.q.j.nolo,& capitulo non dicatis. Quid ergo, si dum in scholis est,mutuum contraxerit? vtique,si sine licentia abbatis profectus sit,is,qui cum ipso contrahit, sibi poterit imputare. sinautem cum licentia, tunc videtur, quòd possit contrahere mu
i tuum[1] temperatum necessitate instante, arg. ff. nau.ca.sta.debet exercitor,& de instit. act.l.j.& per totum: sed in hoc casu.& vbicunque licitè contrahit,non conueniretur ipse monacus, sed abbas, vel monasterium.in quo quidem casu abbas non erit:quia non potest esse simul iudex,& reus, secũ dum Innocen. erit ad ordinarium recurrendum. & dicunt quidam,quòd etiam dum est in studio, potest monacus in hoc casu nomine monasterij conueniri,ar. ff.de iudic. si longius.j. de postu.c.2. Hostien. Quid si abbas habet sub se clericos seculares, vel etiam monacos in aliis monasterijs,& in alijs diœcesibus,nonne causas ciuiles talium poterit abbas audire, & diffinire? sic, cum habeat iurisdictio. ordinariam, vt patet in eo, quod not. s.eo. cum ab ecclesiarum. actor tamen non cogitur eos coram abbate conuenire.immo potest recurrere ad episcopum,& alios ordinarios.nec obstabit fieri exceptio,si forte dicatur, quòd primo conueniendi sunt sub abbate. nam hoc est in potestate actorum. & idem intelligas de plebanis,& omnibus aliis iurisdictionem habentibus, etiam
k si ab vniuersitate eligantur, secundum Innocen.[k] qui & scripsit hic, quòd iurisdictio.habent ab vniuersitate,sed potestatem excommunicandi, & cẽ
l suram ecclesiasticam exercendi a confirmatore.[l] nam excommunicatio est propriè mucro episcopal.24.q.3. corripiantur.16.q.2.c.j.Ab vniuersitate verò non habet potestatem aliquam nisi iudicandi;& forte mulctam modicam indicendi,secũ dum Innocen.qui dicit, quòd hodie de consuetudine plus iurisdi. habent in multis partibus: sed precedens dictum Hostien.non placet:quia quantumcunque eligantur prælati, nunquam debent exercere aliquam iurisdictionem, nisi primo sint confirmati,vel saltem a iure approbati. post confirmationem verò ipsam ritè exercent.ergo a solo confirmatore hanc recipiunt potestatem,ut patet in eo,quod legitur & no.s.de elec.nosti,& c.transmissam,& s.c.cum ab ecclesiarum.& illud est † no
17 tandum secundum Hostien.quòd si tales possunt audire causas subditorum suorũ clericorum aliarum diœcesum in suo monasterio: in alijs autem locis,siue diœcesibus ipsas audire de iure non pñt, ar.79. distinctio.c.j.s. de ætate & quali. cum contingat. nec mirum: quia idem est de episcopo, si in aliena diœcesi aliquos subditos clericos hẽat. nam & si causas ipsorum in sua diœce. possunt audire, non tamen in aliena. & est ratio: quia non potest ibi sedere pro tribunali sine licentia illius, cuius est diœcesis, ut patet in eo, quòd legitur & no s.ti.j.quòd translationem,& c.nouit, & de vsu pal.c. 5. in fi. & j. de sta. mona. in singulis.§. ordinentur, & nisi & hoc habeat ex priuilegio,ut j. de excessibus præla. accedentibus, ad finem: vel de
18 consue. iam præscripta. quæ † cum iurisdi. det in rebus, & personis,ut patet in eo, quod legitur & no. j. de foro competen. cum contingat,¦ multo fortius & in locis,ar.ff.de redhibito.act.iustissimè. 12. quæstio. j. præcipimus,dummodo ex hoc limites non contingat confundi: alioquin contra, ut patet in eo, quod legitur& no.j. de paroch.super
m eo.[m] j.de decimis, cum sint homines,in fi.Si quę
19 ras,quomodo potest † vnus episcopus habere subditos in alia diœce. respondeo eo modo, quo & abbas. sicut enim abbas potest habere ecclesias in alia diœce. quarum ratione clerici ipsarum ei subsunt; sic & multo fortius episcopus.verum tamen hæc subiectio de iure communi magis respicit temporalia, quam spiritualia,quamuis & vtra que respicere possit, ut patet in eo, quod legitur & no.j. de priuile. cum & plantare.§. in ecclesijs, secundum Hostien.

ADDITIONES.

a ¶Quanto.In versi.conuertendum,vide qualiter hoc intelligat.in c.cum ad monasterium, in glos. 2. de statu monac. Archidia.

b Plenius.j. Et de seru. fugi.cui quæratur, vide ff. de acquir. poss.l.j.§.per seruum.de putatiuo autem monaco, cui acquirat, vide Io.An.in spec.de sta.mo.super rubr.ver.Pileus, vbi vide, quis dicatur monacus putatiuus. & quid de monaco obligato religioni in genere, & sic sine monasterio,vi de Bar.ff.de stip.seruo.quod seruus.

c Recepit.An in permutantibus beneficia talis pœna sit licita, vide Io.An.in spec.de rerum perm. super rubr. versi. adhuc quæritur, & per Fede. de Senis in suo permutationis opere,quæst.penul.

d Conuerti. Contra facit l.j.C.de compen. & ibi, vide simile materiam.& vide in l.inter tutorem.ff.de admi.tuto. & ibi Bar.quæ faciunt ad istud,& si istæ obedientiæ sunt de mẽsa, de quibus in Cle.1. de sup.neg. præla. nullum dubium habet quæstio.

e Archiepiscopo. Non ipsi soli, sed aliis ordinariis in casu negligentiæ abbatis, vel prioris,vide Io.An.de sen.exc. monaci, & de usu pal.ex tuarum,in gl.tria.

f Deponi. Ab officio, vel beneficio: possunt tamen pro crimine alterius puniri per archiepiscopum,vide Io.An. de offic. ordi. vt litigantes,lib.6.& in spe. de le.§. super, eodem uer. sed nunquid legatus.

g Baculum. Vsus baculi pastoralis solis episcopis competit,nõ abbatibus,nisi ex priuilegio;vide de sacra unctio.c.1.in fi.cõ iuncto c.vt apostolicæ,& quod ibi no.Io.An. de priuil. li.6. & de excess.præla.accedentibus.

h Ad finem. Quasi velit, quòd per confirmationem solam sine benedictione possit vti iurisdictione: sed an ipsa benedictio habeatur pro confirmatione,videtur quòd sic: sic saluat opi. istorum quòd an sit verum, vide j.c.1.de sup.ne.præla. per Io.An.in gl.& licet confirmati.

i Mutuum.Vide gl.& ibi Io.An.in c.ex parte,de accu.& Guil. in spe.de acto.ver.item excipitur, quòd est monacus, & se.

K Innoc.Vide supra eo.cum ab ecclesiarum,per Io. An.super gl.fi.& gl.1.j.e.pastoralis,& Io. An,super illa,& de cẽsi. cum venerabilis,super glo.2.

l Confirmatore.Melius diceret,à iure cõi per confirmationis ministerium,de ele.trãsmissam,& ibi no.& vide in c.is,qui. j.de ma.& obe.in gl.fi. Io. An.

m Super eo. An autem iurisdictio in eccle. remotis a finibus possit præscribi,& quid de potestate ordi. in clericos alienæ diœcesis,ibi vide Io. An.in sua glo.mag.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab vno episcopo,ab alijs est vitandus,quem archiepiscopus per querelam aditus non absoluet,nisi primò remittat.*
Quando sit ad excommunicatorem remittendus; & si non remittendus sit, quid agendum sit à superiore, nu. 2. ad dictionem,remittat,& nu.6.
Ecclesia vna est,eod.nu.ver.quia vna sola.
3 *Iuratoriam cautionem quando sufficiat ab excommunicato præstari.An sit de substantia,nu.4.*
4 *Possum,pro debeo.*
5 *Absolutio excommunicati quomodo facienda,& quibus vocatis.*
Archiepiscopus cognoscit de iniusta excommunicatione suffraganei duplici ratione, ibid.& nu.6.De subditis eius in quibus,& quibus rationibus se possit intromittere,numero 8.& 9.
7 *Clausula,si quid residuũ fuerit quæstionis,vel similis refertur ad cognitionem principalis causæ, de qua non cognoscet absq; ea,vel simili delegatus.*
Delegatus, cui committitur absolutio cuiuspiam excommunicati an & de quibus possit cognoscere præter absolutionem, ibid.
9 *Ad metropolitanum potest episcopus remittere, quæ coram ipso inter subditos vertitur, causam: non tamen id facere debet malitiosè, nec quando agit contra subditum, & consentiente.*
Episcopus alterius non posset iurisdictionem prorogare sine consensu metropolitani,eo.nu.ver.Dicit tamen.
10 *Absolutus, qui non fecit ea, quæ sibi incumbebant,non reincidit,sed reducitur in excommunicationem.*
Reductio in sententiam excommunicationis quid differat à re incidentia in eam,ibid.
11 *Epilogus, Suffragium, & Additio glossarum.nume.12.13. & nu.14.*
Pœnæ quædam recesentur à canonibus ob diuersa crimina constitutę.eod.nu.13.
14 *Appellare non potest post decem dies excommunicatus, nisi requirat absolutionem, & ab ea denegata appellet, & ratio.*
Iter arreptum non habetur pro appellatione post sententiam. §.1.iuncta glòssa.

CAPVT VIII.

1 AD reprimendam. Cassus. Ab vno episcopo excõicatus,ab alijs est vitandus: & archiepiscopus per querelam aditus nõ absoluet, nisi primò remittat. & duo facit. Præmittit generale exordiũ, ex quo postea infert spãle mãdatum obseruari per alios. Ideoq; infert spẽm ex genere.Sic.s.e.cum ab ecclesiarum [*Aversis*] quia excõicatus in vna ecclesia est in omnibus,Gof.4.q.5.quis.j.de iudi.c.j. quia vna sola ecclesia.24.q.j.loquitur.ar.j.58.distin.si quis de alterius.18.di. placuit.so,vt ibi,in vlt.gl.[*Tu verò*]s.allocutus est cõiter metropolitanũ, & suffraganeos, hic specialiter alloquitur metropolitanum [*Cum*]
2 duplex † lectura.s.Cũ, pro quia. & cum, pro qñ, vt j.tangam[*Appellationis*]sequentis,Gof. [*Remittat*] de necessitate ſm quosdam,si non fuit appellatũ: aliàs secus. sed Da. hic dixit in neutro casu remittendum de necessitate;& hoc placuit hic Gof.sed Hostiẽ.dicit, quòd quicquid alibi scripserit,putat hoc esse de mente iuris, q̃ qualitercunque à metropolitano petatur absolutio, dũmodo non immineat ex mora periculum,de sententia excõicationis,sacro,& dummodo non sit notorium sententiam esse iniustam.j.de app.solicitudinem.§. si verò, nullo modo in aliquo alio casu absoluat sine conscientia illius, qui protulit,vt s.eo. cum ab ecclesiarum:quia potest esse,quòd lata est pro offensa notoria.j.de verb. signi. ex parte. vnde semper dẽt fieri remissio, vt per hoc metropolitanus certificetur; vtrum & qualis facienda sit absolutio,vt hic,& de rescriptis, ab excõicato, de officio dele.prudentiam.§.penul.& vlt. & c. cum contingat.Si absoluit eps,bene quidem. si non absoluit, nec aliquid rescribit,vel nõ rationabile, absoluat archiepiscopus, ut hic: si notoriam offensam allegat,citet partes & procedat,vt j. de sen. excom.solet,lib.6.vnde dicebat Innocen.quòd siue appellatum fuerit post sententiam, siue non, semper est remittendus ad excõicatorem, quando certum est tenere sententiam,vel dubitatur,an sit iusta,vt hic,& de sent. excom. sacro. vbi loquitur de non appellante.Si verò sit certum,sententiam esse in
a iustam,non est remittẽdus,siue fuerit appellatũ,[a] de app.solicitudinem,siue non; & sic potest intelligi decr.per tuas.§.q̃ si, ſm Inn. Ego puto ista satis expedita per decreta. venerabilibus,de sententia excom.li.6.[*Qui si noluerit*] j. tempus per te sibi assignatum.& facit quod not.s.eo. significauit, super ver.reuocare;& nihil rescripsit, vel nil rationabile
3 prætendit[*Iuratoria*] si † talis sit persona, q̃ hæc cautio sit sufficiens: alias non erit illa contentus. ff. de suspec.tuto.l.suspectus,de præsump.litteras,
4 Vincen. Idem Io. [*Poteris*].i.† debebis; & sic vult probare Hosti.q̃ cautio iuratoria sit de substãtia, de quo remittit,de sen.excom.cum desideres [*Exhibere*] vocatis † tamen his, quos tanget negociũ, & eo plenè discusso,& non aliter, vt probatur ſm Host. de appella.Romana.§.sententias,li.6.[*Constiterit*] partibus præsentibus.11.q.3. excõicatos, & vide quod ibi no.j.de mai.& obe. inter quattuor. cognoscit autem hic archiepiscopus de iniusta excõicatione:quia subditus conqueritur de episco-
6 po excommunicante, cuius † episcopi archiepiscopus iudex est. Sed & hoc facit archiepiscopus propter connexitatem causarum:quia hoc ipso,q̃ ad archiepiscopum vt ad ordinarium potestas deuoluitur absoluendi, per consequens & faciendi oĩa connexa.cognoscet ergo vtrũ iustè;& sic illum remittet ad mãdata excommunicatoris.an iniustè; & sic non remittet; & idem videtur de delegato, cui commissum est, quòd absoluat,iuncta clausula, quòd audiat,& diffiniat, si quid residuum fuerit quæstionis.& sic intellige de officio delegati,cũ contingat. & idem quando ista clausula, vel similis non iungitur in rescripto, sed simpliciter com-
7 mittitur,quòd absoluat. & est † ratio: quia dicta clausula,vel similis non refertur ad cognitionem iustæ,vel iniustæ excommunicationis, sed ad cognitionem causæ principalis,de qua delegatus nõ cognoscit,nisi p̃dicta clausula,vel similis apposita fuerit secundum Inno.& idem scripsi post eum.s. de rescriptis,ab excommunicato, super fi. vltimæ glo.& est ratio ſm Host. quia rescripta sunt stricti iuris.s.ti.2.P.& G.licet enim de principali non cognoscat,benè tamen cognoscit de notoria offensa,si de illa excipiatur,de sententia excommunicationis,soler. vbi autem non in modum contentionis, sed tanquam certum ministerium committitur absolutio, nihil habet cognoscere delegatus; quòd dic, vt de officio dele. c. fi. Quid si episco-
8 pus † petat per archiepiscopum suum subditum distringi ad mandata sua seruanda, vel puniri: quia contemnit excommunicationem per se latam in ipsum? Solut. non habet in hoc

casu archiepiscopus se intromittere: quia nō est ordinarius, sed iri debet ad arbitros. 11.q.j. si clericus contra clericum, ſm Inno. nā, vt dicit Host. de ſubditis ſuffraganeorum ſe non intromittit, niſi per querelam de epiſcopis, vel per appellationē adeatur. j. cap. 3. vel per relationem epiſcopi. 17.
9 di. multis. §. ti. j. licet. Sed nonne † referre videtur hoc ipſo, quòd conqueritur? Dicit Host. q̄ ſic habita diſtinctione. cauſam enim, quæ coram ipſo inter ſubditos vertitur, propter probabile dubiū, quod occurrit, etiam partibus inuitis referre pōt: ſed ſi maliciosè id faceret, puniendus eſſet. C. de legibus. l. 2. vbi verò agit epiſcopus contra ſubditū
b ciuiliter [b], nec expreſsè, nec tacitè poteſt epiſcopus inuito ſubdito referre negocium, ne illudatur illi. c. ſi clericus aduerſus clericum, & ne cogatur ſubditus ad metropolitanum remotiorem iudicē laborare, ar. de reſcriptis, nonnulli, de appel. vt de bitus: ſed ſubdito hoc conſentiente hoc poſſet: quia metropolitanus ordinarius eſt epiſcopi, & ſubditus poteſt de conſenſu ſui epiſcopi in non ſuum iudicem conſentire, de foro compet. ſignifi caſti, & c. Romana, lib. 6. Item poſſunt ambo in alium vt in arbitrum conſentire, qui & ordinarius erit ipſorum: quia iuriſdictionem habebit à cano
c ne ſupradicto, ſi clericus contra clericum [c]. Dicit tamen Hoſtien. q̄ alterius iuriſdictionem ordinariā ſine metropolitani cōſenſu in ſe prorogare nō poſſent in hoc caſu. nam ſicut in ſubdito epiſcopi requiritur conſenſus epiſcopi, ſic in epiſcopo conſenſus metropolitani, de for. cōp. ſignificaſti [*Contra iuſtitiam*] vt quia citatio non peruenit ad eum. ff. quæ ſen. ſi. app. re. l. j. §. item cum, Vinc. [*De quo*] ideſt propter quod [*Eum*]. ſ. contumacem [*Appellatione remota*] quia notorium eſt delictum. de appel. conſuluit, & c. peruenit. i. [*Reducere*] ſic. §. e. ſignificauit, in fi. & per hoc notauit Pe. quòd † abſolutus
10 qui cauit ſatisfacere, vel ſtare mandato excōmunicatoris, licet id non faciat, non reincidit, ſed reducitur per ſentētiam; quod dic hodie, vt j. de ſen
11 ten. excō. eos, li. 6. ¶ Secunda † gl. ponit 10. ſpecies pœnarum. ¶ Penu. gl. ponit dictum. s. contrarium, & ſoluit. ¶ Vlti. glo. no. duo præſumi pro ſententia &c. & q̄ nil præcipitur abſoluto &c. ¶ In † glo.
12 pen. [*ibi, lege ſecunda*] appellans ipſo die apud acta
13 ſatis eſt, ſi dicat, appello. ¶ In † glo. 2. [*ibi, Traditionem*] in his, qui per ſe falſant litteras Papæ [*& ibi, in monaſterio*] in eo, qui chartam falſat, vel falſum teſtimonium dicit [*& ibi, Tantummodo*] in homicida poſtmodum promoto [*& ibi, Suſpenſionem*] in presbitero infamato, donec ſe purget, & in concubinario [*& ibi, excommunicationem*] in uerberante clericum, vel eccleſiaſticam perſonam [*& ibi, Priuationem*] in clerico, qui in ſacris fœminam ducit [*& ibi, Ad tempus*] in presbytero fornicatore, & clerico, q̄ deſeruit proprium epiſcopum [*& ibi, Officij tantum*] in presbytero non legalibus nuptijs detento [*& ibi, Beneficij*] in eo, qui ambitiosè tranſit ad ſecundā eccleſiam [*& ibi, Communionis*] in clerico ebrioſo [*& in fine*] Hoſt. de hoc plenius in ſumma, de pœnis. §. quot ſint ſpecies. ¶ In glo. hoc ideo [*ibi. §. 1.*] & ibi no. huius ratio, & hic per Goff. & ibi dicam, quid de hoc no. Hoſtien. [*& ibi, Concedo*] ſecūdum
14 Ioan. & Vincen. [*& in fine*] dic, q̄ † poſt 10. dies non appellat. ſed ſi epiſcopus quandocunq; requiſitus nollet abſoluere, iſtud eſſet grauamen, à quo bene poſſet appellare, & eſt bene notandum, ſecūdū
d Abbatem. [d] ¶ In gl. ſic [*ibi, Poſt ſententiam.*] vel non habetur pro appellatione in archiepiſcopo. Da. Ioan. Vincen. Tan. Phi. de hoc in præallega. decreta. dilecti. ¶ In gloſſa vltima. [*ibi, Quoniam contra*] per quam decre. dixit hic Ioan. & malè. quòd non præſumitur pro ſententia, Vinc. [*& in fine*] in vlti. glo.

ADDITIONES.

a Appellatum. Si eſt appellatum, & ab ordinario, non debet neceſſario fieri remiſſio per archiepiſcopum: poteſt tamen fieri, ſi vult, vt quòd ſi appelletur a deleg. non debet facere remiſſionem: quia per commiſſionem priuatus eſt delegatus iuriſdictione, de offi. dele. paſtoralis. propterea vide dictum Io. Calde. in c. ab excommunicato.

b Ciuiliter. Secus, ſi criminaliter: quo caſu non habet locum. c. ſi clericus contra, præalle. vt no. glo. pe. j. eod. irrefragabili, ſed uide Io. An. ſuper illa, qui ad hoc dicit verum eſſe, ſed non in caſu illius. c. quia ciuiliter ibi agitur.

c Clericum. In arbitris ſecundum materiam illius. c. nullum dubium: ſed de alijs arbitris, an per clericos poſſint adiri, vi de de for. comp. ſi diligenti, in fi. j. gl. & Io. And. de arbitris, peruenit, ſuper gl. fin.

d Secundum Abbatem. Et ſic vides, q̄ talis ſententia, quantū ad inſtan. tranſit in rem iudicatam, & retractatur per viam querelæ. glo. in c. ex litteris, de in inte. reſtitutio. Glo. ma. in fin. in c. ex parte. M. de reſtitutio. ſpolia. quod per uiā nullitatis conceditur, vt ſcripſi in c. ad audientiam, §. de reſcri. & intellige dicta. §. etiam poſt. 10. dies a die ſententiæ excommunicationis. j. tñ 10. dies a die requiſitionis, ſiue grauaminis, ſiue repulſionis: quia iſtud eſt grauamen ſucceſſiuū, & quod quotidie oritur, iuxta no. in c. dilectus filius. I. Saracenus, & quòd infra 10. dies a ſententia excommunicationis debeat appellari, facit. c. præterea, de ap. & ibi quid ſi lata ſub condi. & quod hic dicitur de ſent. excom. quòd infra 10. dies, idem in cauſa matrimoniali, vt ſcripſi in c. later, qui fi. ſint legi. de re iudi. & quod dixi de grauamine, quando requiſiuit, facit, quòd licet ab interlocutoria debeat appellari infra 10. dies, tamen, ſi pars requiſiuerit iudicem, vt eam reuocet, ſi non reuocet, ab illa requiſitione infra 10. dies poſſit appellari, an ſit verum, cogita. ſed uide ſpe. in ti. de app. §. reſtat, uerſi. ſed quid dices, & quod ſcripſi. 2. q. 6. anteriorum, Archidia.

SVMMARIVM.

1 *Factio Romei Bononię quo tempore fuerit, & quoties expulſa.*
Ioannes Andreę auctor huius operis anno. 1321. menſe Auguſto erat in humanis, ibid.
2 *Patriarcha non cognoſcit de cauſis ſubiectorum archiepiſcoporum, vel epiſcoporum ſuorum, niſi in caſibus, & quibus, & nu. 5.*
3 *Metropolitanus abſq; primate facit prouinciale concilium.*
4 *Priſca, pro præſcripta.*
Epiſcopis omnes de eorum diœceſi ſubiacent, non alijs, excepto Papa, & legato, ibid.
5 *Subditi eporum nec volūtarij poſſunt audiri a metropolitano ſine epiſcoporum conſenſu.*
Epiſcopus quòd agat pro parochiali eccleſia ſibi ſubiecta, & pro ſubditis, reijcit in alia loca, ibid.
6 *Epilogus, & Suffragium gloſſa. nu. 7.*
Per temporis diuturnitatem an obligatio inducatur, iuſta gl. & nu. 9.
In poſſeſſione qui eſt, in ea tuendus, niſi in caſibus, ad verſic. Harum.
Immunitas perſonis data cum perſonis extinguitur, non data rebus, §. 1. & nu. 9. §. 1.
8 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
Patriarcharum maior dignitas, & honor, quàm primatum, & quorum, ibid. nu. 8.
9 *Conſuetudo dat iuris dictionem etiam priuato, ibid.*

CAPVT IX.

1 DVo ſimul. Partialitates † contrariæ in ciuitate Bononi. diu regnare nō poſſunt: ſic addebam 1321. Auguſti, reaſſumendo lectiones, quas hic dimiſeramus in expulſione partis Romæi, q̄ prius expulſa fuerat decimoſeptimo Iulij, Caſus.

2 Caſus. Patriarcha † non cognoſcit de cauſis ſubiectorum archiepiſcoporum, vel epiſcoporum ſuorum, niſi de priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, vel appellationis remedio. & in prima deciſa conſultatio. in ſecunda reſponſio ibi, conſul-
3 tationi [*Nihil iuris*] vnde † metropolitanus ſine primate facit prouinciale concilium. 18. diſtinctio. capitulo primo, vbi de hoc [*Præ cęteris*] me-
4 tropolitanis [*Priſca*] ideſt † præſcripta [*Eccleſiis*] quo ad propoſitum, ideſt cathedralium eccleſiarum epiſcopis, vt eis & non alijs, ſaluo Papa, & legato, omnes de diœceſi de iure communi ſubiaceāt, decima quæſtione prima, regenda [*Voluerint*] & tu paratus es cum effectu iuſticiam exhibere, & ex quo requiſitus eſſet epiſcopus, quòd iuſtitiam faceret. & ſic legendo ſumi poſſet arg. à contrario; aliàs ſupplendum eſt, maximè, vt dicit glo. & Pet.
5 exponit, ideſt velle debuerint [*Compelli*] ſed † nec voluntarij audiuntur, niſi conſenſus epiſcopi intercedat, de foro competen. ſignificaſti, & dixi. §. c. proximo. & not. quidam per hoc, quòd vbi ſubditi grauantur, ordinarius agere poterit; ad idem, de officio Archidia. c. fin. ſed dicit Innocen. quòd potius proſequuntur hic ordinarij ſubditorū cauſam ſuam, ſ. ſubtractionem iurisdictionis ſuæ, quā iniuriam ſubditorum. quòd autem epiſcopus agat pro parochiali eccleſia ſibi ſubiecta, remittit
a Hoſtien. de ſucceſ. ab inteſta. [a] cap. fin. de prima
b autem vide, quod dicam. j. de appella. dilectis. [b]
6 [*Ad eius*] ſcilicet patriarchæ. ¶ Tertia † gloſſa, arguit diuturnitatem temporis &c. allega. 4. iura, & tria in contrarium, & ſoluit. ¶ Antepenultim.
7 gloſſa, arguit Papam poſſe &c. ¶ In † gloſſa tertia [*ibi. l. litibus*] vide de ludæis. c. 2. in 3. glo. [*& ibi, Harum*] parum facit. vide de ſepul. in noſtra, ſuper. 5. gloſſa [*& ibi, lege penultima*] cum de via, itinere, actu, & aquæductu agitur, aut præſtatur cautio, quam diu de iure ſuo quis doceat, non impediturum agentem poſſeſſorio: aut agens petitorio cauet ſine præiudicio perdendæ ſeruitutis ſe non vſurū, donec quæſtio terminatur. ¶ In gloſſa priuilegia [*ibi, ętatem, in fine*] immunitas perſonis data cū per-
8 ſonis extinguitur: data rebus non. ¶ In † gloſſa prima [*ibi, conqueſtus*] & dixit hic Ioan. quòd propter illud c. ſuperfluè ponebatur hic iſtud, nec aliter gloſſauit. ¶ In gloſſa ſecunda [*in fine*] maior tamen eſt dignitas. 4. principalium, & plus honoris illis debetur, de priuile. antiqua, de præb. graue, in fine. ¶ In gloſſa tertia, ibi [*Peruenit*] vbi de hoc.
9 Dicit Hoſtien. tempus † non eſt modus inducendi obligationem: quia nec tollendi. ff. de actio. & obli. obligationum ferè. §. placet: ſed conſuetudo dat iuriſdictionem, vt hic, & C. de emanci. l. j. 9. qō. 3. conqueſtus, etiam priuato, de foro comp. cū contingat. Item tempus inducit præſcriptionē, ex qua ius acquiritur. j. de præſcriptio. per totum. Item quandoque tempus inducit præſumptionē iuris, & de iure. ff. de vſu. cum de in rem verſo: obligationem non, vt in contrarijs, & C. de pactis, ſi certis, & C. de vſuris, creditor. inducit tamen paci ficam poſſeſſionem, a qua non remouetur quis ſine cauſa, vt ſequitur in gloſſa. ¶ In gloſſa priuilegia [*in fine*] j. de regu. iur. priuilegium, lib. 6. ¶ In glo. argu. quod [*ibi, Dubitat*] de epiſcopo verò dubitatur, & de eo not. de religio. dom. conſtitutus. ¶ In glo. pen. [*ibi, Maximē*] Idem Inn. fuit eius tempore hæc glo. quæ fuit additio.

b Dilectis. In glo. no. appellationem, & uide de priui. c. auctoritate, li. 6. in gl. & ſuper illa Io. An. & Bar. Bal. & Sal. in I. ſancimus. C. de ſacr. ſan. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrationem ſuffraganei poteſt archiepiſcopus etiam non impeditus committere, & cui, nu. 2. & a quo principaliter fiat, licet ſint tres, numero 4.*
5 *Epilogus, & Additio gloſſarum. nu. 6.*
7 *Imperij meri, miſti, & iuris dictionis quæ ſint, remiſſ.*

CAPVT X.

1 QVod ſedem. Caſus. Archiepiſcop° † impeditus conſecrationem ſuffraganei cōmittere poteſt. Communis diuiſio. 2. ibi, conſultationi [*Iuſta cauſa*] ergo non impeditus non committet; ad quod facit principium reſponſionis. Dicit tamen Hoſtien. verum hoc de honeſtate. cum enim a iure habeat, quòd committere poſſit, etiā
a non impeditus committet; ad hoc. §. c. proximo. [a] de officio delega. paſtoralis, in princip. inducit in contrarium: quia ſicut epiſcopus conſecrationē ab alio recipere non poteſt niſi de metropolitani licentia, ita nec metropolitanus debet alij committere poſſe ſine conſcientia ordinandi, de quo remittit, de foro competen. ſignificaſti [*Coepiſcoporum*] licet honeſtum † ſit ſuffraganeo committere, poteſt tamen committere cuilibet epiſcopo; ad hoc de conſecratio. eccle. vel alta. aqua, & de hoc, de electio. ſuffraganeis, Hoſtien. [*& infra*] &
b vtrum conſecrandus [b] munus conſecrationis ab eo recipere teneatur [*Conſtituto*] honeſtatem reſpi
3 cit, vt prædixi [*Debet*] interdum † enim, licet valeat commiſſio, non cogitur quis eam recipere, in fra capitulo proximo: arctatur autem conſecrandus, ut conſecrationem a tali recipiat, & currunt tempora conſecrationis cum ſuis pœnis, de electio. cum in cunctis, de transla. capitulo ſecundo
4 [*Ab eo*] & hoc dicit, quia licet † tres ſint epiſcopi in conſecratione, vnus eſt, qui principaliter con
c ſecrat vice metropolitica [*Dummodo*] [c] ac ſi dicat ſecundum Hoſtien. quòd hac ſola de cauſa poterit ſe excuſare. ¶ Prima † glo. repetens textum
5 addit, Quomodo archiepiſcopus cogere poteſt eum, cui committit, & ad quid tenetur conſecratus, diſtinguit. demum inter ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinis, cauſam reddit. in fine dicit merum imperium ſecundum canones delegari.
6 ¶ In † gloſſa prima [*ibi, ea non habent*] nam & ipſi ea præſcribere poſſunt, de exceſſib. prælato. accedentibus; quod intellige, vt ibi dixi [*& ibi, Non habent*] puta, qui non poſſent illa preſcribere, de conſuetudine, quanto [*& ibi, pontifices*] & infra, de tempor. ordinan. cum nullus, libro ſexto [*& ibi, depoſitio.*] de excommunicatione vide, infra capitulo proximo, in principio. [*& ibi, Meri imperij*]
7 quæ ſint † meri imperij, & quæ mixti, & quæ iuriſdictionis, vide plenè in ſpeculo, de iuriſdictione omnium iudicum. §. primo, verſicul. notan-
d dum [d] quoque, & ſequentibus [*& ibi, illud*] vbi de hoc, & nonageſimaquinta diſtinctione, capitulo primo, & infr. de rapt. in archiepiſcopatu, & infra de reſtitution. in integrum, capitulo penultimo, & in ſpecu. titulo primo. §. fina. verſi. Item, quòd eſt deleg. in cauſa.

ADDITIONES.

a Ab inteſta. Et de reſti. ſpo. olim, lo primo, in gl. ma. Ioā. An. & in c. cum deputati, de iudic. in gloſ. ma. & de teſti. cum olim.

ADDITIONES.

a Proximo. Quid faciat ad hoc ille tex. non apparet: sed in lectu. Hostien. sicut dicit, potest committere, cum à iure communi hoc habeat, & de antiqua consuetudine quotidie committit, vt ſ. c. prox. & de of. dele. pastoralis, quod Io. An. non ponit.

b Consecrandus. Si alij illam committat, non autem si solum consecrando mandet, vt à tali se faciat consecrari: quia ista differunt; vide Ioan. And. in c. significasti, præallega. super glòſſa 2.

c Dummodo. Dictio, dummodo, & dumtamen, an importet conditionem, an modum, vide Io. And. in c. ex tuarũ, de vſu pa. ſuper ver. dummodo, & de præben. non potest, lib. 6. & in ſpe. de cle. non reſi. in prin. & Bar. in l. quibus diebus §. Termilius. ff. de cond. & demon.

d Notandum. Et ibi per Io. An. in uer. ſequentibus, & plenius per Bar. in l. imperium. ff. de iuriſ. om. iu.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus cauſam ad ſe delatam per appellationem ſubdito ſuffraganei committere poteſt: ſed illum ad ſuſcipiendum nequit compellere, & nu. 5. & quare nu. 24. ſed ſuffraganeum ad eum compellendum.*
Poſſeſſionem reſtituere, & abſoluere excommunicatum mortuo delegato, qui eam dedit, & excommunicauit, qui poſſit, ibid.
Præſcriptio annalis mortuo delegato, qui poſſeſſionem dedit actori, quomodo interrumpatur, ibid. & nu. 11.
Coram ordinario, vel perſonis publicis ob defectum delegati cauſæ fit, quod coram eo fieri debebat ad præſcriptionis interruptionem. vide nu. 11. qui quæue ſint hi.
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Animaduertere quid ſignificet.*
Gratia dei eſt vita animarum, ibid.
4 *Excommunicatio eſt meri imperij.*
Relatiuum quod accipitur pro diſtributiuo, ibid.
6 *Appellationis iudex non committit cauſam, ſed examinat per ſe, ſed hoc non in omnibus habet locum, & in quibus, & ratio, nu. 7.*
7 *Minus non habet, qui habet maius, & in quo caſu.*
Priuilegia vnicuiq; eccleſiæ ſeruanda, ibid.
Ordo non confundendus eccleſiaſticus, ibid.
8 *Abſoluere ab excommunicatione, quam inflixit, quãdo poſſit delegatus, vel eius ſucceſſor.*
9 *Manifeſtum, & præſumptum æquiparantur.*
Suppletio fit ad contextum, ibid.
Contra contumaces quæ ſint poditę pœnæ, ibid.
10 *Iudicandi officium oneroſum, & honorificum.*
11 *Perſonæ publicę qui dicantur, in fine.*
12 *Quaſi preſcriptio quare dicatur.*
13 *Præſcriptio templarij poſſitne coram teſtibus interrumpi.*
14 *Epilogus, & Suffragium gloſſar. nu. 15.*
Ordinarius an poſſit de cauſis ſubditorum ſuorum cognoſcere, & nu. 16. 17. 18. 19.
Minor magiſtratus non habet poteſtatem in maiorem. §. 2.
Succeſſor, partibus eius fungitur, in cuius locum ſuccedit. §. 3. & nu. 27. §. 1.
Poſſeſſor verus dicitur poſt annum & non ante, & an opus ſit ſecundo decreto. §. 4. & nu. 27. §. 3.
16 *Additio gloſſarum.*
17 *Præuentioni locus eſt in cauſis communibus multis ordinarijs, ſaluo iure ſpeciali, & quando ſimul citarunt, quis præfertur, nu. 19.*
18 *Ius commune tollere non poteſt epiſcopus nec inducere.*
19 *Maior præfertur in concurſu eiuſdem actus.*
20 *Archiepiſcopus habet iuriſdictionem archiepiſcopalem in tota prouincia, ſed non epiſcopalem.*
Ab vniuerſo in quemlibet argumentum non valet, & exempla, ibidem.
Iuris dictionis exercitium non habet aliquando, qui iuris dictionem habet, ibid. ver. ſic archiepiſcopus.
21 *Si excommunicauit archiepiſcopus quem in caſu non ſuo, non tenet ſententia, nec abſoluere ligatum ab epiſcopo, niſi in caſibus, licet ſecus ſit in epiſcopo quò ad ſubditos ciuitatis ſuæ.*
22 *Iuris dictio ordinaria deuoluitur ad delegatum ex cauſa.*
23 *Archiepiſcopus in quibus caſibus exerceat in prouinciam iuris dictionem.*
25 *Appellatio non dat iuris dictionem niſi inter perſonas contro uertentes.*
26 *Abſoluere quibus caſibus poſſit ab excommunicatione laicus, & quos.*
Abſolutus à laico in caſibus hic expreſſis ſi euadat mortem, vel eius hæres ad excommunicatorẽ debet recurrere, eiq; humiliter obedire, eodem numero, ad fin. verſi. In omnibus.
27 *Prægnans mulier cum partui propinquat, an poſſit abſolui per ordinarium in caſibus ſpectantibus ad Papam.*
28 *Citatio non perpetuat actionem, licet iuris dictionem perpetuet.*
Non præſcribit periurus, ibid.
29 *Poſſeſſorium prius intentandum eſt, ſi fieri poteſt, quam rem petere.*

CAPVT XI.

1 **Pastoralis.** Casus. Archiepiſcopus † causam ad ſe per appellationem delatam ſubdito ſuffraganei cõmittere poteſt: ſed illum ad ſuſcipiendum compellere nequit, mortuo delegato Papæ, qui excommunicauit reum, vel actorẽ in poſſeſſionem induxit, ſi eius ſucceſſor in delegatione ſuccedit, abſoluere, & poſſeſſionem reſtituere poterit: aliàs ſolus Papa reſtituet, & abſoluet præterquam in mortis articulo. ne tamen currat præſcriptio annalis, reus coram ordinario, vel publicis perſonis de ſtando iuri præbeat cautionem.

2 & ſunt † duæ principales partes. 2. ibi, præterea. & quælibet ſubdiuiditur, vt ſatis patet [*Per appell.*] ſupple, vel aliàs iur. metropolitico: ſecus, ſi legatus eſſet, vel delegatus principis [*ſubdito*] illius dię ceſis, de qua eſt appellatum; quod dic, vt infr. eodem, vt litigantes, libro ſexto [*Animaduertere*] ideſt

3 † ſententiam pœnalem proferre: aliàs animaduertere: i. ab anima humana animam vertere. i. gratiam dei, quæ ſecundum Auguſt. verè eſt vita

a animarum, quod intelligas per excommunicationem, vndecima quæſtione tertia, nemo. 2. eſt

4 ergo † excommunicatio de mero imperio, argu. hic, & ff. de iuriſdictio. omnium iud. l. imperium, ſecundum Hoſtien. qui remittit, de homi. pro humani, verſi. cum igitur. ipſe tamen. ſ. c. proxim. reſtringebat hoc ad anathema, de reb. eccleſi. non alien. ſi quis [*Ad quod*]. i. quorum quodlibet [*Ipſum*] ſubditum ſuffraganei [*Nequit*] concor. de foro competen. Romana. §. j. libro 6. [*Inuitum*] reſtat

5 † ergo, quòd voluntario bene poteſt committere. & ſic ſoluitur prima quæſtio. non ergo erit deluſoria commiſſio, ſi fiat in volentem. Item poterit archiepiſcopus compellere ſuffraganeum, q̃ ſuum ſubditum compellat, vt delegationem ſuſcipiat, quòd ſi infr. tempus congruum ad hoc aſſignatum non fecerit, nec aliquid iuſtum prætenderit, ipſe cogat vtrunque, argu. ſ. eod. quan-

b to, in fin. ad hoc, verſi. licet, qui [b] ſtatim ſequitur.

6 ſed contra id, quod † primò dixi, quòd valet commiſſio, eſt expreſſum in auctẽ. vt defunct. ſeu ſu. §. penultimo. colla. 6. vbi dicitur, quòd iudex appellationis non committit, ſed per ſe examinat,

minat, & de hoc, de off. dele. ſuſpicionis. §. intẽtionis, in gl. 2. ibi videas. Dicit hic Hoſti. q̃ poſſet dici hoc ſpeciale in archiepiſcopis, & alijs, qui ſubſunt immediatè Papæ, poſſunt committere, ne grauentur partes ex remotione locorum eundo ad Pa-

c pã, [c] ar. in auctẽ. de quæſtore, colla. 6. cum enim à tali delegato bene valeat appellari, non eſt ibi medium, qui per talem delegationem fraudari

7 poſſit [*licet epiſcopus*] ſed quare † nõ haber minus, habens maius? contra id, de decimis, ex parte. 3. Dicit Hoſtien. hoc ideò, vt cuique eccleſiæ ſua priuilegia ſeruentur, & ne ordo eccleſiaſticus cõfundatur. ſ. eod. duo. 10. quæſtio. j. peruenit [*Præterea*] §. & pars. 2. [*Delegato*] rebus humanis exempto, qđ

8 eſt infr. [*Contumaciam*] interuenientem † ante litem conteſt. ſi enim fuiſſet excommunicatus propter contumaciam: quia nõ parebat ſententiæ, & lapſus eſt annus, vlterius nec delegatus, nec ſucceſſor

d abſolueret, [d] de officio delegati, ſecundum Pe. &

9 [*Manifeſtam*] vel † præſumptam, vnde Pet. & Abb. ſup. maximè [*Induxit*] hæ pœnæ contra contumaces prodiræ ſunt. ſ. vt lite non conteſta. tuæ [*Exemplo*]. i. mortuo. ſic ſ. de officio delega. vno. Hoſtiẽ. [*Eidem*] excommunicato, vel miſſionem paſſo [*Delegatus*] qui excommunicauit, vel in poſſeſſionem

10 miſit [*Onere*]. i. delegationis, & ſic patet † iudicandi officium oneroſum. ff. de mu. & ho. l. vlt. §. iudican di. ff. de vaca. mu. l. prætor. §. qui non habet. eſt & honor, vt ſequitur, de appel. vt debitus. vel loquitur de honore dignitatis, in qua ſuccedit delegatus [*ne alius*] ſcilicet actor [*ordinario*] not. hic per

11 Pe. Abb. & Egi. ſcilicet, quòd tutum † eſt, quòd coram ordinario illius cauſæ fiat oblatio, valet tamen. ſi fiat coram alio. Item quòd valet, ſi non ſeruetur hic ordo. Item quæ ſint perſonæ publicæ. Item quòd ſufficit vna. Item quòd non eſt neceſſe actorem citari, vide quaſi ad litteram in ſpec. de primo decreto. §. iam de effectu, verſi. & no. quòd præmiſſa, cum verſi. ſequentibus. de ordine tamẽ tenendo vide, quod dicam, de eo, qui mit. c. j. ſuper glo. ſi vero, in fi. [*Si eius*]. (. ordinarij [*Coram publicis*] puta ſacerdotibus, vel tabellionibus, vel vicinis, & alijs bonis viris, Hoſtien. [*Quaſi præſcriptionem*]. i. ve-

12 rè † præſcriptionem. vel conuerte ſcilicet, vt præſcriptionem quaſi interrumpat. cum enim non ſit vera interruptiò: quia non ſit coram iudice, ideò dicit, quaſi, ſecundum Hoſtien. vel ſecundum Pet. & Abb. dicitur quaſi præſcriptio: quia per ipſam non præſcribitur proprietas, ſed poſſeſſio tantum [*Vt ſic*] ſ. præſtita cautione. ſ. annum [*Recuperare*] purgata contumacia, & malitia per hanc quaſi interruptionem officio iudicis implorato, vel ſimpliciter facto propoſito. ſ. de iudi. dilecti, Hoſtien. [*Mereatur*] arguebat Vincẽ. per hunc

13 finem, quòd † præſcriptio templarij poſſit coram teſtibus interrumpi. 16. quæſt. 3. §. poteſt. dicit tamen, quòd credit contrarium, cum ille. §. ponat

14 caſus ſpeciales. ¶ Prima † glo. quærit, ponit opin. Ioan. quam approbat. ¶ Secunda gloſſa, reſpondet per quæſtionem, an archiepiſcopus ſit ordinarius prouinciæ: ponit primò duas opi. vlt. opin. Tanc. qui dicit eum non ordinarium, niſi in caſibus, & enumerat. 12. ¶ Tertia gloſſa obijcit, & ſoluit. ¶ Glo. [*quo caſu*] tractat, an in periculo mortis laicus poſſit abſoluere: tenuit olim, quòd ſic: ponebat opinio. contrariam, quam improbat, & hoc in addi. correxit. interſerit quæſtionem, an nõ obſeſſum, vel transfretantem &c. ponit opinio. Vincen. quam determinat. ¶ Gloſſa [*ex hoc*] not. ſecundum decretum &c. alleg. vnam concor. allega. iura in contrarium, & remittit. ¶ Penultima gloſſa, quærit, & ſoluit; iterum quærit, & ſoluit.

¶ Vltima gloſſa dat tria ſimilia in princ. & vnum in fin. medium tractat, quid ſi ille nolit recipere.

15 ¶ In prima † glo. [*ibi, iudicium*] ſoluꝫtur iudicium vetante eo, qui iudicare iuſſit, vel eo, qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet. ¶ In gl. tertia [*ibi, lege vna*] vide de officio vic. ſua, in tertia gloſſa. ¶ In gloſſa, C. ſi [*ibi, Aduerſus*] vide. ſ. ti. j. ſtuduiſti, ſuper quarta gloſſa [*& ibi, Minor magiſtratus*] ſequitur, cõtra ſententiam maioris non reſtituet. ¶ In gloſſa, ſ. de. [*ibi, Mortuo iudice*] vide ſ. titulo ſecundo, quoniam abbas, ſuper 3. gloſſa [*& ibi. §. nihil intereſt*] ſequitur, ſi ſucceſſor argentarij, vel pater, vel dominus fuerit eiuſdẽ profeſſionis: quia, cum in locum &c. ¶ In gloſſa, ex hoc [*ibi, lege tertia, §. vltimo*] vide, ſ. titulo ſecundo, conſultationibus, ſuper gloſſa ſecunda [*& ibi. §. Si quis autem*] & §. ſeq. poſſeſſor in perſonali ex primo decreto non deijcit poſſeſſorem [*& ibi, §. Iulian.*] miſſus in poſſeſſionem cauſa damni infecti non capit dominium ante ſecundum decretum. ¶ In gloſſa, C. de. [*ibi, vt perfectius*] can. in §. ſtatim allega. [*& ibi, fancimus*] lex vltima, eſt, & vide in c. ſtatim allega. ſuper gloſſa penultima [*ibi, Et generaliter*] vide de præſcriptionibus, ſi diligenti, in gloſſa penultima. & ſuper ea. ¶ In gloſſa vltima [*ibi, Is qui deſtinauit*] vide de cauſa poſſeſſio. cum eccle-

16 ſia, in gloſſa ſecunda. ¶ † In gloſſa prima, ibi, Tan. & Vincen. Lauren. Philip. Goffred. qui etiam dicunt hoc eſſe de antiqua & approbata conſuetudine. Idem Hoſtien. niſi de ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine aliud appareret quò ad quędã. remittit autem ad ea, quæ no. in ſumma, eodem titul. §. quid pertinet, ſub. §. ſunt autem diſtincte, verſi. quid de ſubditis, & ſe. & de hoc in ſpecu. de

e ordinario. §. j. verſi. prætermiſſis [e] [*& ibi, Deferantur*] Dixit Hoſtien. quòd ſecundum hanc opinio. ſequeretur, quòd de archipresbytero ſubiecto archidiaco. non poſſet ad epiſcopum appellari propter rationem, quæ ſequitur in gloſſa [*& ibi, Verius credo*] ego dico ſaluo iure † ſpeciali, quòd de

17 iure communi in iuriſdictio. epiſcopi, & prælati ſibi ſubiecti locus eſt præuentioni. nec mirum: quia & iuriſdictio Papæ præuenitur per inferiorem ordinarium. de appella. vt debitus. ergo & iuriſdictio epiſcopi per ſuum inferiorem. de iure ſpeciali ideò dixi, quia fateor, inferiori prælato de priuilegio, vel conſuetudine poſſe competere, quòd prius debeat eſſe cauſa coram ipſo; & tunc in his non poſſet per epiſcopum præueniri. hoc probatur, de officio Archidiac. c. fi. de foro competen. cum contingat, infr. eodem, irrefragabili. §. exceſſus, & quod not. infr. eodem. c. penulti. in glo. fina. aliàs autem is, qui primò citauit, epi-

f ſcopus, vel inferior ordinarius, ille procedet. [f] Et ad hanc partem, quòd epiſcopus inferiorem prius citantem impedire non poſſit, Bonaguid. ſupra eodem, cum ab eccleſiarum, inducit, quòd

18 epiſcopus † ius commune tollere non poteſt, cum nec poſſit illud inducere, ſic ſecundum eum arguit lex. ff. de lega. 3. ſi quis, de lega. j. l. nemo, de ſentent. excommunicatio. inter alia. ¶ Sed quid

19 ſi ſimul † citarunt ambo, ita, quòd non apparet quis primo? puto argum. decret. ſi a ſede, de præbend. libro ſexto, quòd coram epiſcopo debeat eſſe iudicium [*Et in fine*] de hoc 50. diſtinction. in

g capite, g & ibi Barto. Brixien. contradixit, Ioan. ¶ In gloſſa ſecunda [*ibi, capitulo ſecundo*] vbi de hoc, & in ſumma quæſtionis [*Et ibi, ſecundum Lauren.*] Innocenti. dixit, quòd habet † iuriſdictionẽ Archiepiſcopalem in tota prouincia; ad hoc, vigeſima prima diſtinctione, capitulo primo, poſt principium, & in Clemen. de priuileg. cap. 2. ſed

episcopalem nō. vnde visitat totam prouinciam, quòd dic, vt ff. de cēsibus. capitulo primo, & vltimo, libro sexto. nec sequitur, si iudex prouinciæ,
h ergo cuiuslibet de prouincia, [h] vt dictum est. hoc patet in episcopo, qui est ordinarius diœce. non tamen exemptorum. Et licet episcopus etiam in subditos iurisdictio. habeat; non tamen habet in quemlibet iurisdictionis exercitium, vt est videre secundum eum in eo, qui sic est bonus, & bene viuit, ꝙ nec conuenit, nec conuenitur, nec correctione indiget, vt 24. dist. Constantinopolitanæ. sic archiepiscopus per totam prouinciam iurisdictio-
i nem habet, sed non exercitium, [i] nisi in casibus tantum; vt dixit Hostie. licet Lau. discrepet in verbo, non tamen in mente, quod per se patet. ¶ Sed
21 † quid si archiepiscopus aliquem excommunicauit in casu non suo? dicunt quidam, vt Io. in præall. c. 2. quòd tenet sententia, licet sit puniendus, ar. in auct. de defen. ciui. §. si verò egerint, & præcedēti, & §. pen. col. 3. Sed Inno. credit contrarium, ar.
k 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. scitote. 9. q. 3. nullus. [k] sic nec absoluere potest ligatum ab episcopo, nisi in casibus, licet secus sit in episcopo quò ad subditos suę ciuitatis, vel dioce. cum in ipsos iurisdictionem habeat non ligatam; de hoc in præalle. c. nullus, & §. eo. cum ab ecclesiarum, secundum Innoc. & immediatam, vt no. de offic. archipres. c. 3. secundum Hostien. [& ibi *Officijs*] quod est verum, nisi contraria consuetudo, & rationabilis obuiet ex aduerso. 12. di. illud. Breuiter, vel secundum Hostien. ab illa generalitate excipe casum hunc de diuinis. ff. de legibus, nō est nouum, & l. se. [& ibi, *habet prædium*] de quo agitur [& ibi, *Negligens*] non sic, quando ex-
l communicatus est, de sup. neg. præla. Romana, [l] lib. 6. [& ibi, *Facere debet*] etiam si de executione vltimæ voluntatis agatur, in auct. de ecclesiasticis titulis. §. si autem pro redemptione, & se. co. 9. nec mi
22 rum, quia ex causa † deuoluitur iurisdictio ordinaria ad delegatum, & è conuerso, de hoc. §. e. c. significauit [& ibi, *Non licet*] quod dic, vt ff. de sup. negli.
23 præla. ecclesiæ, li. 6. [& *in fine*] Item † concedit indul-
m gentiarum litteras per totam prouinciam. [m] ff. de pe. & re. nostro, & c. Romana. Item, cum visitat, cōfessiones audit subditorum suffraganeorū, & absoluit. ff. de cens. c. vlti. lib. 6. Hostiē. etiam addebat alios casus. f. cum causa defertur ad eum per consultationem. 17. dist. multis. Idem in his, quæ communiter tangunt totam prouinciam, de instit. ex frequentibus. 9. q. 3. archiepiscopus. Item quo ad congregationem concilij prouincialis, & ea, quæ aguntur & statuuntur ibidem, de accusa. sicut, de præben. graue. 18. di. quoniam. Idem in casu, de pę-
n nis, [n] Romana, li. 6. Itē ratione priuilegij. §. c. duo. Item ratione consuetudinis, vt ibi, & ff. eo. Romana, & de fo. compe. & de app. Romana, lib. 6. Item si inter episcopum & capitulum suum fit permutatio super immobilibus, cum episcopus nō possit auctorizare in facto proprio, ar. ff. de auct. tu. l. 5. de rebus eccle. non ali. c. j. 12. q. 2. fine. & idem videtur in casu decreta. statuimus, de transac. Idem, cum episcopus, vel quia recusatus, vel alia de causa defert ad eum causam, de app. cum speciali, de offi. legati, licet, secundum Host. qui dicit se de casibus notasse, versi. in summa, eo. ti. §. quid pertinet, sub. §. sunt autem distincte. ¶ In glo. si nullam [*ibi, recipere*] ff. de rapto. in archiepiscopatu [& ibi, *quod*
24 *facere potest*] secundum Vin. Sed si † episcopus potest cogere, ergo & archiepiscopus, cū iurisdictio ipsius sit deuoluta ad eum per appel. sed dic quòd deuoluta est, sed non est tam efficax. sic. §. de offic. deleg. super quæstionum, Io. vnde dicebat Vin. ꝙ
25 appellatio † non dabat iurisdictionem nisi inter personas, inter quas agitur. ¶ In glo. f. [*ordinario*] vel delegato ab eo, Hostien. ¶ In gl. quo casu [*ibi, etiam laico*] potest secundum Vin. Idem Phi. ff. c. fi. [& ibi, *Sed hic videndum*] secundum Tan. & Moder. & dixit
26 † Hostien. quòd aliquando indistinctè secutus fuit istos, & adhuc sequitur in transfretāte. in obsesso verò dixit ponderandum modum obsessionis, & qualitatem personę, an. f. sit bellator. si enim locus obsessus non expugnatur, sed ibi est exercitus a longe, & vtriq; securè quiescunt, adhæret. T. Si verò expugnatur cum machinis, hic commune periculum: quia lapis super quemlibet venire posset;
o adhæret Vin. [o] Sed si expugnatur com balistis, vel alijs periculosis armis, tunc absolui poterunt pugnatores, alij non; allegat, de seruis non ordi. c. j. cum suis concord. & C. quando li. vni. sine iudice vind. lege j. si enim hic expectaueris vulnus; fortè mors simul cum vulnere infligetur. Fatuum enim esset sentire, quòd post mortem ad medicū recurratur, sicut & aliàs dicunt doctores non expectandum primum ictum. ff. ad l. Aquil. sed & si quemcunque. j. respon. Idem etiam dicit Hosti. de ingrediente bellum campestre, dummodo sit iustum. & hæc omnia intelligit etiam quo ad iustè pugnantes. Si enim obsessi iniustè se defendunt, nullus ipsorum absolui potest in peccato existens. ff. de pēn. quod quidam. & hoc priuilegium deuoluetur, sic ad expugnātes eosdem, de quo remittit Hostien. ad sum. de treu. & pace. §. quod sit iustum bellum. sed si obsessus iustè pēnitet, sed securè nō potest exire, dicit Hostien. quòd secundum prædicta talem absolueret, cum immineat sibi periculum, dummodo tātum faciat, quòd nil sibi imputari possit. dicit tamen cauendum de ficta pœnitētia. remittit ad notata, de reg. sic nobis, de appel. quoniam. In omnibus tamen his casibus dicit, ꝙ si absolutus euadat, vel eius hæres, si mortuus fuerit, ad excommunicatorem debet recurrere, & ei humiliter obedire, de senten. excommunica. de cætero, & c. ea noscitur, in fi. & c. a nobis. 2. de mu-
27 liere † prægnante soleo hic quærere, an cum propinquat partui, possit absolui per ordinarium excōmunicata ea specie, cuius absolutio spectat ad Papam, nec permittitur ordinario propter sexū, non ob. decre. mulieres, de senten. excommunica. puto distinguendum de mulieris conditione. Si enim est corpulenta, non est absoluēda, nisi aliud periculum immineat. Si autem aliàs non peperit, & multum timet partum, & fortè debilis, posset absolui: quia tamen experiētia docet multas abūdantes prole in partu decedere, pium esset dicere, illas absolui posse, & maxime, quia si euadunt, reincidunt, nisi satisfaciant ad mandatum Papæ. qđ dic vt de sentent. excommunicatio. eos, libro sexto, & vide quod dicam. ff. de pœn. & rem. quod in te. i. respon. [& *in fine*] & hoc est expressum, de pēnit. distinctione prima, quem pœnitet, versi. tanta itaque, & distinctio. 6. qui vult, in princi. ¶ In glo. §. de officio [*ibi, aduersus*] ibi consul succedit consuli [& ibi, *mortuo iudice*] ibi iudex iudici [& *infrā*] ibi argentarius succedit argentario, sic legatus legato. infr. de eo, qui mit. in possessio. cap. 3. ¶ In glossa, vel per eius [*ibi, ad illam causam*] vnde nec hoc poterit generalis legatus secundum Iaco. de offi. leg. capitulo 2. ¶ In glossa, ex hoc videtur [*ibi, quo*] scilicet leges. nam decreta, prima allega. bene loquitur in reali. ¶ In glossa penultima [*ibi, canonica*] vide quod not. infr. de verbo. significatio. dilecto, in glossa, & ita, & quod ibi dixi [& ibi. 40. *an nos*] dicunt [p] quidam, quòd idem est secundum
p 28 canones: quia licet † citatio perpetuet iurisdictionem, non tamen actionem, sed dicit Hosti. quòd id videtur mirabile, quod duret iurisdictio actionis peremptæ [*ibi, de calumnia*] si deieravit, non præscribet, nec periurum & male conscium auctoritas iudicis excusabit, de præscrip. capitulo fi. secundum Hostien. ¶ In glosse. vlti. [*ibi, simile consilium*]
29 f. † vt qui vult rem petere, si potest, intentet possessorium [& ibi, *alias non noceret*] Idem Hostien. dicit tamen Vincen. quod postea cauere tenebitur. ff. de vsur. debitor.

2 *Appellare non licet ab inquisitione, & executione, exceptis casibus, quos refert.*
3 *Statuta pot episcopus in diœcesi sua, sed non contra cano-*
Declaratio pertinet ad conditorem, ibid.
4 *Epilogus, suffragium, & additio, glossarum. nu. 5. 6.*
Purgatio non indicitur in notorio, ibid.
Clerici seculares cur quidam appellentur, ibid.
7 *Delegatum quem esse, cum papa ad ordinarium quid scribit quibus rationibus cognoscatur.*
Iurisdictionibusne pluribus quis vti possit, ibidem, uersi. vbi vide.

ADDITIONES.

a ¶ Est vita. Vide Ioan. Andre. de re. ec. non alie. si quis super ver. anathemate. & scias, quod in plus importat animaduersio, quam censura, vt not. Ioan. Andre. in c. pro humani, de homi. lib. 6.
b ¶ Licet qui. Idem not. hic gloss. i n versi. nullam. contrarium no. Archi. in c. Romana. §. 1. præalle. qui dicit, quod non potest cogere.
c ¶ Ad papam. Quasi velit, quod ab archiepiscopo oportebit ad papam appellari, sed si deleget, ad ipsum appellabitur, & sic non grauabitur appellans in eundo ad papam, vide tamen Io. And. in præalleg. §. intentionis.
d ¶ Absolueret. Sed delegans, vt etiam ibi no. non autem ordinarius, qui non per modum executiuum alias exequitur sententiam delega. post annum, sed implorata actione in factū vide Io. Andre. s. tit. proxi. c. 2. super glo. fi.
e ¶ Prætermissis. Et ibi idem Io. And. in addi. & vide supra eodem, cum ab ecclesiarum, & c. quanto, per Io. post doc, & plenius de testi. cum venerabilis, super gloss. 2. & ibi vide remissiones.
f ¶ Procedet. Non ergo posset episcopus prohiberi illi, ne procedat, vide Io. And. in c. fi. de offi. archi. in gl. iniusta, vbi videtur aliter loqui post Inno. in addi.
g ¶ In capite. Non loquitur ibi Io. & Bar. Brix. de fi. istius gloss. sed de materia præcedenti.
h Prouincia. Ad hoc facit, quod disputat gloss. & Barto. in prima consti. fforum, an impera. sit dominus totius orbis, & etiam rerum omnium particularium, & vide Cyn. & Sali. in l. bene a Zenone. C. de qua. præscri.
i Exercitium. Facit ad hoc, quod dicitur de gratia spiritussancti, quæ in sanctis viuis semper est habitu, sed non semper actu, vide de pœn. distinctio. secunda, quærendum, & ibi glo. & Archi.
K Nullus. Cum archiepiscopus habeat habitu iurisdictionem in istos, licet non actu, patet per hoc, quod actus gesti a tali habente iurisdictionem non tenent, ad quod vide gloss. 2. & super illa Ioan. Andre. in capitul. prudentiam, de officio delega.
l Romana. In criminibus puniendis, sed in alijs iurisdictionalibus, an episcopi suppleant negligentiam, sunt opin. de quibus per Ioan. Andre. in prædicto, capitu. Romana, super glo. not. quod, & de censi. Romana, §. sane, libro sexto, in nouella.
m Prouinciam. Non autem literas comendatitias, vel ordines, de quo vide glo. super versi. aguntur in capitul. 1. eod. titu. lib. sexto, & Ioan. Andre. de tempo. ordina. cum nullus, eodem libro.
n Pœnis. Item vide, quæ scripsi in capitu. ab excommunicato, de reser. inter quos videtur etiam vnus casus Io. 11. quæstio. tertia, in summa, quando querela fieret ab archiepiscopo de notoria iniustitia sententiæ etiam inter subditos suffraganei. Item alium vide not. in capitu. ex frequentibus, de instit. Item secundum quosdam est etiam casus in capitu. alius, & in capitu. nullus, infra de iure patro. alij tamen aliter, vide ibi Archi.
o Adhæret. Vincen. Leuior autem consideratio habetur, si propter hos casus, puta nauigationis, vel pugnæ petantur produci testes, iuxta capitu. quoniam, in princip. infra ut lite non contestata, vbi vide Ioan. Andre. in gloss. puta, quia ingredi.
p Dicunt quidam. Vide gloss. & doctor. in l. cum notissimi, al lega. in gloss. & ibi vide gloss. quomodo potest tolli personalis, & hypothecaria durare, & ibi vide Bal.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non fit delegatus, si papa per rescriptum monet eum exequi officium suum.*
Diuisio capituli, ibid.

CAPVT XII.

1 Licet in corrigendis. Papa † per rescriptum, quo monet ordi. suum officium exequi, non facit eum delegatum. & ideo tunc ab eo ad proximum superiorem potest appellari. Et primo ponit formam rescripti, quam secundo declarat ibi, quia tamen [*Interclusum*] ipso iure, vt in concor. primæ gloss. secun-
2 dum Hostien. qui † dicit, quod idem intelligit de inquisitione, & executione, nisi procedens formā excedat, vt in gloss. antepenul. vel nisi fiat ex odio. 23. quæstione quarta, ita plane, vel nisi corrigens
a eodem peccato, æquali, vel maiori [a] æque, vel plus notorio laboret. tertia quæstione septima, iudicet, & sic potest intelligi, de appellatio. de priore [*Statuens*] facit ergo † episcopus statuta in sua diœcesi,
3 de maioritate, & obedi. c. 2. [*Regulare*] nihil enim potest contra canones statuere, quod dic vt dixi, de officio archipresby. capitulo fina. [*Nec esse debuit*] sic, supra de arbi. exposita [*Declarandum*] quod eius fuit, de senten. excommunicatio. inter. ¶ Prima † gloss. soluit contrarium. ¶ Secunda gloss. re-
4 spondet per quæstionem, quare clerici non pro-
5 fessi &c. ¶ Gloss. puta ponit. 4. exempla. ¶ Int gloss. 3. [*ibi, §. si quis a principe*] vide vt lite penden. capitulo primo, super vlti. gloss. [& ibi, *nec aues*] vide de restitutio. spoliato. audita, super tertia gloss. ¶ In
6 † gloss. prima [*ibi, de pur.*] ibi de famoso non noto-
b rio. [b] hic de notorio loquitur, vt sequitur, in quo etiam non indicitur purgatio. eodem titul. P. ¶ In glo. secunda [*ibi, laicorum*] & ideo quia genus istud mistum est, in quantum religiosis participant, dicuntur clerici: in quantum laicis, dicuntur seculares, de hoc, supra de summa trinita. capitulo primo, super versi. communem, Hostien. ¶ In gloss.
7 [*si enim ibi, tanquam † delegatus*] sed qualiter hoc cognoscam? solu. si in literis dicatur, auctoritate nostra. & hoc est planum, infra de rescrip. cum aliquibus, libro sexto, vel dicatur committimus, delegamus, vel simile. Item, si dicatur, vel apponatur aliquid vltra formam iuris, vt si in literis de simplici iustitia scribatur, appellatio. re vbi alias de
c iure remota non est, [c] Innocen. & Abb. facit, quod
d dicam, de præscrip. cum ex officij, [d] vbi vide in gl. dicebatur, an quis pluribus iurisdictionibus vti possit per id, quod not. Hostien. clausulam, appellatio. re. aliquid operari contra not. de officio delega. super quæstionum. §. porro. not. etiam Innoc. quod si papa scribit ordinario, quòd audiat generaliter causas aliquorum subditorum suorum nō ponendo aliquod de supradictis, procedet vt ordina. maxime quia generalis delegatio reprobatur, supra de rescript. ad hoc. ¶ In gloss. [*puta, ibi, cum oporteat*] quod dic, vt eodem titulo, capit. 2. lib. 6. ¶ In gloss. pen. [*ibi, instruit*] vel ordi. officium excitauit. Hosti.

AD-

ADDITIONES.

a Maioti. Vide ad id, quod dicit de inquisitione, quod no. glo. & Io. And. in c. qualiter, el 2. de accusa. & in specu. de inqui. §. 1. ver. item oppo. quod est criminosus.
b Notorio. Ibi vide glo. fi. & super illa Io. And.
c Non est. Hic autem licet apponatur illa clausula, appellatione remota, non facit istum delegatum, quia a iure cõmuni isto casu est remota appellatio, vt in iuribus alle. in prima glo. & an isto casu illa appellationis remotio facta a iure aliquid operetur, vide Io. And. de officio delega. pastoralis, super gl. fin. & in c. pastoralis, de appell. per Io. And. in glo. s. papæ, & in glo. non tamen.
d Officij. Et vide bo. glo. in c. hi qui, de præben. in 6. & ad materiam vide tex. in l. si seruum, cui fideic. ff. de hære. insti.

SVMMARIVM.

1 *Subditos corrigunt, reformantque prælati, appellatione vel consuetudine non obstante, & qualiter id faciendum, numero 3.*
Correctio deuoluitur ad episcopum, si capitulum canonicorum excessus consuecuit corrigere, & non correxit intra tempus ab episcopo præstitutum, ibid. de quibus autem intelligatur excessibus, nu. 22.
Cessationem a diuinis canonicorum quando episcopus non seruabit, ibid. quæ sit hęc cessatio. nu. 28. & alia de ea vide numero 12.
2 *Diuisio capituli.*
3 *Irrefragabile, quid significet.*
Laici ratione delicti subsunt episcopo, ibid.
4 *Sanguis hic quid significet.*
Punitur homo etiam ex alieno peccato, ibid.
Manus pro operibus ibid.
5 *Libere, sine impedimento.*
Nisi, particula indicat exceptionem, ibid.
6 *Forma hic exceditur, nisi citet & quem.*
Capitulum canonicorum etiam aliarum ecclesiarum posset canonicorum suorum excessus corrigere, & quo iure, ibid. & de quibus excessibus intelligatur, numero 22. vide numero 23. & 28.
7 *Consuetudines futuræ non damnantur, si scribitur a papa, de præteritis consuetudinibus abusiuæ non fouendæ, & ratio, nume. 10.*
8 *In deuolutione iurisdictionis necessaria monitio est, non collationis beneficiorum.*
Alioquin, particula, quid efficiat, ibid.
9 Ex *tunc*, aduerbij significatio.
Præuentioni non est locus appositio aduerbio, ex tunc, ibidem.
Termini finis non est expectandus, si is cui assignatur ad quid faciendum, responderit facere se nolle, ibidem.
10 *Animarum cura per consuetudinem, vel appellationem non debet impediri.*
Ad brachium seculare recurrendum, si non seruetur ecclesiastica censura, ibid.
Resistere malę consuetudini licet, ibid.
11 *Iurisdictio ex vno in alterum deuoluitur negligentia, & quæ.*
12 *Manifesta pro notorijs.*
Iudex vt quis sit in causa sua, nulla prodest consuetudo, nisi in notorijs.
Notorij vnus effectus memoratur in iurisdictione tribuenda, ibidem.
Cessatione a diuinis durante, non fit quis, si celebret, irregularis, eodem nume. versi. dic de cessationibus remis. num. 14. & duobus concurrentibus fieri potest, nu. 13.
Qui ea durante, celebrare possint, nume. 15. & reuocare eam possint. ibid.
Irregularis fit celebrans ecclesia interdicta.
13 *Interdicendi ecclesiam decanus vel capitulum posset habere potestatem, & quando ex interdicto punirentur, ibidem.*
16 *Ordinarius in multis casibus procedit vt delegatus a Pontifice Romano.*
17 *De plano proceditur, cum agitur de correctione, & timeatur scandalum, periculumque sit in mora.*
18 *Pœnam pecuniariam an, & quando prælatus imponere pro correctione criminum possit, & in pias causas conuerten dę.*
Mulctæ a iudice seculari impositæ contra præceptum venientibus acquiruntur fisco: pro facinoribus vero inflictæ in alia conuertuntur, & quæ, ibid.
19 *Vltio canonica quæ sit.*
20 *Epilogus, suffragium glossarum. nu. 21.*
In sua re nemo debet esse arbiter, & quomodo id intelligatur numero 28.
Imperare nec sibi quis, nec prohibere debet.
22 *Additio glossarum.*
23 *Cap. cum contingat, de foro compe. intellectus.*
Collegium, vniuersitas, vel capitulum quando sunt iudices vel electores, non intelliguntur singuli iudices esse, vel electores, sed ipsum collegium, & nomine collegij expedire negocia debent, ibidem, & numero 28. propter autem conueniendi difficultatem, possunt ea vni, vel pluribus de se committere, numero 24. ius collegij recidit etiam in unum & quando, nu. 26.
25 *Episcopus tenetur causam delegare, quando uocem ut canonicus habet in capitulo, & quare.*
Voluntatem suam qui propalauit, est suspectus, si indicaret, ibidem.
26 *Conuocare potest solus episcopus canonicos absentes, & si nõ uenerint, cum presentibus, siqui sunt, uel ipse solus, si nullus uenerit, expedire potest, & quo casu.*
Plures si sunt iudices delegati, uno absente, pluribusue, non possunt præsentes expedire, nisi in casibus: secus si sunt ut collegium, uel uniuersitas, ibid.
Presentium ius in collegijs, ibid.
27 *Decretalis huius intellectus quis.*
Deuolutio iurisdictionis non dicitur ad quem fieri, si eam habet suo iure, sed est ipsius exercitium impeditum, si remoueatur impedimentum, ibid.
Ad impedimentum remouendum unum remedium refertur ad fin. ibid.
29 *Archiepiscopus, siue metropolitanus non est iudex inter episcopum suffraganeum suum, & eius subditum: secus in comprouincialibus cum eo. & ex causa legitima posset recusari. Ad quem etiam in causa eius cum capitulo in quo casu non recurratur, numero 30. Vbi uero non esset, uel esset ecclesia metropolitana litigans, quid agendum, ibid.*

CAPVT XIII.

1 IRrefragabili. Casus. Prælati † subditos corrigunt, & reformant, appell. vel consue. non obstante. si tamen capitulum canonicorum excessus corrigere consueuit, nisi hoc faciat infra terminum ab episcopo præfixum, episcopus corriget. si canonici sine manifesta, & rationabili causa, maxime in contemptum episcopi cessant a diuinis, episcopus cessationem nõ seruabit, & me
2 tropolitanus de hoc vice papæ cognoscet. &† sunt 4. partes. secunda ibi, excessus. tertia ibi, cæterum. quarta ibi, prouideant. vel sunt tres partes tãtum ponendo secundam sub prima. & dic, irrefragabi-
3 li. †i. generali & irretractabili. sic. C. de legi. l. 3. §. de constitu. capitu. fin. Hosti. Maxime hoc dicit, quia & laici ratione delicti sunt de suo foro, de iudi. nouit, Pet. & Abb. [*Clericorum*] sic infra de vita, & honesta. cle. vt clericorum, octaua, quæstione prima, quasi prudenter, infra de pœni. & remis. capitulo primo

primo [*Diligenter*] non torpeant, non dormiant, iuxta psal. Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: quia iuxta beatum Benedictum, Non dormitat, nec dormit, qui impugnat Israel. super quo vide, quod not. de officio archipresby. capit. vlt. j. respon. Hostien. [*Ne sanguis*] exponunt
4 †quidam, ideſt anima, quæ dicitur] habere sedem in sanguine: quia nõ potest habitare in sicco. 32. q. 2. Moyses. vel sanguis. i. peccatum. & nil prodest homini non puniri proprio, qui puniẽdus est alie no peccato. 86. distinctione facientis, in fi. ad hanc expositionem facit de statu regu. cum] ad mona. circa fin. [*Manibus*] i. operibus, de sa. vn. capi. vno
5 [*Libere*] ideſt sine†impedimento. sic supra capitu. primo [*Nisi*] excipit ab eo, quod de appella. dixerat [*Formam*] infra de accusa. qualiter. 1. & 2. & capitu. inquisitionis. dixit hic Ioan. quod episcopus
6 †excedit formam, si non citat illum, de cuius fama vult inquirere, per decret. qualiter, & Vincen. [*Excessus*] respicit quod, supra de consuet. dixerat [*Cathedralis*] idem puto de alia ecclesia, si capitulum cathedralis ecclesiæ, vel ipsius eiusdem haberet hanc consuetudinem, de foro competen. cum contingat [*Per ipsum*] scilicet capitulum [*Habuerunt*] vel habebunt†in posterum. non enim intendit futuras consuetudines damnare, quas approbant multa iura, quæ vide no. in decreta. cum contingat, proxi. allega. [*infra terminum*] si. de excep. pastoralis, concor. de hoc vide multas, infra de proba. licet, in prima gloſſ. & per hoc not. Pet. & Abb.
8 quod † in iurisdictione deuoluenda necessaria est
a monitio: [a] secus in collatione beneficiorum, de concessio. præben. capitulo secundo [*Alioquin*] i. si infra prędictum terminum hanc correctionem
9 non fecerint [*Ex tunc*] i. elapso†termino, ergo non
b prius. [b] & sic non est locus præuentioni, vt dixi, supra eodem, pastoralis, super prima gloſſ. nec puto finem termini expectandum, si expresse responderet capitulum se nolle corrigere. ad hoc, infra de locato, potuit, de appellatio. ab eo, libro sexto, de senten. excommunicatio. venerabilibus. §. secus, eodem libro [*Ipsos*] canonicos delinquentes, & sibi resistentes, argumen. de officio delega. capitulo primo, & capitulo ex literis, & sic. not. supra eodem, quanto, Hostien. [*Animarum cura*] quæ per
10 consuetudinem, vel appellationem†impediri nõ debet. de consuetu. capitulo fina. de præscrip. capitulo fina. Hostien. [*Censuram ecclesiasticam*] quam si non seruant, recurratur ad brachium seculare, ad hoc, supra eodem, capitulo primo, & optat Hosti. quòd canonici multarum ecclesiarum bene attẽderent hæc iura, quia si quam conscientiam haberent, non essent ita pertinaces in defendendis, & fouendis suis consuetudinibus abusiuis, per quas & peccata nutriuntur, & bonum iustitiæ impeditur. & dicit mirãdum,] quod nullus inter ipsos resistit in talibus: cum tamen Paulus Petro restiterit. octaua distinctione, qui contempta, & tamen agẽtes & consentientes &c. de senten. excommunica
11 tio. quantæ [*Non posponat*] nec† mirum, cum ordinaria ad delegatum, & delegata ad ordinariũ: & episcopalis ad metropolitanum per negligentiam deuoluatur, supra de officio delegat. pruden tiam. §. sexta, supra eodem, significauit, & supra ca
12 pitul. proxi. [*Cæterum*] §. [*manifesta*] idem † notoc ria, [c] secundum Innocen. & Hostien. secundum quos alias nulla consuetudo prodest, quod capitulum contra episcopum suum in causa sua iudex esset, quia contra bonos mores, & ecclesijs grauosa, de consuetu. capitulo primo, & capitulo, cum venerabilis. sed vbi factum est notorium, potest valere consuetudo. nec iudicat, sed cessat pro manifesta offensa, quod fieri potest, de verborum signi-
d ficatio. ex parte, [d] & capitulo, cum olim, dic etiam quod non est irregularis, quia tali cessatione durante celebrat in ecclesia: quia non interdicta est, vbi vero esset interdicta, esset irregularis, de excess. prælat. capitulo final. & idem not. infra eodem, si canonici, libro sexto, in quarta gloſſ. & vide quod dicam super ea. Caueant tamen religiosi a pœna Cle. de senten. excommunicatio. capitulo primo,
13 dicunt etiam, quod † decanus, vel capitulum posset habere potestatem interdicendi ecclesiam. & tunc si pro re dubia interdicerent, punirentur, infra de appellatio. dilectis, vbi etiam de hoc vide in gloſſ. de his [*Rationabili*] debent ergo concurrere ista duo, concor. infra eodem, conquerente, de censi. cum apostolus, de vita & honesta. clerico. monasteria, de senten. excommunicatio. sacro. Di cebat ergo Hostien. quod si quis non solueret pen sionem. 5. soli. debitam capitulo, non esset hæc iusta causa, de his quæ fi. a maiori. par. capit. capitulo secundo [*In contemptum*] forte moti ex aliqua iu stitia, quam facit episcopus, vt supra proxi. quam
14 dicunt iniustitiam [*Cessauerint*] de his†cessationi bus dic hodie, vt capitulo si canonici, & quamuis, libro sexto, & vide quod no. in decreta. quamuis, in gloſſ. fin. [*Si uoluerit*] quasi factum ipsorum nõ astringat episcopum, etiam si cessare possint, ad hoc, supra eodem, pastoralis. §. primo, & capitulo, cum ab ecclesiarum. vbi tamen ex iusta causa cessant, decet quod alijs se conforment. argum. præ. decreta. cum ab ecclesiarum, & capitulo ad reprimendam, supra eodem, secundum Hostien. [*Cathe drali*] cum capellanis, & domesticis† suis secunda,
15 quæstione septima, cum pastoralis. nec intererũt canonici, nisi omnes, vel maior pars concordent, vt reassumant organa. canonicus tamen, qui non consensit in cessationem, per se celebrare non po test, quia quod maior pars &c. sed cum episcopo potest, secundum Vincen. [*A nobis*] concor. infra
16 †de cle. ægro. capitu. vn. & de statu re. capit. vno. libro sexto, & Cle. eodem titulo, attendentes, de sup. negligen. præla. capitulo vno, de reli. domi. ga
17 contingat [*Cognita*] de†plano, cum agatur de correctione, & timeatur de scandalo, & periculum sit in mora, argumen. supra eodem capitu. & de rescrip. capitulo secundo, de senten. excommunicatio. vt famæ, & capitulo sacro, Hostien. [*Veritate*] puta quod sine manifesta & rationabili causa cessauerunt, Innocen. [*Salutare*] scilicet statutum ad animarum salutem [*Pecuniæ*] argumen. quod pro
18 correctione criminum†non possit prælatus impo nere pœnam pecuniariam, de hoc, infra de pœnis licet, Egi. dicit hic Hostien. quod prælatus visitans & inquirens, si videt pœnam pecuniariam magis timeri, quam spiritualem, bene potest illam impo nere, per iura allega. in prædicta decreta. licet. tamen debet illam in pias causas conuertere, non imbursare, ne videatur ad quæstum id facere, nisi forsan egeret, remittit infra eodem dilectus. nam mulctæ, quas infligit iudex secularis ei, qui venit
c contra præceptum suum, acquiruntur [c] fisco, tamen illæ, quæ infliguntur pro facinoribus iam cõmissis, sunt in publicis operibus deputandæ, sicut in refectione viarum, pontium, & his similium. C. de modo mulc. lege prima, dicit tamen, quod de facto sibi applicant has & illas, & remittit ad summam, eodem titulo, §. quid pertinet ad officium, versicu. debet etiam punire, & sequentibus [*Grauamen*] puta simul, vt subditum criminosum, & se velle inquirere solum, vt illum grauent, Pet. &
19 Abb. [*Canonicam*] scilicet † suspensionis, & depositionis, si sic suspensus celebrauerit. infra de vita, & hone.

honesta. clerico. vt clericorum, §. antepenul. & pe. Hostien. sed Pet. dicit, quod erit arbitraria ex quo non exprimitur, de officio deleg. de causis. ¶ Quarta gloss. † soluit obiectio. de capi. de persona. secundo quærit, an quilibet canonicus sit iudex. arguit negatiue, soluit. tertio obijcit contra deuolutionẽ iudicandi per tres rationes, quas repetit contra deuolutionem eligendi. ponit opi. Ioan. & soluit. finis respondet per quæstionem, an episcopus post terminum requirat capitulum in corrigendo. ¶ Gloss. [*uidetur*] not. allega. vnam concor. signat contrarium vnum. & obiicit & soluit. ¶ Pet. gloss. princip. respon. per quæstionem, qualis sit iurisdictio. secundo quærit, obiicit, & soluit. ponit opin. Ioan. quam reprobat. tertio obiicit de capit. si clericus, & soluit, & circa id interserit quæstionem incidentem, quam soluit. ¶ In † gloss. [*videtur, ibi. l. pen.*] non datur quis arbiter in re sua: quia nec sibi imperare, nec se prohibere quis potest. ¶ In glo. vlti. [*ibi. §. famosos*] vide de calum. capitulo secundo, super vlti. gloss. Ioan. ¶ In prima † gloss. [*ibi, prælatis*] melius diceret, contra prælatos [*& ibi, dicentem*] actu. xx. ¶ In gloss. [*vel per decanum, ibi, consuerunt*] quod intelligit Hostien. quando agitur de correctione excessuum plana & simplici, & nõ de grauibus criminibus, argumen. ff. de pœnis, respiciendum. §. furta. C. de his, qui ad ec. confu. l. fi. Si enim ageretur ad degradationem, consuetudo hanc potestatem talibus dare non posset, & sic † intelligitur, de foro competen. cum contingat [f]. [*& ibi, Qui inquiritur*] de hoc. 15. quæstione septima episcopus [*& ibi, Coniudex*] dicit hic Innocen. quod de nullo canonico dici potest, quod sit iudex, vel coniudex, cum penes capitulum, non penes singulos sit iurisdictio. sed de eis dici possunt verba resonantia actum, sicut is canonicus coniudicat. sicut electio est penes capitulum, & non singulos, & tamen singuli coeligunt [*& ibi, quia propter*] & hoc dicimus generaliter in his, quæ ad collegia vel corpora spectant. 12. quæstione secunda, qui manumittitur. ff. quod cuiusque vniuersita. no. sicut municipium. §. primo. Goffred. & propter † difficultatem, & timorem discordiæ, & aliquorum absentiam, quam forte allegabit corrigendus, consulit Hostien. quod totum capitulum committat hanc potestatem vni, vel pluribus ex se. & bonum est clausulam ponere, quod si omnes &c. inducit pro simili. ff. de ori. iur. [g] lege secunda, §. deinde, quia difficile, & se. [*& ibi, postulastis*] & infra de præben. cum in ecclesia, libro sexto [*& ibi, Ad ipsum episcopum*] ¶ Sed nonne † episcopus tenetur causam delegare, quando vocem habet in capitulo vt canonicus, & ad ipsum est a capitulo appellatum? ita vi[h] detur. ff. de iurisdictio. omnium iudi. l. prætor dicit Innocen. quod illud accidit, quia consulens [i] suam voluntatem propalauit [1]. vnde suspectus habetur, si iudicaret: sed secus in negligente, qui voluntatem suam non manifestauit, vt hic. nec potest episcopus se de negligentia excusare: quia ipse solus † conuocare potest omnes canonicos absentes. & si non venerint, ipse cum præsentibus, si qui sunt, vel etiam solus, si nullus venerit, circa finitermini ab homine, vel a iure statuti id, de quo agitur, potest expedire, qa ius collegij recidit in vnũ de hoc, supra de off. dele. c. gratum. nec debet diligentibus nocere malitia, vel negligentia aliorum. ff. ex qui. ca. ma. l. non enim. vbi vero non esset tempus præfixum, non posset vnus solus procedere in negocio, quod omnibus imminebat, secundum Innocen. & vide quod dixi, de elec. cum nobis, super gloss. nunquid. & habent hæc locum, quando plures sunt simul iudices, vt collegium: secus in pluribus iudicibus delegatis, vel ordinarijs: quia tunc in vnum ius non recideret, negligẽtibus aliis, nisi aliud in rescripto dictum esset, vt patet in eo, quod legitur, & not. de officio delega. causam matrimonij, & capitulo, vno delegatorum. Dicit finaliter Innocent. ex suprascriptis † multa superflua, cum decreta. loquatur, quando ad solum capitulum spectat correctio, non ad episcopum. vnde dicit Hostien. quod etiam hoc casu potestas non deuoluitur, sed solum impedimentum consuetudinis remouetur [k]. hanc potestatem enim habet episcopus suo iure. vndecima, quæstione prima, de persona, sed ratione consuetudinis ipsius exercitium impeditur. simile, supra eodem, quanto, infra eodem, graue, secundum vnam lect. supra de rescrip. pastoralis, §. fina. adj quod impedimentum remouendum adhibetur hic remedium monitionis, & termini [*& ibi, hoc facere*] nisi contra hoc præscripserit, de consue. capitulo secũdo, libro sexto [*& ibi, corrigendi*] vnde dixit Goffre. quod canonici tunc erunt cum episcopo confidentes, non coniudicantes. ¶ In gloss. [*videtur quod, ibi, credo*] Idem dicit Innocen. qui dicit, quod † non decanus, vel canonicus, sed capitulum, cuius nomine fit, imperat singularibus canonicis, argum. duodecima, quæstione secunda, qui manumittitur. nec etiam causa ecclesiæ est propria prælati. vnde iudicat in illa, de hoc, infra de maledi. capitulo primo, dicit Hostien. canonici non imperant sibi, sed cessant ab eo, quod facere possunt, & sic non ob. iura prædicta. nec dicunt sibi ius, quia nec sententiam dant, sed solum suspendunt organa sua, & campanarum sonum, & fere omnia alia expediuntur, vt prius, & vide, quod dicam, de sententen. excommunicatio. quod in dubijs, in glo. qui. s. ¶ In gloss. penulti. [*ibi, datus*] bene facit, secunda quæstione 6. anteriorum. §. illo videlicet, ad fi. [*& ibi, delegata*] vel si dicatur delegata: est tamen in ea speciale, quod non expirat morte. sic alternatiue loquitur Innocen. sed Vincen. præcise tenet eã [1] delegatam, [l] non ordinariam. fuit autem concessa: quia archiepiscopus † non erat iudex causæ in[29] ter episcopum actorem, & subditum eius reum, loquendo de solo archiepiscopo. secus enim in eo, & comprouincialibus. sexta, quæstione secunda, capitulo primo, vnde dicebat Hostien. quod archiepiscopus, quia metropolitanus, non posset recusari, sed ex alia causa legitima posset, & posset tunc partes compellere ad arbitros eligendos, cũ censeatur delegatus, de officio delega. suspicionis. C. de iudic. l. fin. dicit etiam, quod episcopus posset cogere canonicos ad hos arbitros eligendos, & facit, quod sequitur in gloss. [*& ibi, Personam episcopi*] textus dicit, maxime in contemptu episcopi. vnde dicit Innocen. quod sic placuit papæ, & sufficit sic scriptum esse. potuit autem esse motiuum, quia causa capituli ardua. vnde insurgeret perplexitas, & quod propter arduitatem requirendum esset consilium capituli propter suspicionem consilij non deberet. Item secundum Hostien. vt auferatur scandalum. de præscriptionibus. capitulo secũdo [*& ibi, decidendis*] de hoc, infra de cle. mini. capitulo primo [*& in fi.*] Si decre. † quamuis, infra[30] eodem libro sexto, non emanasset assertiue, dicerem, quod si ecclesia non haberet metropolitanum, vel esset ipsa eadem metropolitana, non habens primatem, recurrendum esset ad arbitros, per capitulum, si clericus, nec ob. quod dicitur de causa criminali: quia illud locum non habet, cũ[m] de crimine [m] ciuiliter agitur, vt dicit hic Hostien. & dicam in prædicta decre. causa, de restitu. in integ. imo videtur hic velle Host. quod tunc recurritur ad metropolitanum hic, quando episcopus non eligit iudicium arbitrorum, quasi illud prinum mum, [n] nisi episcopus præeligat secundum.

ADDITIONES.

a ¶ Monitio. Et quotuplex sit, vide. supra de sup. negli. præla. capitulo primo, in princip. vbi vide Ioan. Andre. & intellige, nisi sit notoria negligentia. vide. §. notoria, in capitulo primo, de censi. libro sexto, & Ioan. Andre. supra eodem, quanto, in glo. j. Abbates.

b ¶ Prius. Vide Ioan. Andre. infra de appellatio. si papa, in gloss. quæ incipit, egi. & quod dixi de præuentione ideo est, quia hoc habet consuetu. vt not. in prædicto capitulo pastoralis.

c ¶ Notoria. Similis expositio in capitulo primo, de vsur. libro sexto, in gloss. & vide Bartol. in lege secunda. ff. de fur. & Bald. in authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudex.

d ¶ Parte. Lo primo, vbi vide latius Ioan. Andre. & de male. capitulo primo, & per Cyn. Barto. & Bald. in l. 1. C. ne quis in sua causa.

e ¶ Acquiruntur. Vide Barto. in l. agraria, ff. de termino amo. & Ioan. Andre. in specu. de dolo, & contuma. §. secundo, circa princip. & quid de pœna impositionis hæredi a testatore vide Barto. in l. vxor. §. hæres. ff. de lega. 3. & si statuitur præmium accusanti, quis soluat illud, vide Bart. in l. lex Cornel. ff. de ad Sil. in prin.

f ¶ Contingat. Ibi vide Ioan. Andre. super gloss. 2. & in capitu. transmissam, in sua gloss. ff. de offic. archi. ad hoc supra eo. quanto, super glo. hic patet.

g ¶ Ori. iur. Et quando iurisdictio est sic apud plures collegialiter, statur sententiæ maioris, vide Ioan. Andre. infra de re iudi. duobus, & Bar. ff. eo. tit. l. si vni.

h ¶ Prætor. Et facit, quod no. in capitu. querelam, in gloss. 1. de elect. & super illa Ioan. Andre. & per glo. & doct. in l. eos, in prin. C. de app.

i Propalauit. Ad hoc vide etiam gloss. in c. dilecto, in gloss. in versi. recusati, ibi, sed quid, de testi. Bal.

K Remouetur. Longa est differentia, an alicuius iurisdictio totaliter sit sublata, & demum restituta, an sit impedita, & impedimentum sit sublatum, ad quod vide no. Ioan. Andre. de rescrip. cum aliquibus. libro sexto, & vide bonos text. ff. de pac. l. si vnus, §. pactus, in fin. ff. ex qui. cau. pi. vel hy. sol. l. voluntate, in fi. l. filio, quem pater, de lib. & posthu. & vide glo. ma. in Cle. 1. de iure patro. & Io. And. de hære. ad abolendã super glo. fin.

l Delegatam. Et idem Pau. in Cle. 1. de sup. ne. præla. primam opi. tenet Zen. & Archi. & vide plene Ioan. And. in c. ad abolendam, super glo. fi.

m Crimine. Et actio iniuriarum non est semper criminalis, prout sentit glo. quod quando sit, vide Barto. ff. de iniur. l. prætor. §. i.

n Primum. Secundum hoc ergo, cum agit episcopus contra suum clericum, episcopo datur optio eundi ad arbitros, aut ad metropolitanum, cuius contra. no. Ioan. Andre. supra eodem ad reprimendum, in glo. a partibus, ver. quid si episcopus, post ipsum etiam Host.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas habens populum diuersæ linguæ, non ob id habebit plures episcopos, sed episcopus eius prouidebit, & quomodo, & nu. 4.*
Linguę diuersę populi vbinam sint, ibid.
2 *Rituum varietas nihil obest saluti recte credentium, & in quibus consistant, & differant a moribus.*
3 *Vicarium quandoque necesse est, vt hic, habere, & in alijs casibus habere licet, & quibus remiss.*
Patriarcha Gradensis Venetijs morari videbatur, ibi.
4 *Necessitas legi non subiacet.*
Præsulis, præsidis, & præpositi nomen generale, eod. nume. & pro episcopo accipitur hic præses, & quę eius potestas, ibid. & nu. 5.
5 *Ordines conferre poterit præsul hic Græcus extra etiã quatuor tempora, & ratio.*
Græcorum ritus qui adhuc non reprobatus expresse, ibidem.
6 *Conformare se debet quis moribus ipsorum, quibus cum viuit capacitati eorum, quos decet, & intelligentię eorum, quibus prædicat.*
7 *Consuetudines si commendentur, & seruentur prouincialibus magnum sibi reputant.*
8 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Liberi non, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur, ibid. in suffragio.
Pepererit si quod portentosum, vel monstruosum mulier, debetur ei legatum sub conditione, si peperit, ibid.
9 *Additio glossarum.*
Pontifices, vel episcopi si plures erunt vnius ciuitatis, an iurisdictionem habebunt insolidum, & quid si ferant sententias contrarias, vel si vnus soluit, quod alter ligauit, ibidem.
10 *Brachium seculare quibus de causis liceat inuocare.*

CAPVT XIIII.

1 VOniam. Casus. Ciuitas † habẽs populum diuersæ linguæ non per hoc habebit plures episcopos: sed episcopus secundum varietatem linguarũ prouidebit viros idoneos, qui officient, celebrent, & sacramenta ministrent. poterit etiam statuere episcopus illius loci sibi vicarium. secunda ibi, prohibemus. tertia ibi, sed si. quarta ibi, vnde si quis [*Linguarum* [vt Græci, & Latini, de tempo. ordi. cum secundum, vel Herminij, & his similes, vel Citramontani, & vltra montani, vt fertur in diœcesi Veronen. & Tridentina. & est simile de decimis, in aliqbus [*Varios*] hęc
2 † varietas nil obest saluti credentium. 12. distinctione, sit sancta] *Ritus*] quo ad sacramenta [*Mores*]
3 quo ad alia [*Prouideant*] est ergo † hic casus, quo non solum licet, sed etiam necesse est habere vicarium. sunt alij, quibus licet, de quibus remittit Hostien. de præben. extirpandæ. §. qui vero [*Idoneos*] de rescrip. cum adeo, de electio. causam [*instruendo*] sic, supra de electio. cum in cunctis, supra de statu mona. cum ad mona. Hostien. [*Pontifices*] 80. distinctione, capitulo secundo, nec ob. de Venetis: quia patriarcha Grandenensis est, vt ibi not. [*sed si*] papa repetit, quod dixerat in primo respõ.
4 vt aliquid addat [*necessitas*] quæ legi † non subiacet, infra de regulis iuris, quod non est [*Præsulem*] id est, prælatum, siue rectorem, non tamen episcopum. Est enim præsulis nomen generale, sicut & præsidis. ff. de officio præsi. l. 1. & præpositi, infra de verborum significatio. quamuis, secundum Goff. Sed Hostien. & Abb. intelligunt de præsule episcopo: alias non posset ordines celebrare: non tamen erit episcopus illius loci, sed episcopi vicarius: vt dicitur hic. si ergo sunt parochiani Græci, habebit episcopus vicarios Græcos, vt in j. respon. & quia per hoc non erat prouisum circa pontificalia, hic prouidet, quod habebit vicarium episcopum pro-
5 pter illa illis exhibenda. & putat † Hostien. quod iste episcopus etiam extra. 4. tempora poterit ordines conferre: quia ritus iste adhuc non est quo ad Græcos reprobatus expresse, de quo remittit, de
a temp. ord. quod translationem [a] [*Conformem*] con-
6 formare † se debet quis moribus ipsorum, cum quibus viuit. 41. distinctio. quisquis, & capacitati eorum, quos decet, octaua quæstione prima oportet. & intelligentiæ eorum, quibus prædicat. 43. di-
7 stinctione sit rector, Goffred. & prouinciales † sibi magnum reputant, si suæ consuetudines commẽdentur, & seruentur. ff. de officio procon. si in aliqua, Hostien. [*obediens*] remittit Hostien. de tempo. ordi. ad aures [*Ingesserit*] ad huiusmodi vicariam assumendam sine voluntate episcopi, Goffr. [*Deponendum*] crescente contumacia. si. de iudic.

cum

8 cum non ab homine. ¶ Quinta †gloss. quærit, arguit, & soluit. ¶ In gloss. 3. [*ibi, non sunt*] sequitur, liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procreãtur, veluti si mulier monstruosum aliquid, vel prodigiosum enixa sit [*& ibi, quod certatim, in fine*] tunc posthumus rumpit testamentum si viuus ad orbem totus processit, ad nullum declinans monstrum, vel prodigium [*& ibi, quæret aliquis*] legatum mulieri, si peperit, sibi debetur, sup. licet illud non habeatur loco liberi. quod enim fataliter accidit, non nocebit mulieri. ¶ In
9 †glo. 1. [*in fi.*] ad hoc facit, quod ibi not. ¶ In glo. 2. [*ibi, dispensatione*] infra de paro. capitulo primo [*& in fi.*] & ibi not. quid iuris tunc de iurisdictio-
b ne, an habeat eam [b] insolidum, & quid si ferant contrarias sententias, vel si vnus soluat, quod alter legauit. sed nullo modo possunt esse duo apostolici, vt ibi etiam not. ¶ In gloss. [*dispensatiue, ibi, Officij*] dicit Innoc. cuius ratione debeat subesse diœcesano: secus, si alias vocaretur ad supplendum defectum suum, septima quæstione prima, pontifi-
c ces. [c] ¶ In gloss. [*tamen, ibi, ordinariam*] dicit Hosti. inter illos, qui sunt suæ linguæ. ¶ In gloss. vlti. [*ibi,*
10 *ad falsariorum*] †& in alijs, qui not. infra de hære. ad abolendam, in gloss. tribus enim [*& infi.*] dicit Archidia. in decreta. vt officium, de hære. libro sexto, quod hic deficit talis additio. ista omnia loquunt
d in ordinario. nam secus est in delegato [d] qui non potest implorare brachium seculare. non credo, quod fuerit verbum Bernar. tũ quia memini me originale additionum vidisse, tum propter opinionem ipsius, not. de officio delega. capitulo primo, in fi. lib. 6. secundæ gloss.

ADDITIONES.

a Translationem. Et eodem titul. cum secundum, & hoc ideo est quia hic text. inter istas diuersas personas vult ritus cuiusque seruari in sacramentis, & officijs, & talis est ritus Græcorum in ordinibus, alias autem in iudicando seruari debet consuetudines, & iura locorum iudicii, non tantum personarum. vide Ioan. And. de consue. super rubrica, & de foro compe. quod clericis.

b Eam. Vide ad materiam Barto. in l. 1. §. si plures. ff. de exercito.

c Pontifices. Et de cle. ægro. capit. i. lib. 6. & de sup. neg. præla. c. fi. lib. 6.

d Delegato. De quo vide per Ioan. And. supra de offi. dele. c. significasti.

SVMMARIVM.

1 *In cathedralibus, & collegiatis ecclesijs instituendi sunt idonei viri, quibus, cum expedierit, episcopi committere, quæ dicuntur hic, queant, & a quibus, nu. 9. & quorum sumptibus, nume. 6.*
Diuisio constitutionis, eod. nu.
2 *Pabulum Christiani populi quod sit, in alium locum reijcit.*
Prædicatione vigente, virtutes vigent & quando contemnatur, eod. nume. quæ intereunt illa cessante, ibid. & a quo cõmitti possit, nu. 5.
Homo consistit ex corpore, & anima, & duplicem habet cibum, & quem.
Corpus, & anima egent substentatione, & vtrumque horum habet suum panem, & cibum, quo si careat, patitur famem, & sitim, ibid.
3 *Verbum Dei qui negligenter custodit, non minus reus & cætera.*
Inualetudines excusant a contumacia, ibid.
4 *Color Rhetoricus hic notatur, & alijs in iuribus.*
5 *Prælato opus, & sermo iunguntur, & quibus constent, nu. eod.*
ad uocem, verbo, & ratio, ibid.
6 *Prædicatoribus verbi Dei necessaria subministrare prælati*
quo casu teneantur, docet, vbi traditur.
7 *Cæpta omnia ad effectum perducere non est cordi.*
8 *Præcipiendi verbo si vtatur constitutio, sicut hic fit, in mortali constituuntur negligentes huiusmodi præceptum.*
Laquei multi sunt impositi per humana statuta, quos ecclesia non debet inijcere, ibid.
Conuentuales ecclesię simpliciter dictæ pro secularibus accipiuntur hic, eod. nu.
9 *Monacis quę non competant officia.*
Oratio est adaptanda, cui competit, ibid. ex sensu.
Peccatorum correctio spectat ad episcopum, ibid.
Negligentiam inferiorum supplet episcopus, & in quibus hic, eodem numero, & episcopi archiepiscopus, ibidem.
10 *Per ordines prædicatorum, & minorum paracletus prouidet & quibus, & quomodo inter eos, & clericos seculares omnia rectè procederent.*
11 *De episcopis sui temporis instituentibus non idoneos conqueritur.*
Negligentia quę hic dicatur esse mortalis peccatum, ibidem.
12 *Vltio districta quę.*
13 *Additio glossarum.*
Romana ecclesia de suo non potest omnibus prouidere, & quę exigi & recipi permittat ex necessitate, quomodo voluit aliquando prouidere, & cur non fecit.
Hostiensis fuit in concilio Vienen. & quid ibi proposuerit, ibidem.

CAPVT XV.

1 NTer cętera. Casus. Int† cathedralibus, & collegiatis ecclesijs instituendi sunt viri idonei, quibus, cum expedierit, episcopi cõmittere possunt visitationes, prædicationes, & confessionum auditiones. Et in prima exordiũ. in secunda constitutio, ibi, vnde cum. in tertia pœna,
2 ibi, si quis autem [*Pabulum*] infra † de sepul. capitulo primo, & ibi exponitur [*sibi*] Christiano populo [*necessarium*] quomodo vigente prædicatione vigent virtutes, quæ intereunt illa cessante, vi-
a de pulchre per Hiero. super Gal. d. libro secundo [a] [*Sicut corpus*] quasi dicat, Homo consistit ex corpore, & anima, infra de cele. mis. in quadam, & quolibet istorum eget substentatione, & panem suum habet [*Cibo*] & si hoc cibo careat, patitur famem & sitim, octaua quæstione prima, audacter, Goffr. [*Non in solo*] Deutero. 8. capitul. Matth. quarto, in princip. & Lucæ. quarto, in princip. [*Verbo*] vnde
3 † non minus reus est, qui verbum Dei negligenter &c. prima, quæstione prima, interrogo [*Inualitudines*] quæ excusant a contumacia, infra de pro-
4 cura. querelam [*Ne dicamus*] color † rhetoricus. sic de renun. nisi cum pridem, §. verum, de maiorita. & obedien. solitæ. §. penul. [*Tolerandum*] supra, de ætate, & qualita. capi. vlti. [*Opere, & sermone*] de sta-
5 tu mona. cum ad mona. ver. si prior. & bene † iunguntur hęc duo in prælato. 40. distinctione, multi, Hostien. [*Vice ipsorum*] cum ergo prædicationis officium. contra, de officio delega. capitul. vlti. fol. illud, cum competit iure delegationis. hoc, quan-
b do iure ordinario, Goffred. Innocen. & Hostien. [b] [*Solicite*] 40. distinctione ante omnia [*Verbo*] prædicationis [*exemplo*] bonæ vitæ. nam secundum Grego. prædicatio eius cõtemnitur, cuius vita despicitur. Et peccatori dixit Deus, quare tu &c. tertia quæstione, septima, §. tria, in fin. [*Subministrent*]
6 hoc † intellige, vt dicitur, infra eodem, si episcopus libro sexto, per quam terminantur hic not. per Innocen. & Hostien. vt ibi not. in gloss. & sic. de quibus etiam hic remittit Hostien. ad not. in summa, de officio Archidia. §. quod sit eius officium, ver.
7 quare autem contra [*Ab incepto*] quia non † cordi est omnia cępta ad effectum perducere, quod dic vt no. supra de renun. capitu. primo, ad fi. cum suis concor. Hostien. [*Vnde*] idest, vt talium copia possit habere. & est simile de magistris. super
8 specula. [*Præcipimus*] per hoc † verbum cum fine iunctum elicitur, quod negligentes cõstituti sunt in mortali, & optat Hosti. quod mirericors Deus misericorditer agat in his, & in alijs multis laqueis impositis per humana statuta: cum tamen ecclesia non debeat inijcere laqueum. 28. quæstio. prima, de viduis. ij. remittit. etiam, de treu. & pace. capitulo primo [*Conuentualibus*] secularibus. Pet.
9 & Abb. monacis † enim non competunt officia, quæ sequuntur 16. quæstione prima, adijcimus, & capitulo, iusta. Egi. [*ordinari*] dicit Hostien. quod si hi, ad quos pertinet, infra terminum congruum per episcopum sibi datum hoc neglexerit, episcopus id faciet suo iure, cum ad ipsum spectet peccatorum correctio, argumen. supra eodem, irrefragabili. §. excessus. x. quæstione prima, regenda. & horum negligẽtiam etiam suppleret archiepiscopus, argumen. supra eo. quanto, de concess. præb. capitulo secundo, de electio. ne pro defectu, & remittit, supra eodem titulo, cum ecclesia. Dicit
10 demum, quod † hodie paracletus prouidet per ordines Prædicatorum, & Minorum, licet non omnes recipiant verbum istud, de excess. præla. nimis. & dicit, quod si ipsi abstinerent a iuribus parochialibus, & eis prouideretur in necessarijs, omnia recte procederent, & tenentes administrationes satis possent per papam liberari ab huius præcepti periculo, & facit, quod not. infra capitul. proxi. in
11 princip. [*Cooperatores*] contrarium faciunt † episcopi nostri temporis, qui ædificant parietes. & columnas subtrahunt. duodecima, quæstione secũda, gloria, & cæca offerunt animalia, indoctos in loco doctorum ordinant, & magistros faciunt, qui vix possunt dici discipuli. 49. distinctione, capitulo vlti. Goffred. [*Confessionibus*] simile, de officio archipresby. officium [*Neglexerit*] dicit Hosti. quod talis neglicentia mortalis est in prælato, propter quam omnino remouẽdus est, de quo remittitur de officio custo. capitulo primo, de officio archid.
12 ea quæ [*Vltioni*] arbitrariæ † ex quo certa non sta-
13 tuitur, de officio delega. de causis, Pet. ¶ † In gl. secunda [*in fi.*] & capitu. præcedenti, & debet esse presbyter, vt ibi not. ¶ In gloss. vlti. in fin. dicit Hostien. quod Roma. ecclesiam excusat necessitas: quia nec de suo posset omnibus prouidere. Item priuilegium de antiqua consuetudine iam obtentum. & dicit, quod episcopi conantur etiam hoc imitari, quod esse non debet, vt in decreta. prima, de tempo. ordi. & de re iudi. in causis. pluries clamauit in tantum, quod de hoc fuit sermo in concilio Vienen. quod optarem, quod curia reciperet vigesimam redituum clericorum totius orbis ad sustentationem papæ, & cardinalium, & nil exigi, vel recipi posset pro seruicijs prælatorum, quos promouet, exceptis taxatis salarijs laborantium, puta scriptorum, & similium, & tunc prouideret legatis, & nuncijs, quos mittit, de prædicta quota, & abstineret ab exactione fructuum primi anni, exactionibus decimarum, & similibus, quæ nunc pullulant, sed deliberauerunt prælati in concilio, & forte bene, quod tanta viget insaciabilis cupiditas, quod si hoc fieret, & istud, & illa perciperent.

ADDITIONES.

a D. libro secundo. Et super Amos. F. & de 42. mansionibus,

mansione, sexta.

b Hostien. Et vide in capitulo si episcopus, isto titul. in gloss. 3. libro sexto.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in ecclesijs diœcesis suæ debet esse contentus iuribus episcopalibus.*
2 *Terminis si quisque suis contentus esset, omnia recte procederent.*
3 *Abbas agit pro capellis suis, & quibus casibus, & num. 4. 5. 6. cui tamen rectores ipsarum ecclesiarum, si velint agere præponerentur, ibidem, & an possit nomine suo, vel superior agere negatoria vel confessoria, vel vti possidetis. nume. 5. 6.*
Pro ecclesiarum omnium grauamine communi aget episcopus tantum.
6 *Silentium si petatur imponi, quid amplectantur hæc verba.*
Officium iudicis sub quibus verbis cadat, & competit habenti iustitiam, & non certam actionem, estque latissimum, ibid. ver. sed intelligetur, concurrit etiam cum alijs actionibus, & quod, nu. 7. 8.
8 *Confessoria datur domino, & quando possit abbas eam intentare, nu. superiorib.*
Petitio huius abbatis fueritne iusta, ibid. & nu. 9. neganti abbati quid competere in capellis, quæ actio competat, ibid. & nume. 9.
9 *Procurationem euitare petenti ex facultatum insufficientia ecclesiæ, an sit apta petitio, versi. iniuste autem.*
Contra diffamantem me sibi esse debitorem iuste petitur, vt fiat ipsum ab hac diffamatione cessare, ibidem, & numero 11.
10 *Specificare quis non tenetur in generalibus actionibus, & quo modo quis specificet, numero 11. ad fin. & vide numero 33. & 34.*
11 *Agere quis non compellitur, nisi in casu leg. diffamari.*
12 *Secundum allegata seu proposita, & probata sententia ferenda, non secundum conscientiam.*
13 *Obedientiam si quis episcopo præstet, vel inferiori, ob id eum recognoscit in iudicem. Ad eam qui teneantur, & quis eã præter episcopum habere possit.*
Visitatio, institutio, censura ecclesiastica iurisdictione, & iura alia, quæ hic in decretali recensentur alijs quàm episcopo competere possunt, sed differenter, ibid.
14 *Prælati inferiores episcopo ea, quæ is cum episcopo communia sunt, exercere tanquam episcopi videntur, & non sub episcopis, & quando id contingat.*
Obediendum quando sit potius minori, quàm episcopo, eod. nu. ver. & ibi, si minor.
15 *Præscriptio nulla currit absque possessione, & contra quem, nu. 16. & in quibus, ibid. & nu. 17.*
Possessio semel acquisita non amittitur sine conscientia & animo possidentis, & numero 16. vbi referuntur exempla.
17 *Per subiectionem recognoscit quis dominum, a qua consuetudo, & priuilegium eximit, ibid.*
18 *Per reuerentiam recognoscimus potestatem.*
19 *Correctio respicit crimina, reformatio mores, contra quæ non valet consuetudo, nec appellatio, ibid.*
20 *Pœnitentiæ, & sacramenta respiciunt etiam laicos.*
Iura episcopalia si peto ab abbate, prosequi videor etiam ea, ad quæ tenentur clerici & laici capellarum eius.
Subditorum etiam comprehendimus iura, si domini iura petimus, ibidem.
21 *Sacramenta a quo recipienda, & quæ eorum appellatione sumantur, & nu. 22. 23.*
22 *Pœnitentes a quibus non dicantur absoluti.*
Confessiones pœnitentium an consuetudine quis possit acquirere, ibidem, & numero 23. vel vt non parocho quis non confiteatur, ibid.

Consuetudo

Consuetudo quem examinat, ibid.
23 *Episcopi vicariam qui vsurpat, excommunicatus est ipso iure.*
Confessores qui sibi eligere non possint, ibid.
Capit. ne pro dilatione non extendi vltra suos casus, ibidem, ver. quod etiam.
24 *Synodus ad legem iurisdictionis videtur spectare, & qui ad eam venire teneantur.*
25 *Mortuaria quæ sint, & quæ competant episcopo ex capellis monasteriorum.*
Visitatio est de lege iurisdictionis, ibid.
26 *Procuratio, & cathedraticum an a pauperibus petenda.*
27 *Subsidium in quibus casibus ab episcopo sit postulandum, & a quibus postulare, & qua verborum formula.*
28 *Necessitas legem non habet.*
29 Epilogus, *suffragium glossarum*, 30.
Iudicis officium lites dirimere, & partes ad concordiam si potest, primo loco reuocare.
31 *Additio glossarum.*
32 *Coniecturis non est opus in certis, sed in incertis.*
33 *Specificanda sunt, quæ vltra ius commune per pactum &c. sibi deberi dicit aliqua episcopus, vide nu. 10.*
Sententia in petitis generaliter, quæ de iure communi debentur, mandabitur generaliter executioni, licet non sint expressa, & ibidem, & numero 34. sed in petitis vltra ius commune nisi in expressis sententia fiet, & executio, ibidem.
Petitionis generalis, quæ etiam non comprensa iure communi contineat, formula quæ, ibidem, versicu. illa vero, & in quibus actionibus ea sufficiat, numero 34. vide numero 35.
Denarius S. Petri, & procuratio archidiaconi de consuetudine debentur, ibid.
34 *Cap. Auditis, de præscrip. intellectus.*
Hæreditatis petitio est vniuersalis. ibid.
Executio in vniuersalibus actionibus, atque generalibus quo modo fiat, & quæ quandoque probanda sint, ibidem, numero 33.
Probari non oportet quæ communi iure debentur, & cætera probanda, ibidem, & numero 33. & numero 8. 9. 10.
35 *Petitionis generalium, uniuersalium, & singularium formulæ quæ debeant esse, docet, vbi alibi tradatur, & vide supra nume. 33.*
36 *Iura episcopalia si petantur, est petitio generalis.*
37 *Specificationis effectus, vt obstet exceptio in specificatis.*
Rei iudicatæ exceptio quando obstet, ibid.
38 *In liberatione sufficiunt verba generalia.*
Translatio restringitur ad ea tantum, de quibus actum est, ibidem.
39 *Absolutio quorum criminum reseruetur episcopis, alio reijcit.*
40 *Decimarum quarta iure communi debetur episcopo, sed quota consuetudinario.*
De mortuariorum quarta alibi promittit traditurum, ibid. in fin.

CAPVT XVI.

a 1 Onquerente. [a] Casus. Episcopus† in ecclesijs dioec. suæ debet esse contentus iuribus episcopalibus. & quæ sunt episcopalia iura, declarat. Et in prima petitio, & contestatio. in secunda sententia ibi, nos autem [*Montis subastasii*] cui per summum pontificem prælatus extitit quondam socius per me summe dilectus dominus Iacobus de Monte Melino prius abbas montis Erilis, religione & moribus commendabilis & studiosus. nunc vero præest monasterio de Saxo vino Fulginatis dioec. [*non contentus*] vtinam† quilibet suis terminis contentus esset, de sepul. capit. primo, & qui paupertatem eligunt, non vsurparet iura parochialia, de excess. præla. nimis. sed eis patientibus defectum. episcopi, & demum chisticolæ prouiderent, & sic omnia recte procederent, de hoc, supra capitulo proxi. ad fin. secundum Hosti. 2 vino Fulginatis dioec. [*non contentus*] vtinam† quilibet suis terminis contentus esset, de sepul. capit. primo, & qui paupertatem eligunt, non vsurparet iura parochialia, de excess. præla. nimis. sed eis patientibus defectum. episcopi, & demum chisticolæ prouiderent, & sic omnia recte procederent, de hoc, supra capitulo proxi. ad fin. secundum Hosti.

5 hoc eadem,libro ſexto [*Relaxes*] per hanc † decre. colligebat Vincen.quod ſi mandetur alicui prouideri in dioœce.non poteſt prouideri in eccleſijs exẽ-
d ptis,de hoc dixi,ſupra de reſcriptis abbatem. d vbi Compo.contra.etiam vide quod dicam de reſcriptis,ſi propter , libro ſexto . Item not.Pet.& Abb. quod clerici monaſte. vel eccleſiarum exemptarum ſint exempti,de ſtatu regu.capitul. vlti. ad fi-
e nem.patet de priuile.per exceptionem , e libro ſex
6 to.¶ Prima † gloſſ.elicit tria argumen. ¶ Pen.gloſſ. alleg.quatuor concor.& vnum contrarium.¶ Vlti.gl.obijcit,& ſoluit dupliciter,& primam approbat. ¶In † gloſſ. [*ibi,maxime*] Idem Innocen. ¶In
7 glo.pen. [*ibi,in fi.*] dic vt ibi.& ſupra de elec.noſti. 55.diſtinctio.pœnitentes. ¶In gl.vlti. [*ibi,vel poſſet dici*] lectura hæc eſt contraria illi verſicu. nullam, quòd nec mediatam,nec immediatam, nec principalem , nec acceſſoriam [*& ibi,ſit paratus*] & ſe-
8 cundum hanc lecturam colligit Hoſti.quòd † abbas vnius epiſcopatus poteſt in alio epiſcopatu pro tribunali ſedere , de quo remittit , ſupra eod. quanto,in fin.de officio lega. nouit [*& in fin.*] Idẽ.
9 Innocen.vel ideo † dicit, relaxes, vt epiſcopus prudenter & caute poſſit errorem ſuum corrigere,ne confundatur, ſecundum Hoſtien. poterit dicere tales ſententias , quas tuli , de voluntate papæ relaxo,cui oportet obediri. decimanona , diſtinctio. in memoriam.

ADDITIONES.

a ¶Graue. Et hoc capitulũ intellige, quando ſcribitur ordinario, eius officium excitando. ſecus, ſi executioni, vt no. Ioan. And. in capitulo abbatem, ſupra de reſcrip. quia tunc etiam exempti comprehenduntur. Bal.

b ¶Excommunicare. An id poſſit pacto introduci, vide de officio delega. P. & G. etiam in alios habentes iuriſdictionem illam prorogando, per Ioan. Andre. ſuper ver. ex cauſis, & ſuper gloſſ. ſic ergo. & an arbitri iuris poſſint excommunicare facit capitulum ab arbitris, de officio dele. libro ſexto, & vide ibi Archidiaco. & Ioan. Andre. de appellatio. licentia, libro ſexto.

c ¶Sane. Lo ſecundo, loquitur in delegato, hoc in ordinario excitato.

d ¶Abbatem. In gloſſ. dicit Vincentius &c. & ad hoc etiam vide gloſſ. in Clemen. frequens. §. præterea, de exceſ. præla. & ibi Pau. qui diſtinguendo concordat opin. & Ioan. de Ligna. qui tenet opin. Ioan. Andr. per Clemen. archiepiſcopo. de priuile. & vide do. Pe. de Anch. in repe. c. ſi propter, vbi inducit hoc ad arduam. q.

e ¶Exemptionem. Vide Barto. in l. quod conſtitutum, ff. de teſta. mili.

SVMMARIVM.

1 *Licet, id eſt licitum eſt, in prin.*
2 *Epilogus, & additamenta gloſſarum, nu. 3.*
Abſolutionem an poſſit is, cui competit ex officio, alij commit tere, ibid. nume. 3. quam poſſunt etiam laici in neceſſitate impartiri, nu. 4.
Priuilegij gratiam ſibi factam quis non poteſt alij committere, ibid. & ratio.

CAPVT XX.

1 EIs, quibus. Brene eſt [*Canonem*] decimaocta ua, quæſtione quarta, ſi quis ſuadente [*Licet*] ideſt licitum eſt [*expedire*] puta † quia ipſi ſunt alijs occupati, ſupra eodem, quod ſedem, vel
2 quia ita placet eis, vt not. de officio delega. paſtoralis, Hoſtien. ¶Secunda † gloſſ. ponit. 5. exempla,
3 & ad ſecundum exemplum ſignat contrarium, & ſoluit. ¶In † gloſſ. ſecunda [*ibi, in hac parte*] & hoc tenet hic Hoſtien. qui inducit hanc literam, ex officio, quaſi ſecus, ſi ex miniſterio. Item gratiam priuilegii ſibi facti non poteſt alij committere, ſupra de vſu pal. capitulo ſecundo, nec alius debet ipſam vſurpare, de priuil. capitulo ſane, talia enim ſunt perſonalia, de conceſſio. præben. conſtitutus.
a dictum gl. ſeruamus, & eſt verius [a] ad contrarium dic, quod illud, cum miniſterium abſoluẽdi com-
4 petit per delegationem: ſecus, ſi per officium vt hic [*& ibi, etiam † ſacerdotes*] & etiam laici in neceſſitate ſecundum Phi. hic, dic vt ſupra eodem, paſtoralis, in glo. quo caſu, in fi.

ADDITIO.

a ¶Verius. Pro qua facit, quia tranſit hæc auctoritas ad ſucceſſores dignitatis, & ſic non videtur competere induſtria electa iuxta doctrinam Bal. in l. quiſquis, C. de epi. & cle. vbi dicit, quod non videtur induſtria electa, vbi fit mentio hæredis, alleg. l. cuius bonis, ff. de cu. fu.

¶De officio iudicis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, ſiue diſpoſitio tituli.*
De materia huius tituli vbinam in locis alijs tradatur, ibid. ver. de hoc habetur, & nu. 2.
2 *Ex officio iudex ſupplet allegationes, & interrogat poſt concluſionem.*
Dilatione pendente iudex non præbet officium ſuum.

1 ¶Dicto † de ſingularibus officijs dignitatum, & iudicum ſingularium, nunc indeterminate ſummittit de quodam officio, quod delegatis, & ordinarijs eſt commune. ideo &c. Goffred. de hoc habetur. tertia quæſtione ſeptima, §. tria, verſicu. ſi vero in vno. conuenit autem, ſupra de poſtu. bonæ. i.
2 vbi iudex † ſupplet allegationes, de fide inſtrum. cum Ioan. ad fin. vbi poſt concluſionem iudex ex officio interrogat, vt infra de appellatio. ſignificante, vbi circa principale. lit. non conteſt. & dilatione pendente delegatus non præbet officium, facit de excep. pia, in fi. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatum prouidere parti, quæ non poteſt habere ſpectat ad officium iudicis etiam delegati, & nu. 5. 6. & 8. & poterit dare domeſticum, ibid. & nu. 9. An & quibus in caſibus poſſit aduocatus inuitus cogi, nu. 4. 5. 7. & an cum ſalario, nu. 8. & an petenti tantum, ibid.*
2 *Pro ſubiectis poteſt dominus vel ſuperior ſtare in iudicio, & pro ſubiectione tertij litigare, vide exempla.*
3 *Officium iudicis, de quo hic agitur, eſt purum, generale, & merum, quod eſt implorandum ſine ſolennitate.*
5 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum.*
6 *Suppletio, & nume. ſubſequentibus.*
Ordo poſtulantium debet eſſe, & ratio, ibid.
Mediocribus prouiſum a iure, vt deſideria ſua proferant, ibidem.
7 *Non petentibus etiam prouidetur aduocatus a iudice.*
8 *Potentialis modi vſus.*
Verbi in alia reſolutio, ibid.
9 *Teſtem de domo iudicis nemo producere poteſt aduocatumue etiam non poſſit, ibidem, & in quo differat a teſte, ibidem.*
10 *Recuſari poteſt iudex, cuius dominus ſit aduocatus in cauſa.*
Aduocatus autem an & quando poſſit repelli, ſi ſit familiaris iudicis, ibid.
Dominus ſubditum erigit, & deprimit, non contra, ibid. ver. quia dominus.

CAPVT I.

1 XLitteris. Caſus. Ad officiũ † iudicis etiam delegati ſpectat prouidere aduocatum parti, quæ non poteſt habere, & poterit dare domeſticum. Communis diuiſio. ſecunda ibi, mandamus [*Sancti Petri*] quod immediate & pleno iure pertinebat ad monaſterium foſſæ nouæ, ſecundũ
2 Innocen. & ſic vnum † monaſterium ſtat in iudicio pro alio monaſterio ſibi ſubiecto, concor. de reſcrip. ex tranſmiſſa, ſicut & epiſcopus pro eccleſia ſibi ſubiecta, de ſuc. ab inte. capitu. fin. decima, quæſtione prima, regenda. ſic poſſent etiam litigare ſuper ſubiectione tertij monaſterij, vel vnum aliud vendicare, de tranſac. præterea. 2. quod met. cauſa. cum dilecti, de dona. inter dilectos. de ſtatu monacorum, recolentes. §. fin. Hoſtien. [*Officium*]
3 purum † generale, & merum, [a] quod dic, vt not. in
a ſumma, eodem titulo, §. j. Hoſtien. [*Implorando*] de plano, & ſine ſolennitate. ff. de officio procon. nec quicquam. §. de plano, & §. aduocatos [*Archiepiſcopus*] dicit Egidius per hoc quoſdam † dicere, quod
4 hoc fecit iure ordinario, non delegato. tu contra, vt dixi ſummando [*Clerico tuo*] an ipſum cogere poſſet,

poſſet, remittit Hoſtien. ad ſummam, de poſtula. §. primo, verſic. ſed nunquid poteſt cogi beneficiatus [*eiuſdem*] Cauenſ. [*Tuus erat*] iſta non erat illius cauſa propria, ſecunda quæſtione ſexta, bi
5 duum, verſi. palam. ¶Vltima † gloſſ. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶In gloſſ. ſecunda [*ibi. §. aduocatos*] prouidet iudex de aduocato fœminis, & pupillis debilibus, vel his, qui ſuæ mentis non ſunt, aliquo eis petente, & etiam nullo petente, & his etiam, qui per aduerſariorum potentiam habere non
6 poſſunt. ¶In † gloſſ. ſecunda [*ibi, aduocatorum*] & quod aliquis ſit ordo poſtulantium, ne ſi honori poſtulantium locus detur, mediocres deſideria ſua non proferant. ff. de officio procon. nec quicquam. §. obſeruare [*& ibi, ſi vero*] vbi idem no. [*& ibi, De publico*] vide in ſpecul. eodem titulo. §. deſeruit, in fine ſecundæ columnæ [*& in fine*] per hunc.
7 §. videtur, † quod putat Goffre. verum in certis perſonis, quibus etiam non petentibus dari debet aduocatus, vt ſunt fœminæ, pupilli, debiles, & qui ſanæ mentis non ſunt, & qui per potentiam aduerſariorum aduocatos habere non poſſunt. ff. de officio proconſul. nec quicquam. §. vltimo. nec his dabitur gratis, ſed conuento ſalario profacunda aduocati, pro modo litis, & conſuetudine fori. ff. de extraord. cogni. lege prima, §. in honorarijs. ſed alijs aduocati inuiti dari non debent, qui per ſe, amicos, & pecuniã poſſent habere. ff. de rebus eorum, qui ſub tute. vel cura. l. magis. §. in primis.
b & quod dicit, l. prima, §. ait prætor, [b] qui non
8 habet aduocatum &c. ſup. nec habere † poſſit, vt in quibuſdam perſonis dictum eſt. & ſimilis expoſitio. ff. de aqua plu. arcen. l. Labeo. §. ſi aqua pluuia
c no ceat. i. nocere poſſit. hic ergo datur [c] aduocatus inuitus eccleſiæ, vt pupillo, vel ei ſubtrahebatur malitia, vel potentia partis alterius, ſecũdum Gof. ad id, quod dicit, aduocatum non dari gratis, dicit Hoſtien. quod ſi petens diues eſt, aduocatus iudici non obediet ſine ſalario. ſi vero pauper eſt, nec habet, vnde ſoluat, omnino tenetur obedire, cum ad hoc ſit aſtrictus ex lege naturali, & ex præcepto diuino, Matth. 22. Diliges proximum tuum &c. vel damnabitur ſecundum Grego. in homel. ſuper Matth. 25. ibi, Homo quidam peregre. dicit ergo, ſi nihil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retẽtione damnabitur. & ſecundum Hoſtien. hic habet locum, gratis accepiſtis &c. infra de magiſtris. capitulo primo, nec obſtat, ſi dicat, quod expenſis ſuis factus eſt peritus. nam & illas expenſas domi nus dedit. quid enim habes, quod nõ accepiſti? primo ad Corinth. quarta. Nec diues fieri poterit ſapiens ſine dono Dei, Eccle. i. Nec dicas hæc theologica, nec curanda. nam & imperator hoc curat in authenti. vt non luxu. contra natu. 1. reſpond.
d & 1. §. col. vi. [d] Clerici vero, qui ſalarium de patrimonio Ieſu Chriſti recipiunt, de præbendis, cum ſecundum, debent cauere, ne perſonis miſerabilibus deficiant, de poſtula. capitulo primo, quibus etiam ſi non petunt, iudex vltro aduocatum offeret. ff. de officio proconſul. l. nec quicquam. §. aduocatos. ¶In glo. vlt. [*in fine*] nec ibi dicitur, quod talis exceptio fuerit admiſſa, vide in ſpecula. titul. j. §. vltimo, verſi. item quod aduocatus, & quod ibi
9 dixi. ſed contra, nemo † poteſt producere teſtem de domo iudicis. quarta, quæſtione quarta, capitulo fina. ſed aduocatus teſtis eſt, & pluſquam teſtis, cum continue de facto, & de iure dirigat, & porrigat intentionem clientuli, de iudi. paſtoralis, alias. C. de poſtul. l. quiſquis. ſolũ. dicit Hoſtienſis, aliud in teſte facti, cuius dicto creditur. de his, quæ vidit vel audiuit, de conſuetu. capitulo ſecundo, aliud in aduocato. qui teſtis eſt iuris, nec ei creditur, niſi quantum iure probat, & tunc iuri creditur, & non ſibi. ff. de probationibus, ab ea parte. vel dic ſecundum eum, quòd vterque admittendus eſt in ſubſidium, vbi aliud non habetur, argum. decima quarta, quæſtione ſecunda, quamquam. C. de hær. quoniam multi, in fin. vnde & aduocatus iſte admittitur hic, & in ſubſidium: quia forſan alius idoneus non inueniebatur, & neceſſitas legi non ſubiacet. & quod dixi, quod aduocatus de facto probat intentionem clientuli, verum eſt de facto, de quo cõſtat, vel eſt notorium, vel per alios teſtes proba
e tum. [e] ¶Quærit † Hoſtienſis, quid de caſu conuer
10 ſo. ſ. cum aduocatus eſt dominus clerici iudicis? arguit, quod obſtet. ſupra de officio delegati, inſinuante. diuerſitatis ratio, quia, quando dominus iudex eſt, & clericus aduocatus, non timetur per uerſio iudicij, ſicut in caſu conuerſo, quia dominus ſubditum erigit, & deprimit, non e contra, ad hoc decima ſexta, quæſtione ſecunda viſus, poſt medium, & ante fi. ſed ad textum opponit Hoſtienſis, ſi dominus partis recuſari poteſt a iudicio. ſupra de officio deleg. cauſam. ij. fortius dominus aduocati ipſius: quia pars forte rudis eſt, ſimplex, ſatis forte eſt extranea a domini familiaritate: ſed aduocatus, qui ſolet eſſe ſubtilis, & malitioſus. C. man. ab Anaſtaſio, poſt prin. conſueuit ſibi acquirere familiaritatem domini, & ipſius ſecreta rimari, & facile propter cõtinuam pulſationem poteſt in partem ſuam trahere iudicis animũ: quia gutta cauat lapidem, &c. ſolu. dicit Hoſtienſis, q̃ hoc ius non conſiderauit hanc ſubtilitatem, ſed affectionem domini, & litis proprietatem, quæ nõ eſt aduocati, vt dixi in textu: præſumpſit, etiam quòd iudex peritus ſit, nec de facili decipi poſſit. facit de reſcriptis, ſtatutum, libr. vj. nec præſumpſit, quòd aduocatus ita ardenter procuret cauſam clientuli, ſicut propriam. nam & multi parum curant recepto ſalario. Item cum cauſa eſt familiaris, facile alia familia intercedit, non ſic in caſu aduocati. Item ſi nimis hoc dilataretur, poſſet ſecundum id iudicem recuſare, ſi aliquis inimicus meus, vel aduerſarij amicus cohabitaret iudici. ſed ſi ponas, quod aduocatus nimis ardenter aſſumit cauſam & in camera, & extra, & totis niſibus per ſe & alios laborat, & quod dominus per hoc mouetur, tunc iuſte recuſaretur ſecundum Hoſtien. non quia dominus aduocati, ſed quia nimis fauens, argumen. vt lite non conteſta. accedens. 2. dicit ergo ex modo, & circunſtantijs in libello recuſationis apposi tis debere per bonum arbitrum terminari, vt §. de officio deleg. ſuſpicionis.

ADDITIONES.

a ¶Merum. Et incidenter, non principaliter, vide infra capitu. proxi. cum fuerit delegatum, vt infra dicitur.

b ¶Prætor. Ibi idem no. gl. & ibi no. de materia iſta.

c ¶Datur. Etiam inuitus: quia eſt publicum officium, ſicut tabellionatus, vide in l. prouiden. C. de poſtula. vbi vide per Sali.

d ¶Colla. vj. Quomodo autem, & qua actione petat aduocatus ſalarium, & quo tempore peti poſſit, & plura alia circa, vide in ſpecu. de ſalarijs. §. ſequitur per totum, & per glo. Bar. Bal. & Sali. in l. vna, C. de ſuſtra.

e ¶Probatum. Et probat per argumenta iuris, non per probationem facti, & vide Ioan. Andre. de iudi. paſtoralis, in gloſ. quicquid, & Bart. ff. de pub. iudi. l. cuſtodias, & de adul. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
2 *Officium iudicis nunquid ſit actio, & quid referat, vt ſit actio.*

actio. Reliqua de eo vide numeris inferioribus omnibus fere.

3 *Exercetur interdum nulla parte postulante, & alijs modis, & quibus.*

4 *In quibus casibus imploretur in primo casu, & numero 5. & 7.*

5 *Extraordinaria crimina quare dicantur.*

6 *Libelli, siue petitionis formula, vbi officium imploratur in primo casu.*

7 *Officium cum primo casu imploratur, fit litis contestatio, & solenniter proceditur, secus, si secundo casu, numero 8. & 9.*

8 *Quando ipsum in secundo casu incidenter proponatur ad vocem, Ante, & numero 9. & cur incidenter peti dicatur, numero 10.*

9 *Vocatur mercenarium in hoc secundo casu, & differentiæ quæ inter hoc, & alterum, quod principaliter imploratur, & quando incipiat, remittit.*

10 *Incidenter peti quando dicatur officium iudicis.*

11 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Iudicis officium in quibus habeat locum, & numero 13.

13 *Suppletio, siue appendix glossarum.*
Officium iudicis quantum valeat in bonæfidei contractibus, & supplet lege deficiente contractus, ibidem, numero 13.
competit multis casibus, vbi competit actio, nu. 14. an perpetuetur, nu. 15.

14 *Legis, in causæ, ff. de mino. intellectus.*
Litis contestatio an & quando non necessaria in coniugio, & electione, eod. nu. ver. & dat simile.

16 *Rescissoria non est nomen actionis, sed adiectiuum, & quid operetur, & qua ratione competat, vel concedatur.*

17 *Quod metus causa, actione quod fit, dicitur iudicis officio fieri.*

CAPVT II.

a 1 LVdicis officij. Se summat[a] & sunt† duo dicta. secundum ibi, alias antel. & primum exemplificat ibi, veluti [*pro actione*] exemplum, de resti. in integ. capitul. penul. & no. secun
2 dum Inno. quòd dixit Mar. ℣ officium † iudicis est actio, ar. ff. de actioni. & obligationibus, actionis verbo. sed Ioan. & Azo contra. ff. de minoribus
b quòd si minor. §. fin. sed dices, [b] quæ vis in hoc respondetur, quando imploratur officium iudicis non tamen intentatur vt actio, in optione iudicis est id, quod petitur, concedere, vel negare. at cum propono ipsum vt actionem, cum proponã auxilium, mihi ex persona mea non aliunde competens, oportet ipsum vt mercenarium sue dominæ, scilicet actioni meæ, velit, nolit, deseruire. C. de positi. l. 4. ff. de rei vendicatione, officium. ff. quod metus causa, metum. §. ex hoc edicto. & sic sequeretur absurdum, quòd aliquis seruiret sibiipsi secundum Innocentium, de hoc institu. de actio. in quarta glossa, & in Specu. eodem tit. §. potest, ver.
1. & 2. [*Proponitur*] a parte & contra certam personam. exercetur enim iudicis† officium interdum
3 nulla parte petente. interdum partibus inuitis, interdum ad petitionem partis. & hoc casu quandoque contra certam personam: quandoque contra incertam: quandoque contra nullam: & prosequitur plene. G. in specula. 1. partis, eodem titu. §. primo, vbi multa exempla
4 †de hoc primo casu inuenies. Vinc. ponebat hic exempla, vbi imploratur, quod iudex compellat iudicem, vel arbitrum pronunciare. ff. de arbi. l. 2. de iudi. de qua re. Item vbi imploratur, quòd tutores, vel curatores cogãtur gerere, & si male sunt excusati, vt reducantur. ff. de mi. l. verum. §. ex facto, insti. de satisda. tuto. §. fin. vel quod remouean
tur. C. de admini. tuto. l. vltima. Item imploratur, vt caueatur de damno infecto, & pro legatis soluẽ dis, & pro similibus. ff. de actio. & obligatio. l. actionis. Item cum imploratur pro alimentis præstandis a parentibus liberis, & ecõuerso, & patronis, & libertis. ff. de libe. agno. l. si quis a liberis. §. Iulia. Itẽ pro reuocandis in seruitutem ingratis, & pro donationibus. C. de liber. & eorum lib. l. j. & infra de do. propter. Item vt vltima voluntas seruetur, vt j. de testamentis, tua. Item in actionibus publicorũ
5 criminum pro pena imponenda. vnde † dicuntur extraordinaria crimina, de quibus tractatur. ff. de extraordi. crimi. & de priuatis delictis. Item in causa inquisitionis agitur ex officio tam in publico, quam in priuato crimine, & lite non contesta. infra de accusa. qualiter, Vincen. secundum quem
6 detur† libellus sic. Ego talis imploro vestrum officium domine iudex, vt faciatis mihi per talem seruari talem compositionem, infra de pactis, cum pridem. vel prouideatis mihi super tali præbenda, in qua deceptus fui, vel circunuentus, infra de rerum permu. cum vniuersorum. vel imploro officium vestrum super tali beneficio, super quo me suppositi gratiæ aduersarij, infra de renun. veniẽs vel de quo beneficio coactus inopia & vexatione male composui. infra de præben. dilectus, in decis. & postea† fit litis contest. & solemniter procedi
7 tur. in his enim proponitur iudicis officium pro act. Phi. addebat duos casus in pena iudicis infligẽ da propter imperitiam. ff. de variis & extraordinarijs. l. fin. & in filio, qui de sui potestate infert patri controuersiam. ff. de libe. exhiben. deinde. §. hoc autem. remittit tamen ad notata, insti. de officio iudicis, in summa, in fin. Goff. vero ponebat exempla canon. in denunciatione, quæ licet ex officio iudicis expediatur, debet tamen cum denunciato re lis contestari: ipse, si non probat, punitur de calumnia, capitu. 2. Item si clericus dicit rem se perdidisse per metum, dolum, captiuitatem, conditionem temporis, vel violentiam, secundum simplicitatem iuris canonici restitui petit per officiũ iudicis, sic intelligitur, tertia quæstione prima, reintegranda, Goffred. hæc & quædam alia exempla hic per Innoc. & alios posita, vide apertius in spec.
præ. §. primo [*Principaliter*] quasi secus, si inciden
8 ter, vt sequitur [*Alias*] scilicet quando † principaliter non postulatur, sed de plano imploratur a partibus, vel proprio motu exercetur [*Ante*] vt quia ante ingressum peto per officium iudicis aduocatum, vel locum tutum, supra capit. proxi. infra de appellatio. ex parte. i. vel peto mihi relaxari iuramentum, quod præstiti de soluendis vsuris, de iureiuran. capitulo primo, secundum Goffred. Hostien. & Egi. in hoc vltimo casu, quando propter
c id prouocarem ad iudicium, crederem potius [c] hoc exemplum competere primo casu [*Et post*]
9 exempla † patent in 1. gloss. [*Ad hoc*] iudicis officium, & vocatur a quibusdam hoc casu mercenarium vel deseruiens, quod in quo differat a præcedenti, & quando incipiat, & quomodo deseruiat ante litem contest. & in ipsa contestatione, & post, & in prolatione sententiæ & post, vide plenius in
d spec. eodem titulo, §. deseruit [d] [*Sine litis*] ex quo
10 incidenter petitur. Et dicit† Innocen. incidenter peti, quod petitur lite pendente: vel quod petitur non propter se, vt aduocatum peto non propter se, sed propter causam. idem vbi propter se petitur sed ratione rei postmodum habendæ, vel litis proponendæ, & ex sua petitione nil consequitur, nec aliquid

e aliquid iuris in re quæritur. [e] C. vt in pos. le. l. 1. & idem, vbicunque interponenda est summaria co-
11 gnitio secundum eum. ¶ Gloss. prima† ponit quædam, ex quibus imploratur iudicis officium. ¶ Gl. 2. primo litteram exponit, & rationem reddit. secundo signat contrarium: ponit opiniones, & soluit, solutioni obij. & contrario respondet: demum arguit, signat contrarium, remittit, & soluit. finis respondet per tres quæstiones, an etiam delegato competat, & an detur maiori, & an sit personalis, vel realis actio. ¶ Vltima glo. primo exemplificat. secundo arguit super exce. &c. signat contrarium, & ibi remittit. iterum signat aliud contrarium, &
12 ibi remittit. ¶ In prima† gloss. [*ibi, Non solum*] in rei uen. habet etiam iudex rationem deteriorationis [*& ibi, & item.* §. 1.] vide de testamentis, capitulo secundo, super gloss. antepenul. [*& ibi, certum*] vide de restitutio. spoliato. grauis, in vlti. glos. [*& ibi, Sciendum*] vide de do. finem, & super gloss. sed nun quid [*& ibi, Qui petitorio.* §. 1.] conuentus in rem etiam de culpa damnatur, vt si seruum petitum per periculosa loca misit, & periit, vel fugitiuum non custodiuit, vel nauem petitam tempore aduerso immisit nauigio. ¶ In gloss. secunda [*& ibi. §. vlti.*] dicit, quod sequitur [*& ibi. l. 1. & 2.*] prima loquitur in illo, qui erat in legatione: secunda in il
13 lo, qui de præsidis mandato retinebatur sub custodia militari. ¶ In† gloss. j. [*ibi, patet*] Vnde dicebat Vincen. tantum valere iudicis officium in bonæ fidei contractibus, quantum stipulationem in contractibus stricti iuris. ff. depositi. l. Lucius. & vbi deficit lex contractus, iudex facit, quod ex bono, &
f æquo sibi videtur, insti. de loca. §. penul. [f] [*& ibi, bonæ*] & de hoc c. 28. distinctione [*& ibi, Item sciendum*]
g & de officio legati, cum olim. [g] ¶ In gloss. secunda
14 [*ibi, in causæ, in princip.*] hæc lex intelligitur † de extraordinario, quod competit ecclesiæ per beneficium restitutionis, vel minori: alias multis casibus datur iudicis officium, vbi competit actio secundum G. in spec. eodem titulo, §. 1. versũ. sed opponitur. vide quod dixi post Innocen. de officio ordi-
h narii, conquerente, in gloss. not quòd Abb. [h] in fi. [*& ibi, vt ibi dicitur*] & in Clemen. de restitutio. in
i integ. capitu. vno [i] [*& ibi, Quidam*] Philip. & dat simile, ubi agitur de coniugio, vel elec. litis contesta tio non est necessaria, vt lite non contesta. capitu. primo, de elect. dudum: tamen parte contumace lite non contesta. proceditur, vt lite non contesta. quoniam. de casu speciali non est arguendum ad genus, secundum Odoff. & alij quidam tenebant illud per has rationes: quia per secundum dictum gloss. non prouideretur reo petenti restitutionem
15 contra sententiam. & quicquid dicit. G. non† perpetuatur hic officium, quod vide clarius in spec.
k secunda parte, de resti. in integ. §. secundo in fin. k & de hoc, quod dicitur non perpetuari per litem contesta. vide, eodem titu. §. vlti. in princip. [*& ibi, officio iudicis*] & habet hoc locum, siue restitutio maioris fiat ex edicto. C. ex quibus causis maio. in contractibus, siue agatur rescissoria, quæ datur reuerso ab hostibus inuenienti rem suam præscriptam, vel vsucaptam. is enim intentat vtilem rei
16 vendi. vel rescissoriam, non† quod rescissoria sit nomen actionis, sed adiectio. i. petit rem rescissa vsucapione, vel præscriptione, vt sic reponatur in statum, in quo præsens fuerat. hoc enim beneficium licet competat ex edicto prætoris. C. ex quibus causis maio. l. prima. ff. de capit. & postlimi. reuer. l. ab hostibus, tamen ex officio iudicis indulgeri videtur. vnde dicunt quidam recursum habere rescissoriam ex edicto prætoris inefficacem, sed prætor viuus insufflat in eam vitæ spiraculum, insti. de ac.
§. rursus. ff. quod metus causa. l. metum. §. volenti-
17 Item† quod fit per actionem, quod me. causa, dicitur fieri iudicis officio. ff. eod. l. metum. §. ex hoc edicto, Goffre. de materia vide satis post Innocen. infra de restitu. in integ. tum ex literis, in gl. no. ergo. ¶ In gl. vlti. in fi. ibi in gl. pe.

ADDITIONES.

a ¶ Summat. Vide quod dixit Hostien. infra vt lite non contecapitulo primo. Item sunt text. quod ante lite contesta. possit iudicis officium implorari. contra capitul. significante, de appellatio. dic, vt ibi gloss. super his, & ibi Ioan. And. & an litis contesta. requiratur. Bal.

b ¶ Dices. Vide plenissime per Bartol. in l. 1. ff. de iurisdictiq. omnium iudi. & scias, quod quando aliquid peti potest solũ officio indicio per interpellationem factam a parte, per interpellationem non constituitur in mora, ad hoc quod not. gl. in l. veluti. §. 1. ff. de eden. & ibi Barto. & est textus notabilis in l. cum postulassem. ff. de damno infec.

c ¶ Potius. Vide Ioan. Andre. in specu. de iureiurand. super rubrica, ad fi.

d ¶ Deseruit. Et vide Ioan. And. de app. significante, in gl. supple, & in gloss. & male, & infra vt lite penden. capitulo primo super ver. direximus.

e ¶ Quæritur. Istud facit pro opinio. Egidij, quam ponit iste, s. in ver. ante, de petente absolutionem a iuramento.

f ¶ §. penul. Vide de hac materia in c. cum venerabilis, in gl. 3. & super illa Io. An. infra de excep.

g ¶ Olim. Bonus est text. & concordat bene cum. §. item' scien dum, allegato in gloss. vide ibi Ioan. Andre. in gloss. vnde iudices.

h ¶ Abb. Et vide in dicta lege, in causæ, la secunda, §. primo per Barto. & eadem est inuestigatio, an actio de dolo competat cum alia, de quo in l. eleganter, in princip. & in l. si legatarius. ff. de dolo. & an officium iudicis, vel act. de dolo concurrant cum exceptione, vide Barto. in l. prædi. & in l. fin. ff. de dolo.

i ¶ Vno. Vbi vide moder. & l. fin. C. de tempo. in integrum restitutio.

K ¶ In fin. Et ibi vide Ioan. And. & vide de materia glo. in cap. 2. vt lite non contesta. in gloss. non autem, & super illa Ioan. Andre.

¶ De maioritate, & obedientia. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli, vel rubricæ.*
Vniuersitas consistere non posset ex omnium paritate, ibidem.
Varietas personarum per diuersa officia distributa fortitudinem & venustatem sanctæ matris ecclesiæ manifestat.
2 *De argumento vel materia huius tituli quibus in locis alibi tractatur, ostendit, & nu. 3. 4. & 5.*
3 *Inobedientis prælato pena quæ sit, remiss.*
De obedientia vasalli ad dominum, vxoris ad virum, non præbenda in illicitis, vbi tradatur, ibid.
5 *Monaco accusanti non obstat obedientia.*
Obedientiam profiteri non tenetur exemptus, ibid.

1 ¶ Quia † ministrorum, & iudicum, de quibus dictum est supra, alij sunt maiores alijs: nec enim vniuersitas aliter consistere posset. 89. distinctione ad hoc. nam sicut varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat, ita varietas personarum per diuersa officia distributa fortitudinem & venustatem sanctæ matris ecclesiæ manifestat. [a] 100. dist.
a capitulo primo, ideo post tractatum ministrorum ponitur hæc rubrica: in qua tractatur de maioritate, & minoritate ipsorum, & de obedientia maioribus a minoribus impendenda, Goffred. habetur
2 † principaliter materia. 21. & 22. dis. Item. 93. 96. &

99.& octaua, quæstione tertia, de maio. Roma. ſedis, nona, quæſtione tertia, §. ſola, vſque ad ſi. queſtionis. de pœna † inobedientis prælato. nona, queſtione tertia, ſi autem, & tribus. capitulis ſequentibus. de obedientia vaſalli ad dominum. 22. quæſtione quinta, de forma, & de obedientia vxoris ad virum, & eius maioritate. 33. quæſtione quinta, §. finis, vſque ad finem cauſę. de obedientia non prębenda in illicitis. nona, quæſtione tertia. §. hoc, & 4 ſimile vſque ad. §. cum ergo. hæc rubrica † reperitur in ſexto quo ad vtranque partem, conuenit rubricę de conſtitu. capitulo vltimo, ſed quo ad primam partem, ſupra de officio delegati, ſane. 2. & de officio lega. volentes. quo ad ſecundam, de reſcrip. ſi quando, de tranſac. præterea, de præſcrip. cum non liceat, de re iudic. cum inter, de confir. vti. vel inuti. capitul. fin. cui conuenit, de exceſſi. prælat. ad hæc. Idem de accuſat. ex parte, vbi 5 obedientia † non obſtat monaco accuſanti abbatem, de priuileg. cum olim. 2. ad finem, vbi exemptus non tenetur obedientiam profiteri. Item facit ad partem primam, de præben. dudum, verſi. nos igitur, & capitul. ſi a ſede, & Clemen. vt lite penden. capitul. prim. verſi. neutro, & de priuile. vt abbates, libro ſexto, & Clemen. de elec. ne Romani, in prin. vbi maioris legem non tollit minor. ad ſecundam partem Clem. de hære. ad noſtram, verſi. tertio quod.

ADDITIONES.

a ¶ Manifeſtat. In tit. de maio. & obedi. vide quod ſcripſi in ca quamquam. 2. q. 7. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Honores maiores, vel minores exhibendi plus vni, quam alteri.*
Præferendus quis ſit inter clericos, & in quibus, ibid. ad dictionem, prior, & nu. 2. 3.
2 *Ambitionis notatur, ſi quis petat epiſcopatum, vel dignitatem, & quam.*
Conſuetudo præualet in prælationibus, ibid. niſi in duobus caſibus, & quibus. nu. 3.
3 *Poſterior vt præferatur priori, vel minor maiori eſt irrationabile, niſi in duobus caſibus, & quibus.*
Eduen. Lugdunenſi præponitur epiſcopo, Conſtantinopolitanus ceteris patriarchis, Hoſtienſis epiſcopus in eccleſia Romana, ibid.
4 *Prioritas quandoque perditur propter culpam.*
Succedens antiquiori non tenet eius ſedem, niſi in dignitate ſuccedat. ibid.
5 *Maior qui eſt in eccleſia, ei competit eligere ſolenniter perſonam in ſcrutinio nominatam, & conuocare capitulum, exceptis quibuſdam caſibus, & quibus, & numero 7. verſi. hęc vera.*
Maior quis aliis non vno modo tantum, ibid.
6 *Preſentes qui ſunt in capitulo, ſi faciant quod incumbit, valebit, ſi vocati non veniant ad capitulum.*
7 *Capitulum conuocare ſi is, ad quem ſpectat, nollet, quid iuris, et ad quem ſpectet. nu. 5.*
8 *Epilogus, et ſuffragium gloſſarum. nu. 9.*
9 *Prior qui eſt tempore, potior eſt iure, niſi in quibuſdam, et quibus, et ſupra, nu. 1. et 5. et infra, nu. 10.*
10 *Additio, vel ſuppletio gloſſarum.*

CAPVT I.

1 Vm certum. Breue eſt [*Honores*] † maioris, vel minoris exhibendi plus vni, quam alteri [*Prior*] in loco, perceptione prębendæ, ſcribendo, ſigillando, & ſimilibus, vt in concor. gloſſ. & habet hoc locum in æqualibus ordine, merito, & dignitate. vnde epiſcopus inter epiſcopos: presbyter inter pbyteros, & ſic de ſingulis aliàs maior in prædictis preferendus eſt. 8. q. j. licet ergo, de ætate, & qualita. quæris. infra eodem. ſtatuimus. quamuis autem præferatur etiam in beneficiis percipiendis, vt ibi, tamen ſi † de epiſcopatu, vel dignitate, quæ per electionem acquiritur, agitur, ipſam non petet, ne de ambitione notetur.
a 1. quæſtio. 6. ſicut [a] his. ſed & in his prænalet conſuetudo, ſecundum Innocen. argumen. de conſti.
3 cum omnes. Dicit tamen Hoſt. † quod ſi conſuetudo eſſet, quod poſterior præferatur priori, vel minor maiori, niſi accedat ratione dignitatis, vel offi cii, irrationabis eſt. 89. diſtinctione ad hoc. & ſic impræſcriptibilis, ut eccleſijs onerosa, de conſue. capitu. primo, & ulti. & uide quod dicam de app.
b dilectus, [b] in princip. ſecus, ſi procedit ratione dignitatis, ut Eduen. in eccleſia Lugdun. Et Conſtantinopolitan. reliquis patriarchis, infra de priuileg. antiqua, & Hoſtien. in eccleſia Romana quo ad
4 quædam, & ibi dicam. ſubdit Hoſtien. quod † quandoque prioritas perditur propter culpā, ſupra de ætate, & quali. quæris. bene ergo dixit Barth. in ueneri. 28. quod ſuccedens antiquiori nō tenet eius ſedem, niſi in dignitate ſuccedat, quod intelligas, ut ſupra [*Maior*] per hoc ſcripſit hic Innoc. quod
5 † qui maior eſt ordine, & prior tempore, debet ſolemniter eligere perſonam in ſcrutinio nomina tam, niſi alius de conſue. uel priuilegio hoc haberet, quamuis tutius ſit, ut ab alijs ſuis cōfratribus hanc recipiant poteſtatem, de hoc dixi, de elect.
c quia propter, c ubi remiſi ad notata, eodem titul. ſicut cum, in gloſſ. tertia. libro 6. Dicit etiam Inno. eadem ratione, quod talis habet conuocare capitulum, & alij habent parere, argumen. ff. de fide inſtrumen. l. fin. C. de præfec. præ. l. 1. & 2. lib. 12. C. de prox. ſacr. ſcri. ubicunque. C. de officio ma. of.
d l. nemo. ff. de albo [d] ſcri. l. j. nam, ex quo honorantur, & onerentur, argumen. octaua, quæſtione prima, qui epiſcopatum. cauſas tamen eccleſiæ non exercebit, niſi a capitulo conſtitutus, quod dicut
e ſupra de officio archi. irrefragabili. §. exceſſus. [e] Si
6 vero uocati † ad capitulum non ueniant, ualebit, quod facient præſentes, ſecundum Innoc. de elec. cum nobis olim, & uide quod ibi dixi ſuper gloſſ. nunquid, & capitu. coram, & capitu. quia propter
7 & ſi talis † nollet cōuocare capitulum, cogi poſſet per ordinarium, uel per legatum, ut pro cauſa ſibi commiſſa mandaret capitulum conuocari, & ſyndicum ordinari, ſecundum Innoc. argumen. de officio delega præterea. & c. prudentiam. §. pe. & ulti. & notatur, de conceſſio. prębben. ſi capitulo, in gloſſ. 6. lib. 6. hæc uera, niſi appareret conſuetudo, uel priuilegium, quòd conuocare capitulum exercere iuriſdictionem, & ſimile ad alium ſpectet de foro competen. cum contingat, de exceſſio. prę la. accedentibus, ſecundum Innocen. & Hoſtien.
f & adde quod dicam [f] de no. ope. nuncia. capitu.
8 2. in gloſſ. ſic, ſupra. ¶ Gloſſ. 2. † ponit brocardum, dum de priori tempore inducit ſeptem iura pro, & ſeptem iura contra, & ſoluit. ¶ Vlti. gloſſ. dupli
9 citer exponit literam. ¶ † In gloſſ. 1. [*ibi. l. 1. et vlti.*] uide in capitu. per tuas, in præalle. gloſſ. ¶ In gloſſ. 2. [*ibi diuerſis*] ſi eadem res ſucceſſiue duobus ignoretur, prior eſt potior [*et ibi, Si fundum*] ſequitur ſi pignori accepiſti antequam reipublicę obligaretur, ſicut priores tempore, ita potiores iure [*et ibi, Interdum*] ſecundus creditor potior eſt primo, quā do in rem creditam impendit; ut ſi nauis erat obligata, & credidit ad illam reficiendam, & ibi [*Creditor*] habet creditor priuilegium exigendi, qui reſtauratio-

reſtaurationem ędificiorum credidit [*& ibi. ſ. l. 1.*] impenſa funeris omne creditum præcedit, cum bona ſoluendo non ſunt [*& ibi, ſi quis habens*] vide
10 in ſuppletionibus. ¶ In † gloſſ. j. [*infi.*] de præben.
g is qui, g libro ſexto. ¶ In gloſſ. ſecunda [*ibi, contraria parte*] ſcilicet, quando habens creditores manumiſit plures ſeruos, & nominatus eſt maioris precij, & ſecundo nominatus nō ſufficit, ita, quod reuocando ſecundum neceſſe eſt vtrumque reuocatio primi [*& ibi, vera eſt*] regulariter, infra de regulis iuris, qui prior, libro ſexto, vbi de hoc. ¶ In gloſſ. vltima [*ibi, concor.*] quod probat verbum vnitatis.

ADDITIONES.

a Sicut. Vbi vide gloſſ. & quid in dignitatibus laicalibus, vide gloſſam, & doc. in l. Barbarius. ff. de offi. præto.
b Dilectus. In gloſſ. prima, quæſi uiſſet, ad materiam vide multas concor. per Ioan. Andre. in capitulo cuilibet, in princi. q. in Mercuriali.
c Propter. In gloſſ. ſolenniter. & facit, quod not. gloſſ. quæ incipit, quæro, in capitul. ſi capitulo, de conceſſio. præben. libro ſexto.
d De albo. Vide ibi Barto. & vide text. in l. ſpurij. §. fin. ff. de decur.
e Exceſſus. Vel niſi ſit prælatus eccleſiæ, de reſcrip. edoceri.
f Dicam. Et vide Ioan. Andr. de elec. bonæ, lo primo, ſuper gl. ſic citari.
g Is qui. Quod tamen intelligitur ſane, prout nō. Ioan. And. Ję. eo. per tuas, in ſua prima glo.

SVMMARIVM.

1 *Decretum, conſtitutio, & mandatum videntur æquiparari.*
Principi qui non obedierit, videtur excommunicatus, eod. nu. ad dictio. 2. anathematizetur.
2 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. nu. 3. & nu. 4.*
4 *Clericos quis exemit de iuriſdictione imperatori.*
5 *Clerici ſunt res ſpirituales.*
Laicorum iudicio, & conſtitutionibus non debent ſubiacere, ibidem.
6 *Morte moriatur, ideſt excommunicetur.*
7 *Canonibus non obedire vel venire contra eos eſt mortale, ſi ſunt præceptorij.*

CAPVT II.

2 1 SI quis venerit. [a] Breue [*decretum*] ſeu † conſtitutionem, ſeu mandatum, Innocen. [*libro regum*] 2. c. 3. in fine. eſt hæc ad mentem, non ad verba, ſed de decreto ſacerdotis habetur hoc Deuteronomij. 17. [*Legitur*] iſtud verbum nō erat in antiqua [*Agathen.*], quod ſit iſtud ignoro concilium, niſi ſit illud a contrario. 11. quæſtione, tertia, capitulo epiſcopi, Vincen. [*Anathematizetur*] imo videtur, quod ſit excommunicatus, prima quæſtione prima, ſi quis omnes. 25. quæſtione ſecunda, ſi quis dogmata. 30. diſtinctio. per totum.
2 ſed ibi exponitur, fit, ideſt fiat. ¶ Glo. 1. † arguit, & excipit. ¶ Penulti. gloſſ. quærit, & ſoluit. ¶ Vltima
3 gloſſa quærit, & ſoluit dupliciter. ¶ In † 1. gloſſ. [*ibi, epiſcopales*] adde, quod no. tertia diſtinctione. §. porro. decima ſeptima. diſtinctione, in ſumma, & decimaoctaua, diſtinctione. §. primo, de legato dixi, de officio Archidia. capitul. fin. ¶ In gloſſ. 1. [*papæ, ibi, e conuerſo*] ideſt pontifex pro imperatore. ¶ Sed
4 quæritur, quis † exemit clericum de iuriſdictione imperatoris, cum prius eſſet illi ſubiectus? Dicit Lauren. quod papa de conſenſu principis. 11. q. 1. c. 4. in authen. de ſan. epiſco. §. ſi quis contra, & in authen. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. ſi vero eccleſia ſticum. Tan. dicit eos iure diuino exemptos. 96. diſtinctio. ſi imperator. Vnde dicunt hic
5 Innocen. & Hoſtien. quod cum † clerici ſint res ſpirituales, cum corpus & animam in ſortem Chriſti tranſtulerunt. 12. quęſtio. 1. cui portio, non debent iudicio, vel conſtitutionibus laicorum ſubiacere. 10. diſtinctione imperium, & capitulo ſuſcipitis, & capitul. ſi in adiutorium. per quod videtur Innoc. papam etiam ſine conſenſu imperatoris per ſuas conſtitutiones clericum potuiſſet eximere, ſecundum Hoſtien. adde, quod dicam, infra eodem, cū inferior, & infra de foro competen. ex parte. V. in gloſſ. licet hic, & qui filij ſint legitimi, per venerabilem. §. rationibus [*& ibi, De capitulis*] Lauren. vel proprie, Phi. Goffre. ¶ In glo. vlti [*ibi, debeat*] l. 3. ſic. 5. q. vlt. delatori. ſicut interdum e cōtra. e. quęſtio. presbyteri. 2. ad primum etiam concor. 27. q. 1. ſi quis. 23. q. vlti. his, a quibus, ſecundum Innocen.
6 [*& in fine*] de hoc † de tempo. ordi. ad aures. vel expone, Morte mo. i. excommunicetur, infra qui filij ſint legi. per venerabilem, circa fi. & per hoc, & per id, quod habetur. 11. quæſtio. 3. nemo epiſcoporū
7 no. quod † venire contra canones, vel eis non obe-
b dire, eſt mortale. [b] ad idem. 93. diſtinctio. ca. j. & j. eo. illud. quod ſit verum in ſtatutis præceptorijs,
c de hoc. §. tit. 2. inter cætera. [c]

ADDITIONES.

a Si quis venerit. Vide etiam ad hoc, an non ſeruans conſtitu. vel ſtatutum, dicatur peccare mortaliter. faciunt no. in c. nā concupiſcentiam, ſupra de conſti. ibi ſcripſi. Item nō ſeruās etiam id, quod de vrbanitate facere debet, vt in c. accuſatio. & ſcripſi 2. quæſtio. 7. vel aliter, vt ibi ſcripſi, & qualiter intelligatur iſtud, quod dicit, quod inobediens & contumax moritur, vide glo. & ibi ſcripſi. 4. q. 1. Archidia.
b Mortale. Vide Hoſtien. infra de treu. & pa. c. 1. & hoc. c. alleg. vtiliter Bar. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſ. & vide Io. And. ſuper rubrica, de conſue. in fine.
c Cętera. Vbi vide Ioan. And. in gloſſ. per hoc, & in c. deteſtandæ, de conceſ. præben. in nouella. & qui ſcienter facit, contra eum præſumitur in dolo, ff. ad Sil. propter vincu.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus iniuriam facere poteſt, ſi fuerit magnus magiſtratus, præſtatur cautio, vt depoſito officio reſpondeat.*
Conueniri poteſt ſtatim, ſi fuerit perpetuus, impetrata licentia, & a quo. ibid.
2 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Superflua reſecanda ſunt.
4 *Additio gloſſarum.*
Obedientiam epiſcopo non tenetur clericus promittere per iuramenti præſtationem, niſi in caſibus, & quibus, eodem nume ro 4.
5 *Continentiæ promiſſio nō eſt neceſſaria, cum ad eam obligetur ordinem ſumendo.*

CAPVT III.

1 TEgebatur. Breue eſt [*Obedientiæ*] ſuæ proprię, vel forte alterius, & ipſe fuerit ſcriba [*Iniuriæ*] magiſtratus † enim iniuriam facere poteſt, & tenetur iniuriarum. ff. de iniur. nec magiſtratibus. & ſi fuerit magnus magiſtratus, præſtatur cautio, vt depoſito officio reſpondeat. ff. ad l. Iulia. de adul. ſi adulterium, in fin. Goffr. ad hoc. ff. de iudi. pars literarum, quod, vt dicit Hoſtien. intelligebat dominus ſuus, de iudi. temporalibus, dicens per-
a petuos [a] ſtatim poſſe conueniri: [b] aliàs damnum
b paſſi perpetuò ius ſuum amitterent, cum crimi-
na

na extinguantur morte. C.si reus, vel accu.l.j.& 2. videtur tamen dicere,quod hoc casu a principe sit primo licentia impetranda. ff.de fideicom.li.l.cū vero.§.fin.& l.sequenti. pro sententia domini sui inducit Hostien.de restitu.spo.conquerente, cum
2 suis concor. ¶ Prima †gloss.signat contrarium, & soluit.¶ Vltima gloss.arguit, contra superflua al-
3 legans quatuor iura.¶ In †vltima gloss. [*ibi,Trebatius*] vide de censi.cum apostolus, super glo.quid ergo [*& ibi,Hæc stipulatio*] non debet hæres grauari superflua cautione,quando certum est fideicō-
4 misso locum non esse. ¶ In † gloss.prima [*ibi,iuramentum*] nisi fuissent prius rebelles, infra eodem, cum ecclesijs: vel excommunicati, de senten.excommunicatio.cum desideres.& tamen quandoque tunc remittitur iuramentum, eodem titulo, super eo [*& in fine*] dicit Goffred. quod hoc casu consuetudo cuiuscunque ecclesiæ seruanda est, quod putat Hostien.verum quo ad hoc, vt simplices clerici teneantur iurare,infra de verborum significatione,cum clerici,& ibi remittit:sed habēs curam, vel sui similis non posset sine iuramento prætextu consuetudinis excusari, argumen.supra de elec.significasti.j.respon.§.j.de consue. cum inter vos. ¶ In gloss.secunda [*ibi, Ostendere*] sic nec
5 † est necessaria promissio continentiæ, cum ad eā obligetur ordinem sumendo.28.distinctione,diaconi, [c] Goffre.& in fin.supra de officio deleg.cum contingat,in fi.

ADDITIONES.

a Perpetuos. De materia in c.aduersus,de immuni.eccle.& in capit.prohibentur.2.quæstio.1.& in l.iubemus, canonizata. 1.q.1.Bald.

b Conueniri.Et non perpetui possunt citari ad tempus finiti officij,vide.ff.de in ius vo.l.2.& ibi glo.& Bar.in l.pars literarum,præalle.& in prædicta.l.nec magistratibus.

c Diaconi. Vide glo.in c.cum olim de elec.coniu.& tex.in c.j. de voto,lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Clemens.II.fuit sedis inuasor.*
Magistrorum opiniones recitare licet,ac defendere,ibid.
2 *Credendum est referenti papæ.*
3 Epilogus, *suffragium,& additio glossarum,nu.4.*

CAPVT IIII.

MNes. Breue est [*Beatus Petrus*] verba sunt Clementis ipsius Petri discipuli. Sed quod turbatus est ordo, quia debuit poni prima in titu. processit ibi error:quia sic erat in antiqua.vel fuit Clementis.III.& tunc testimoniū nō est de verbo, vel de proprio auditu. de secundo
1 †Clemen.non dixi: quia fuit sedis inuasor, vt in chronicis habetur.& no.pro magistrorum opinionibus recitandis, & pro defendendis, facit 24.q.j. cum beatissimus,& quod ibi no. [*Præcipiebat*] cre-
2 dendum †est Clementi hoc referenti. de testi.cum
3 a nobis,de renun.c.j.lib.6.¶ Prima † gloss.de duobus mistum quærit,& soluit. ¶ In † gloss. [*ibi.l.3.*] alias.2.incipit,senatores, & vide hanc & se. de rescrip.ca.dilectus, secundo,in 2.gloss.¶ In † gloss.j.
4 [*ibi,duo sunt*] vbi de hoc, & xj.quæstio.3.si autem, & vide §.de officio ordin.capitulo primo, in gloss. quia si nosceret, in fi. [*& ibi, Principaliter*] facit de testi.constitutus.2. [*& ibi, Pluribus*] idem Inno.& hic,& infra de decimis,nouum, de testamentis.c. primo,in gloss.magna.ver.& per hoc [*& in fine*] de
a sepul.cum [a] quis.§.j.lib.6.

ADDITIO.

a Cum. Et vide plene Ioan. Andre. in specul. de pact. super rubrica, vbi plurimas ponit allegationes ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia præponenda temporalibus,& ratio.*
2 *Nota pro infamia.*
Inobediens censetur infamis,ibid.peccat mortaliter, & excommunicandus est,ibid.
3 *Episcopatum dimittere quacunque de causa non potest episcopus absque licentia papæ.*
4 *Additio glossarum.*
5 *Per obedientiam propria, per victimam aliena caro mactatur.*

CAPVT V.

ILlud dominus. Breue est, & de hoc facto. §. de transac. capi.pe. & vlti.& de clerico excomm. mi.illud [*Digniora*] & fortiora, de tran-
1 sac.capitulo secundo,vnde† præponenda sunt temporalibus. 12.quæstione prima, præcipimus.C.de sacrosanct.eccle.sancimus.j.Hostien. [*Melior*] verba Samuelis ad Saul.j. regu.15. [*Magis*] sup.placet Deo [*Offerre*] idest quam facere etiam sacrificium [*Commodo*] dicebat enim se transisse propter conseruanda bona ecclesiæ Herbipolen.ne perirent,secundum Pe.& Abb.vel no.
2 ipsius commodum temporale [*Notam*] idest †in-
a famiam,& sic inobediens censetur infamis, [a] §. de elect.dudum. 2.vbi de hoc, circa princip. nam & & mortaliter peccat. vnde excommunicandus est de hoc,§. eodem,si quis,Hostien. [*Iussionibus*] quæ
3 hoc in genere† continent,quod sine licentia papæ quacunque de causa dimittat episcopus episcopatum,de regula.licet,ver.illa,de renunci.nisi,per totum.¶ In†glo.j. [*infine*] facit.x.quæstio.prima,epi-
4 scopum.§.de officio ord.inter cętera,& vide quod dixi, de regul.Ioann.in oppo.secunda. ¶ In gloss.
5 2.[*in fine*] vt ibi dicitur, per † obedientiam propria,per victimam aliena caro mactatur.¶ In glo. vlti. [*infi.*] infra ne cleri.vel mo.Non magnopere, vbi de hoc satis.

ADDITIO.

a Infamis.Et contumacia est delictum, de quo per Barto.in l. omne delictum, ff.de re mili.& intelige de canonica infamia,quæ ex causa mortali surgit.6.q.5.infames.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio capituli.*
2 *Imperium subest sacerdotio,& nu.4.*
Episcopus non debet subesse principibus,ibid.
Causa necessario infert causatum,& consilit in iure & est rationabilis.
3 *Occasio non,& est facti,& irrationabilis,ibid.*
4 *Motus imperatoris quot,& qui.*
5 *Verbis intellectum proponendum.*
Papa se appellat ob humilitatem seruum seruorum Dei, ibid. ad vocem,merum.
Seruus quoque est humana creatura,ibid.
Omnem qui dicit,nec seruos excipit,ibid.
6 *Imperatoris temporalia sunt feudalia.*
Imperatori ad iurandum qui cogendi, ibid. & quos distringere queat.
7 *Boni pro clericis,& mali pro laicis sumuntur.*
Clerici incorrigibiles an imperatori subsint,ibid.
8 *Vtentes pro composito,abutentes.*
9 *Ex sacerdote olim nasci erat honorabile, hodie ignominiosum.*

Nascenti

Nascenti ex illicito coitu non est imputanda culpa,ibidem.
10 *Anathoth,quibus rationibus interpretatur mystice.*
Ad sacerdotem in dubijs recurrendum, Sacerdotibus debent omnes obedire,sacerdotes qui vilissimi reputandi,ibid.vide,nu.11.ver.quia desi.& nu.12.
Sacerdotij,& ecclesiæ prærogatiua est auctoritate domini confirmata,ibid.
11 *Præsepium mystice pro ecclesia.*
Pascendi qui in ea,ibid.
Boues pro penitentibus, Asini pro peccatoribus, vel lasciuis mystice,ibid,
Sacerdotes,quam habent potestatem, ibid.
12 *Serpentes pro auaris,scorpiones pro luxuriosis virtus inimici pro superbis mistice.*
In mundo omne quod est ad tria refertur vitia, & quæ, ibid. ver.omne.
13 *Gentes pro laicis inferioribus, regna pro laicis superioribus accipiuntur.*
Euellere, dissipare, plantare, & ædificare,quid significent in pontificia potestate.ibid.
14 *Luminaria magna,qua die deus fecit,& quę sint.*
Auctoritas in pontifice, potestas in rege eminet, & quibus vtraq; constitat,& quibus designetur in vtriusque vnctione,ibid.& utra præmineat,nu.16.17.
15 *Gladius secularis factus est sacerdotalis e contrario multis in locis,& quibus modis,& an liceat quando deficiet, & quomodo medendum.*
Carnales designantur per noctes,ibid.ad dict.Noctibus.
16 *Inter pontificalem,& regalem potestatem quanta differetia, & quomodo hæc ab illa, quod habet, accipiat, & numero 27.*
17 *Constantinopolitanus patriarcha post papam obtinet primum locum.*
18 *Dextera honorabilior sinistra ad quam dexteram ponendi sunt prælati.*
Ad sinistram seculares principes,ibid.
19 *Causam qui dat, imputare sibi debet si quid audit, quod nollet.*
Quodcunque,uel omne, qui dicit, nihil excipit.
21 *Pontifici Romano ut subsit,omni humanæ creaturæ esse de salutis necessitate,definitum est.*
22 *Imperator Romanorum quomodo ex fidelitate tenetur ecclesiæ,remittit.*
Honoretur si ab imperatore patriarcha quid vtilitatis inde proficiscatur,ibid.
23 *Epilogus, suffragium glossarum.*
24 *Tanquam, similitudinem potius, quam veritatem quandoque notat,& nu.25.§.1.*
Dictio omnis,aliquid operari debet ad ver.non recte,& numero 25.§.1.
Omissum,quod est à regibus, non omittit religio iudicantis.§. 1.& num.29.
25 *Additio glossarum.*
Superflua nulla debet esse dictio in rescriptis, & contractibus,quod non est perpetuum,eod.uu.
Timeri plus solet specialiter, & c.ibid.
26 *Sol maior est luna,& quanto ac etiam terra.*
28 *Geometriam scire nihil prodest,*

CAP. VI.

1 SOlitæ. Hostien.diuidebat† de cre. in septem partes, prima ponit admirationem imperatoris Constantinopolitani,& auctoritatem, qua mouebatur. in 2. ibi,verum,exponit illam, in tertia ibi,potuisses, ad declarandam prærogatiuam sacerdotij inducit auctoritatem Hieremiæ. in 4. ibi præterea, auctoritatem gen. in v.ibi, hoc autem, concluditur contra imperatorem,in 6.ibi:Nos autem,se excusans,quod non increpauit, dicit quod increpare poterat,probans id auctoritatibus,in 7. ibi,vtrum autem, imperatorem reliquit suo iudicio.Quo ad titulum decre. videtur velle. q; im-
6 ita & par iudicare prohibetur.[*inhibere.*]†,ſ.ne in episcopum,vel ipsius ecclesiam iurisdictionẽ exerceat.[*Vt is*] pro quia,vt ibi,Si deus est animus,&c.vel proprie & melius,nec enim hoc sequitur,monasterium est in archi-
7 diaconatu,ergo ſubest archidiacono.læditur†autem ,si de speciali iure ibi iurisdictionem habebat, facit de officio archidia.capitulo fina. secũdum Host.[*Videris*] hoc redigendum est in arbitrium boni viri.ff.pro socio,si so
8 cietatem.§.arbitrorum,secũdum Inno.[*Præiudicio*]graui †simile,de consue.cum olim,in fi.alias forte de facto non posset hoc mandatum expediri. sed Abb.dicit, q̃ poterit hoc fieri dando decimas in nullius parrochia constitutas,de deci.quoniam,vel superexcrescentes ecclesiasticas facultates,de consti.cum M. [*Congruentem.*] sicut fuit factum in simili casu,de insti. cum venissent,
9 vt ibi,in antiqua.¶ Prima† gl.ponit iii.regulas,& a qua libet illarum excipit.fo arguit,& illud determinat.¶ Secunda glo.in prin.& fi.fortificat rextũ , in medio signat contrarium.¶ Tertia glo.respondet per obiectionẽ , & solutionem,& solutioni signat contrarium,cui respon-
o det¶.†In gl.prima.[*ibi.l.iij.*]quæ sic dicit , qui damnare potest,is absoluendi quoque potestatem habet.[*& ibi receptum.*]vide de elec,innotuit,in vi.gl. ¶ In glo. vltima. [*ibi.§ immerito.*]vide,de verbo.signifi.olim, super vltima glo.[*& ibi.§.si quis a principe.*]vide vt lit.pen.c.fi.super vl-
11 tima glo.¶ In† j.glo.[*ibi est receptum.*] ratio,quia se subiiciendo factus est minor,vt ibi,& ff.ad treb.l.ille a quo.§. tempestiuum.nec est exceptio in hæretico,quia per crimen factus est minor.nec in delegato,qui maior est,de offi.deleg.sane,ij.[*& ibi Absoluere,*]ad idem de sentẽ. excommuni.tua,sed vtrobique tempore, quo excommunicat,absoluere potest,si aliud non sequatur. vnde melius facit,de præbẽ.graue.[*& ibi. Pœniteas.*]non facit hoc ex officio,vel dic,vt no,de offi.ordi.pastoralis,in glo.quo casu,in fine,Sed ista regula bene fallit in legato de latere qui extra prouinciam absoluit, & excommunicare nõ posset,de offi.leg.nouit.& c. penulti.,[*& in fi.*] de hoc xxj.distinctio,inferiorũ,& xxvij,q.j.si homo esses. ¶ In glo,ii. [*ibi,maiori,*]non erat ibi maior administratione, cum iam illi renunciasset.Item beneficiatus erat sub illo episcopo,& sic de suo foro, de fo. compe. postulasti, ¶ In gl.iij.[*ibi.prohibemus.*] ibi nõ dicitur, q̃ de nouo cathedra erigatur, nec hic,q̃ duo capita sint ĩ vno corpo-
2 re.nam †erecta cathedra formatum est nouum corpus
f cui præest iste episcopus,ᶠ secundum Hostien. ¶ In glo, pe.[*ibi,exemptus.*]non eximit, imò denunciauit exemptum.[*& in fi.*]imò si iste archidiaconatus remanet.j̃. hanc nouam diocesim, nisi exemptionis priuilegio defendatur,ſubditus erit huius episcopi.x.q j.regẽda , & c.ſe.de offi.or.conquerente.j̃.de rel.do.de xenodochijs, ad hoc.s̃.de consue.cum dilectus,secundũ Inn.& Host.

ADDITIONES.

a ¶Casus. An inferior superiorem corrigat,uide Io.And.in c.licet in beato,de acc.Bal.

b ¶Cõuenietur.Vide Io.An.in c.cuilibet,de re.iur.in.6. in Mercu.& Io. Calde,plenissime in c.j.de rapto.in 7.q.& vide Ioan.And.de renun.ad ſupplicationem,in glo.no.Boacinus.

c ¶Qui sunt.Vide Bar.in l.inter tutores,ff.de admi.tuto. & in l. si quis,ff. de re.diui.

d ¶Condemnaret.Pro contraria opi.facit,quia dele. est maior quocunque ordinario,de offi.ordi.pastoralis.§.præterea,& non iudicat illum, & punit ordinarius,si delinquat in ſua diœcesi etiam in iurisdictio.ordinaria,ut no.Ioan.And.de rescri.c.fi.super vlt.gl.ubi uide.

e ¶Host.Pro qua facit,quia isti prælati. inferiores episcopis de criminibus non cognoscunt,uide Io.An.in c.quanto. de offi.ordi. super gl.hic patet,& ibi aliæ remissiones.& uide Io.And. in c.ad hoc,in glo.qualia, & in gl.leuia,de offi.archi.

f ¶Iste episcopus.Facit Io.And.in versi.& erit, in c.j.ne sede vacan.Bal.

SVMMARIVM.

1 *Compositionem primatiæ ſolus unus, cuius interest , poterit impedire.*
2 *Prælatorum appellatione qui hic comprehendantur .*
3 *Citandi,uel requirendi qui ſint in rebus & negocijs vniuerſitatis, & ſingularium,& nu.7.& 8.& quomodo citentur,cum agitur de negocijs prouinciæ. nume.4.*
4 *Vniuerſitas quando vt vniuerſitas citatur,poteſt ſe defendere per ſindicum.*
5 *Prouinciæ appellatione archiepiſcopalis eccleſia continetur .*
6 *Capituli conſenſus quando neceſſarius .*
7 *In prouinciæ negocijs qui requirendi.*
Intereſt quorum,quando hi citandi, ibid. uer. quod locum habet, & nume.8.
8 *Litigare quo caſu quis prohibeat actorem,& reum.*
Abſenti quando præiudicetur,ibid.
Liti qui ſe obtulit,cum non deberet,tenebitur ad eſtimationem,eo. nu.uer.ſed ille.qui.
9 *Conſilium non ſufficit,ubi requiritur aſſenſus.*
Ignorantiam non poteſt allegare,qui conſenſit his , quæ dicit ignorare,& quando,ibi d.uer.quid ergo .
Clauſe compoſitioni oſtenſæ ſi quis conſentiat,imputet ſibi qui non fecit aperiri.ibid.uer.Item ſi partes.
Catum emere in ſacco quis ſe nolle poteſt dicere , & ſi emerit,imputandum ſibi.ibid.
Conſtitutionis huius mens quæ iuxta alios ibid. & quæ ſecundum Io.And,nu 11.uide nu.21.
12 *Contradictionis quis dicere iuſtam cauſam debet , niſi in his exceptis.*
13 *Ex tranſuerſo uenientes retardant prouiſionem Papæ, & differtur executio,remittendi,& quando.*
14 *Perſonaliter prælati accedere ad curiã iubentur, cæteri per procuratores,& ratio , & qui cogantur ire perſonaliter , numero 17.& 20.*
Impetrantis mandatum quo caſu ſit neceſſario probandum,ibid.
Prælatis habitis,alij facilius domantur,ibid.ver.vnde.
Per procuratorem ueniunt capitula , quod eſt collegiorum proprium , & ratio , ſecus cæteri.ibid.nume. 14. prælatus etiam numero 20.
15 *Ad compoſitionem auctoris tempore Romani Pontifices non adegiſſent.*
16 *Epilogus gloſſarum.*
Conſenſus capituli Burdegalenſis quare hic non ſufficiat.
17 *Suffragium gloſſarum.*
Sequitia nimia comparatur culpæ.
Per procuratorem qui comparere nequeam.§.j.& nu.20.
18 *Suppletio gloſſarum.*
Medium tenendum,ibid. nu. 8.
Primatiæ ius quod,eod.nu.§.In glo.ij.
19 *Cap.primi nota.de his,quæ fiunt a ma.par.cap.intellectus.*
22 *Terror facti,non iuris obeſt .*
23 *Contradictores probabiliter contradicentes non condemnantur in expenſis.*

CAP.

CAP. XVII.

1 VMilis. Casus.Compositionem †super iure primatiæ , vnus solus,cuius interest,poterit impedire.& de eodem facto,de dila.c.fi.de dolo & contuma. c.fi.& duo facit.primo mandat compositionem publicari,si prælati consentiunt.secundò ibi, si quis verò. dissentientes mandat citari , & publicationem non fieri.
2 [*Prælatorum.*]i.†episcoporum,per id, quod sequitur de capitulis cathedralibus,secundum Inn.vel dic,prælatorum , omnium ordinariam iurisdictionem habẽtium, de quibus.s̃.de offi. ordi.cum ab eccleſiarũ. Nam omnium illorum interest,imò & multorum aliorum.vn-
3 de & illi videbantur †requirendi,ª & sic contra, de reg.
a iur.quod omnes,li.vj.ſo.dicũt Inn.&Host.hic agebatur de rebus & negocijs vniuersitatum,in quibus ſufficit requiri rectores,& maiores de vniuersitate.C. de iur. calu. l.ij.§.ſi autem.ff.de condi. & demon. l. municipibus. & ideo etiam ſufficit vocare præſentes,vt ſequitur:ſecus,ſi ageretur de negocijs ſingularium.tunc enim & præſentes,& abſentes vocandi eſſent.ff.de ſerui.ru.p̃.l. per fundum,de quo remittit Host.ad no.de const.cum omnes.
4 Istud †tamen est notandum,ſecundum Host.q̃ quàmuis agatur de negocijs vniuerſę prouincię, hi tamen nõ mandantur citari vt vniuerſitas,aliàs non eſſent citandi perſonaliter,vt j̃.ſequitur,imò per vnum ſyndicum ſe defendere poſſunt.j̃.de ſyndico.c.vno. [*Prouinciæ.*]dicit
5 †Host.hic expreſſum,appellatione prouinciæ archiepiſcopalem eccleſiam contineri.nec enim dici poſſet hic omittendum Burdegaleñ.capitulum , cum negocium principaliter ipſum tangat . & facit quod de Bituricẽ. capſo ſequitur,&de hoc.s̃.de vſu pal.c.j.de præben.quis.
6 l.b.vj.[*Bituricen.capitulum.*] ex parte altera. fuit † autem conſenſus capituli neceſſarius, quia negocium erat arduum,ſecundum Innocen.vel quia forſan in compoſitione erant aliqui articuli facientes pro Burdegalen.
7 ſecundum Host.[*Requiratis.*]no.quod in arduis † negocijs prouinciæ requiruntur non ſolum epiſcopi , vt dicunt antiqui canones.ix.q.iij.c.ij.& iij.& q̃ totum. j̃. de præben.graue,vbi de hoc,imò etiã & alij prælati,& capitula,vt hic paret,& j̃.de his,quæ fiunt a prælatis.c. fi. qđ locum habet quandocunque de compoſitione agitur, quæ ipſos tangit , & quando officium iudicis imploratur, ſeu in modum actionis proponitur. tunc enim citandi ſunt omnes,quorũ intereſt.ff.de adop.nã ita,ff.de mino.in cauſæ.§.cauſa.C.de edicto diui Adria.tol.l.fin. C.ſi vt ab heredi.ſe abſti.mi.lij.& auc.ſi omnes,ibi ſignata.ff.de reiudi.de ſen.quæ ſine app.reſcin.l.j.§. item cum ex edicto,ſed nõ nocet his,qui non audierunt edictũ, vel aliàs in culpa non ſunt.j̃.qui ma.ac.poſ.cum in tua. vbi autem non imploratur iudicis officium,ſed proponitur certa & propria actio non tenetur iudex vocare niſi in libello ſpecificatos, vel de quibus ibi fit mentio, quando conſtat,q̃ ius contradictionis habere poſſunt s̃.eo.inter quatuor: reus tamen poteſt in iudicio dominum nominare,vt legitur & no.j̃.vt lit.non conte.c. fi.
8 §.penul.ſed &†quando is,cuius interest,poteſt prohibere actorem,& reum litigare,quando ſcilicet ad eũ primo loco ſpectat defenſio,iudex non tenetur ipſum vo-
b care,quia aut ipſe ſciuit rem agi,& tunc ſibiᵇ imputabitur,ſi non veniat,vt patet.ff.de re iud.ſepe,& in eo,qđ legitur & no.j̃. de re iudi.quàmuis. aut hoc ignorauit , & tunc ſibi non præindicat.Sed ille , qui ſe liti obtulit , cũ non deberet,tenebitur ad æſtimationem.ff.de rei vend. is,qui ſe obtulit,& duabus ll.ſequentibus. ff. de re iudi.l. iiij.j.reſpon,ſecundum Inn.& Host. & vide quod dixi.s. eo.inter,ſuper glo.vnde ſententia,in fi. [*Aſſenſum.*] non
9 ſufficit †ergo conſilium,ſicut j̃. de arbi.cum olim. [*Publicetis.*]eiuſdem. ergo non videtur prius publicanda. Quid ergo nocet eis ignorantibus ipſorum conſenſus.
c vn.de contra.ff.de pactis,ᶜ tres fratres.ff.de tranſac.qui cũ tutoribus,in fin.C.de dona.nec ignorãs.ſolu.dicit Host. illa locum habere,quando in nullo certificatur cõſentiens,& quando compoſitio fit extra iudicium,& nullo mediante,ſed quando in iudicem,vel alium ſic cõpromittitur,quod poſſit alto & baſſo iuxta vulgare multro-
d rum dicere,ᵈ& facere,quicquid vult.i.ius vnius partis in totum,vel in partem alteri dare.decætero nõ poteſt aliqua partium ignorantiam allegare , quia ex vi pacti ſe excludit,& de ſe queratur.ad hoc.ff.de mino.l.cum mãdato,in fi ff.de arb.diem proferre.§.ſtari.ff.ſi meſſor fal.
e mo.di.l.j.§.hæc actio, ᵉ verſi.perinde.ff.de inſtit.actione. ſed & ſi quis.§.fi.C.de acquiren.poſſeſſio.l.fi.verſi. ſinau
10 tem.Item ſi partes †compoſitioni ſibi oſtẽſæ,licet clauf ſę, ᶠconſentiant , impurent ſibi , q̃ non fecerunt illam aperiri.poterant enim dicere iuxta prouerbium,ſe nolle emere gattum, vel murilegum in ſacco.probaᵗ hoc hic.ff.depoſiti.l j.§.ſi ciſta,de actio.empt.l. tenetur, primo reſpon.ff.de tranſ.l. non eſt ferendus. ff.de auro & argento legato,quintus Mutius.in fine.& l.& ſi nõ ſint. §.peruenianus,& l.fina.§.muliere.& ideo hic permittitur,quia boni prętoris eſt lites minuere.ff.ſi certum petatur,quidam de dolo,finem,& remittit etiam ad notata in ſumma,de renuncia.§.quæ poſſunt,verſicu.vnũ autem,& verſic.quid ergo . & dicit vnum non ſupplendum per reliquum. Ego pondero verbum , ſolenniter.
11 & puto†q̃ hæc ſit mens literæ.iſti, quibus ſcribitur , exhibebunt formam compoſitionis iſtis, quorum cõſenſus requiritur.& ſi conſentiant,fiet ſolennis publicatio, quam deinceps ſeruari iubetur,& pro ſententia tenẽbitur,ſi diſſentiant,fiet,quod ſequit,ᵍ& facit quod ſtatim
12 dicam.Pe.legit vt Host.[*Noluerint.*] allegantes † iuſtam cauſam.aliàs non videntur audiendi,& j̃. de his,quæ fiunt a maio.parte capi.c.primo . vel dic, q̃ cum agatur
g hic de compenſatione,quæ voluntatis ʰ eſt,quilibet ex his etiam ſine cauſa cõtradicere poterit ,ſed poſtea hoc examinabitur coram papa. vnde & contradictores mãdat citari ſecundum Innocen.ſed Hoſtien.dicit, q̃ ideo non coguntur conſentire,quia ignorant,quid cõtineatur in compoſitione,vt dixit in prima gl.[*Superſedẽtes.*]
13 no.†venientes ex tranſuerſo retardare prouiſionem papę,ſicut & executionem ſententiæ,vt in gl.hi aũt venientes ex tranſuerſo ſemper ſunt remittendi ad iudicẽ.qui cognoſcit inter alios,& vide quod dixi de reſcriptis.mãdatum,in fi,& iterum differtur executio.ff.de lib. ca.l. ſi pariter.j̃.de re iu.decętero.& hoc verum ſecundum Inno.quando lis cepta pro parte, tangit de nouo venientes,ſecus,ſi non tangeret,vt ſi veniret alius archiepiſcopus de nouo , & peteret iura primatię is , cui non eſſet remittendum,ſecundum ipſum.[*Si prælati.*]no.hãc diuerſitatem.eſt enim †per hoc ar.q̃ ſi capitulum impe-
14 trat non habet neceſſe probare mandatum, ſecundum Ia.ac ſi dicat,cum capitulum non teneatur ire,ſemper p procuratorẽ præſumitur impetrare, ſecus in prælato, & ſecundum hoc intelligebat.de reſcriptis,nonnulli.§. cum autem.ſed dicit Host.q̃ nec primum ſequitur,nec ſecũdum.imo pro prælato maior eſt præſumptio. j̃. de crimine falſi.c.iiij. ver.ſi vero.& quod hic dicitur de p̃latis,fit ad terrorem,vt ſ.timentes labores , & expenſas, ad conſentiendum facilitis inclinentur.vnde cõminatur de expenſis in fine. eſt etiam ratio,quia prælatis habitis alii facilius domantur, ſecundum Hoſtiẽ. capitula vero per procuratorem veniunt, quod eſt proprium collegium,& quia ſi venirent,fraudarentur eccleſiæ ob ſequio debito, quod vitandum eſt ſecundum eum . facit de election.cupientes. §. cæterum, ver.niſi,lib.ſexto. & j̃.de cleri.non reſi.c.pe. [*Ius.*]per quod compoſitioni
15 reſiſtunt .[*In expenſis.*]ſatis † paret , quod papæ placebat compoſitio,ſed curialiter ſe habuit volens vti poteſta-
h tis plenitudine,ʰ quod hodie de facili non ſic facerent

Romani

16 Romani pontifices.¶Secunda †gl.querit, obijcit, quare ex parte Burdegal. nō ſufficit cōſenſus capituli, ſicut è contrario,cum prælatus cum ca. litiget, donet , & cō ponat.ſoluit,ꝙ propter intereſſe.¶Gl. iij.arguit, quærit & ſoluit.iterum quærit,& dat ſimile.¶Glo.no.ꝙ,arguit duo.¶Vltima glo.arguit,& remittit, & argumento reſpondet.¶In †gl.j. ibi, comparatur nimia ſeuitia præce
17 ptoris culpæ. ¶In gl.antepen.ibi.l.vlt.in pecuniarijs poteſt quis ꝓcuratorem dare in arduis,in cauſis vehemen
18 tibus cogit iudex partem perſonaliter venire.¶In †glo. j.[*in fi.*]vnde non patiatur ſe contemni.ff. de offi. præſidis,obſeruandum.tenendum eſt ergo medium ,de offi. cuſto.c.j.Hoſt.¶In glo.ij.[*ibi,ad eorum eccleſias.*]Item ex iure primatię ipſorum cauſæ ad ipſum deferri poterūt per appel.gradatim.Item per negligentiam deuoluetur ad ipſum beneficiorū collatio,& his ſi.[*& ibi.l.iiij.*]aliàs lxiiii.aliàs.lxvj.& omnia faciunt.¶In gl.iij. [*ibi,faciendis*] de hoc.ſ.de teſtibus,præſentium , libro ſexto. ¶ In glo. ibidem reſidentium,[*ibi,ſed quos.*]hęc quæſtio eſt ſuperflua ſm Hoſt.cum textus ibi,in ea pręſentium illam ſol
19 uat.[*& in fi.*]ſecundum †hoc poteſt intelligi, quod no. de his,quæ fiunt a maiori parte capituli. c. j. in glo. pe
i nult.[i] ¶In glo.quinta,[*ibi,ueniens.ij.*]& vide quod ibi di
20 xi in glo.no.ſecundum.¶In glo.vj.[*in fi.*]vnde †ex pleni tudine poteſtatis cogitur eos hic pſonaliter venire , vel
k propter perſonarū legalitatem.ff.de procu.ſi actor,[k] C. eo.l.fina.vel propter magnitudinem cauſę.ſ.de procur. capitulo ſecundo,aliàs prędatus etiam ante litem cont. dat procuratorem.ſ.de iur. calumniæ.cum cauſam,ſm Goff.& Phi.¶ In gl.vlti.[*ibi per compoſitionem.*]Hoſt.hoc
21 †improbat dicens,ꝙ hic compoſitio adhuc facta, vel publicata non erat, & talia poſſent proponi pro parte Burdegalen.prouinciæ,ꝙ compoſitio mutaretur.ar.ff. de pecu.quod debetur.ff.de adulte.denunciaſſe.nec placet etiam quod.ſ.dicit glo.de terrore.quia †cū terror ſit
22 iuris,& ſic iuſtus,ergo non obeſt.ſi enim eſſet terror facti,& iniuſtus non deberet obeſſe cōſenſus ſic extortus,
23 quod metus cauſa.abbas.Inn.dicebat,ꝙ †ex quo archie piſcopi concordauerant,ꝺictores præſumuntur reme re reſiſtere,& ideo condemnantur in expenſis , argum. ff.de iudi.eum quem.ſecus,ſi probabiliter contradicerēt ff.de lega.ſecundo,qui ſolidum.§ etiam.

ADDITIONES.

a ¶Requirendi.Maximè quia licet de iure primatiæ agatur,qđ tāgit ſolū archiepiſcopum , & primatem , tamen etiam inferiorum intereſt tot dominos non habere,vel quos habent, manutenere , vide Io.And.de præſcri.auditis.

b ¶Tunc ſibi.Hoc verum, quando fertur ſententia contra præſentem , quia tunc alteri ſcienti prędicat. ſecus ſi contra abſentem , ut eſt caſus in l.præſcrip.C.de pigno.ſecundum unam lectu,ita no. Barto. in l. ſæpe, hic allega.

c ¶De pactis.Ibi vide Bar.& Bal.& D.Barto.de Sali.in l.ſub prætextu.C. de tranſa,& ibi Bar.& Bar.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pac.& in l. Aurelius.§.Caio.ff.de lib.le.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de ver.ob.

d ¶Dicere.Ad iſta faciunt no.per Bar.in l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum,ff. pro ſoc.pro ſolutione contrarij,de.l. ².C.de reſcin.ven.& ibi uide do. Bal.& d.Bar.de Sali.
¶Hæc actio. Nota ex hac cautela,vt arbitrator laudum ſuum clauſum partibus oſtendat,faciat approbari ante,quàm apperiat, quia non poterunt poſtea venire contra,nec ratione enormis læſionis,vel doli poſſet cogi,Archi.

f ¶Clauſe.Contra hoc videtur gl.in cle.j.de procur.& ibi.Guil.uide de tranſac.ex literis,& de re.ec.non alie.ſi quis presbyterorum.

g ¶Voluntatis.Quia obligationum confractus ab initio ſunt voluntarij.l. ſicut.cum ſi.C.de ac.& obliga.& hic Papa per modum concordiæ facit,& ſic non aſtringit partes inuitas.ſecus,ſi apponas per uiam l.condendæ,vt in cle.dudum,de ſepul.cum ſi.quia ligaret inuitos.

h ¶Plenitudine. Prouſ facit in c.cum inter. R. de elec. ſecundum vnam lectu.ibi vide Io.An.ſuper ver.inuitum.

i ¶Penult.Et vide glo.pe.in c.licet,de electi.& ibi ſuper illa remiſsio.per Ioan.And.

K ¶Actor.Ibi vide Bar.de procurato.in rem ſuam,& plenius Sali.in l.ſi. C.eod.titu.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia tituli.*
Pacificare diſcordes ad iudicis officium pertinet,ibid.
Pacem,vel Treugam indicere,maiorum eſt,ibid.
2 *Ad hunc titulum pertinentia quibus in locis alibi tradatur.*

¶De treuga,& pace. Rubrica.

1 ¶Quia†ad iudicis officium pertinet pacificare diſcor
a des.[a] xx.diſt.per totū,ideò poſt ipſorum officia ſequitur rubrica,de treuga,& pace,Gof.vel ad proximam , quia maiorum eſt pacem,vel treugam indicere , & ſubditorum eſt obedire.xc.di.c.j.iō poſt rubricam &c.habetur mā.xc.diſt.per totū.xxiiij.q.ſi quis Romipetas, & duobus c.ſequentibus.conuenit rubricæ,de iudi. nouit. ver. poſtremo,& ver.ſe.de ferijs. c.j. de deſpon. impu. c. ij.de Iudæis,ſignificauit.ij.& iij.reſponſo,de ſen.excom. ꝓtingit.j.in fi.de verb.ſig.ſuper quibuſdam.in fi. facit de re iu di.ad apoſtolicæ,poſt princi.ver.deierauit,lib.ſexto.

ADDITIO.

a ¶Diſcordes.Imò quoniam partes compellit ad concordiam,vt l.ſi vſu fructus.§.ſed ſi inter duos,ff.de vſufru.vbi vide Bar.

SVMMARIVM.

1 *Bellum gerere quibus non liceat diebus,& quando ſit iuſtum nu.7*
Iouis, Veneris,Sabbati,& Dominici qua de cauſa uenerandi,ibid.
2 *Monitio vindictam præcedere ſemper debet.*
Excommunicationis ſententia non eſt niſi in ſcriptis ferenda,ibid.
3 *Vnita ſimul difficile carpi poſſunt .*
Cauda equorum paulatim poteſt carpi , ſed non ſimul euelli , ibid.
Tepidus ſi fuerit prælatus in opere , quod hæc iniungit decretalis, qua ſit pœna damnandus,ibid.ad dictionem, damnum.
A communione iſtius eccleſiæ , quo ordine & qua cauſa prælatus hic expellatur, ibid.
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.5.*
Funiculus quanto fortior eſt,difficilius rumpitur.
Coniuncti ex vtroque parente coniunctis ex altero tantum præferuntur,in ſuffra.
Creditoris intereſt habere duos reos,ibid.
6 *Additio gloſſarum .*
Securitas a lege quandoque vocatur fœdus, quandoque induciæ.
Treuga vnde dicta,ibid.& quibus aliis appelletur uocabulis, ibid.
& nu.11.& quo tempore eſt neceſſaria,& ſurgeratur, ibid.
Pax quid ſit,ibid.
8 *Dominus , uel ciuitas poteſt impeti, deficiente iuſtitiæ, & quando .*
9 *Conſtitutio hæc an contineat præceptum,& nu.10.§.leges, & §.ſi. diſtin.4.intellectus.*

CAP. PRIMVM.

1 [I]Reugas.[*Ortu ſolis*]die†Iouis bellandum non eſt propter aſcenſionem domini in cęlum,& propter cęnam cum diſcipulis eadem die factam, de conſe. di.j. porro,& di.iij.literis.[*Die veneris.*] pp reuerentiam paſſionis.[*Die ſabbati.*] quia eo die diſcipuli latuerunt propter metum Iudęorum,& quia corpus latuit in ſepulchro.de conſe.diſ. iij. ſabbato.[*Die dominico.*]quia fere quodlibet inſigne fuit ea die conſtitutum a domino,lxxv.di.ꝙ die, in fi. & pp honorem reſurrectionis,ſm Gof.& Hoſ.[*Octaua.*]nā & certis ex his diebus abſtinetur a nuptijs. xxx. q. iiij. non oportet,Gof.[*Obſeruari.*]ſup.ad minus, & ſic non ob. de præſump.nonne, cum ſuis ꝓcor. ſm Hoſt. quaſi dicat,
a non quod hic ſtatuit,alio tempore id concedit.[a][*Admonitionem*]quæ ſemper†debet vīdictam præcedere, vt hic.
2 & xij.q.ij.indigne,ad hoc de vita & hone.cleri.c.fi.[*Scriptam.*]hodie non eſt ferenda hæc ſententia niſi in ſcriptis,aliàs locus eſt pœnæ, quod dic vt de ſen.ex.c.j. lib. vj. [*Quorum.*]ſ.vicinorum epiſcoporum.[*Difficile*] Eccl.iiij.
3 capitulo,ſimile†ponit Valerius,de caudis equorum , q̄ paulatim carpi poſſunt,ſed non ſimul euelli.lib.vij. ca
b pitulo[b] iij.exemplo.viij. [*Amore*] aliàs timore, ſed prima

ma meliorꝑ id,quod dixit, trepidatione. [*Damnum.*]qa ex hoc poterit deponi, & ſic primo excommunicatus. ſecundo depoſitus ab apoſtolicæ ſedis & totius eccleſię
c communione finaliter expelletur.xix.di.c. penulti. c & vlt.Hoſt. qđ hic in fine quærit Vin.vide in ſpe.e.ti.ſuper
4 rubrica,& de iureiu.peruenit.ij.ſuper ij.gl.¶ Glo.j.†narrat , obijcit per locum à diuiſione ,& dupliciter ſoluit.
5 ¶Glo.iiij.reſpondet per obiectionem.¶In†gl.penulti. [*ibi,aut.*]itaque ſi decedat quis carens parentibus, & liberis, relictis fratribus , præferuntur coniuncti ex vtroque parente his,qui coniuncti ſunt ſolum ex altero.[*& ibi.l. iij.*]aliàs.iiij.ſi mei cauſa legatum eſt Titio, quod ei debeo,etiam meum eſt legatum,& intereſt creditoris , li
6 cet ſim ſoluendo,duos reos habere.¶In†glo prima,[*ibi ſecuritas habeat.*] lex quandoque vocat fœdus , vel inducias.ff.de cap.& poſtli.reuer.§.induciæ. ad idē prima diſ
d tin. ius gentium,& dicitur quaſi terrens guerrā.[a] [*& in fi.*]Pax vero eſt finis diſcordiæ , quæ debet haberi in voluntate, guerra in neceſſitate.vnde bellamus, vt pacem habeamus,xxiij.quæſtione prima , niſi bella , & c. noli æſtimare.¶In gl.ſecunda [*ibi,canonica.*] quæ diffidatis à iure ſeruanda non eſt,vt ſcripſi,de homic.pro humani. lib.ſexto,ſuper verbo,perpetuo. [*& ibi,ſed qualiter.*] ſimilis argumentatio,de conſe.diſtin.iij.peruenit. [*& ibi, Iu*
7 *ſto.*]Idem Gof.hic,& in ſumma,ad cognoſcendum †bellum iuſtum ab iniuſto,remittit Hoſt.ad ſummam ,eo.
8 ti.§.quod ſit iuſtum.Dicebat etiam hic Hoſti.quòd †deficiente iuſtitia poteſt ciuitas,vel dominus terræ impeti,qui circa iuſtitiam reddendam eſt negligens. xxiij. q.
c ij.dominus,& aduerſarius e deprædari.in libro feudorū, de inueſtitura,quam Titius recepit a Sempronio.§.fi.& quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. §. illud te nō lateat ,quod eſt intelligendum præmiſſo ſpirituali gladio,ſi poteſt haberi,de iud.cum nō ab homine, de hoc de iniur.& damno dato.c.j.li.vj.& vide quæſtionem.eo. li.de reg.iur.non debet aliquis [*& ibi,tempore iſto.*]vel intelligitur,cum dubium eſt, ſi bellum iuſtū, vel iniuſtū ,
9 ſecundum Inn.[*& in fi.*]& † §.vlti. facit ad idem in pœmio Inſti.§.igitur,& in auc.de hære.& Fal.§. j. col.j. Idē Goff.hic,& in ſumma,& Innocent. & Hoſtien.contra, cum contineat præceptum , in ſumma eod. tenuit primam opi.& adde quod no. de celebra. miſſa. dolentes, in vlt.glo.ad hanc opi.quam hit tenuit,facit xij.diſtin.c. ij,in princi.& lxxxij.diſtin. propoſuiſti, in fi. Item inducebat Hoſt.negari non poſſe,quin ſaltem a prin.ad hoc obſeruandum aſtringerentur prælati,cum adhuc in de ſuetudinem nō abiiſſet,& ſic dicit ipſam ſequi ,quòd ad idem hodie aſtringantur, cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis.ff.de actio.& obli. l. obligationū, §. placet, nec in talibus excuſant glo.magiſtrorum , de
10 hoc de bigamis,c.ij.de decimis,à nobis.non † ob.iij. diſtin. §. leges,& §.fi. quæ ſunt intelligenda de ſtatutis il lis,uel legibus quæ non ſunt præceptoria.exemplum.ē.
f titu.j.ſtatuimus.debet autem inter has præceptorias,& alias eſſe differentia.iij.diſtincti.omnis autem , & quod præcipitur,imperatur & c.xiiij.q.j.quod præcipitur. ſ. de verbo.ſigni.in his. Aliqui diſtinguunt conſtitutiones pœnales,quæ ipſo facto pœnam infligunt,ab his,quæ iubent infligi,& ſm eos de ſecūdis loquantur.§.leges,& §. fina.iiij.diſtin.ſecus in primis,vbi contrafacientes incidunt factum damnatum.xxiiij.q.j.c.j.ij.& iij.vide quod
g dixi ſuper rubrica.de conſuetudine,in fin.[g] ¶In gl.xi.in fi,de offi.ordinarij,ad reprimendam.¶In glo.idē. [*in fi.*] concordat,de offi.le.ſtuduiſti.¶ In glo.j.excommunica
11 tioni.[*ibi,illi qui.*]illud c.treugam †vocat pacem , vide q. de hoc in ſpe.eo.tit.ſuper rubrica. [*& in fi,*]vel l. depoſitioni,vt dixi in vlt.gl. ¶In gl.vl.[*ibi,præcipimus.*]vbi ſunt hæc verba ad literā a verbo,præcipimus , vſque ad finē.

ADDITIONES.

a ¶Concedit.Facit,quod no.glo.quæ incipit,quid ſi fiat.in clemen. j.de hęr.quę allegat hoc c.

b ¶Capitulo.In c.infra dicto,& ex §.cęterum,no.Et vide in contra.C.de inoffi.teſt.l.ſi.verſi,ſed hoc obtinere,& ibi doc.

c ¶Penulti.Prelatus ergo meticuloſus deponitur,vt hic.

d ¶Guerram. Diffinitio treugę & pacis . & vide ad materiam iſtam q. diſputatam per Iaco. Butri.quam ponit Io. An.in. Spec. iſto titu. ſup rubri.& quod ipſe no.in c.peruenit,el ij.ſuper glo.ij.de iureiur.

e ¶Aduerſarius.Vide Inno.in c.olim.el primo.de reſti.ſpo.& per Io.An. in c.dilecto,de ſen.excom.li.vj.& per do. Bar.de Saly. in repetitio.l.ex hoc iure,ff.de iuſti.& iur.& vide Bart.in l.hoſtes.ff.de capti. & poſtlimi.re.

f ¶Præceptorias.Poſt Hoſt.facit quod no.ſ. ti.prox.c.ij. ad fi. glo. fin.& per Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.

g ¶In fi,Et ibi vide alias cōcor.per Io.An.& vide Arch.& ibi Ioan.An. in c.deteſtandę.de conſeſ. prēb. li.vj.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri ſumuntur hic pro clericis omnibus.*
Mercatores etiam ſunt curæ Papæ,ibid.
2 *Aſinus comparatur hic presbytero.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
Belli tempore priuilegiati qui ſint,& nu.5.
Pignorum gratia quod ad agri culturam pertineat,auferri non cōuenit,ibid.
4 *Innouatur quod male ſeruatur,& ea,quæ uenerunt in dubium.*

CAP. II.

1 [T]Nnouamus.[*Presbyteri*] Pars, de cenſi.inno uamus. i.omnes†clerici.ſic.§.de bigamis.c. j. de cohabi.cleri.c.ij.de poſtulan.c.fi.in prin.Hoſt.
a [*Mercatores.*]quid [a] ad papam de iſtis, cum ſint laici. reſpondeo quo ad pacem. xx.diſtin.ſtuendū. Goffr.
2 [*Portant.*]priuilegiatus†eſt in hoc aſinus,ſicut pſbyter , Abb. [*Latenter.*]Idem in legatis etiam hoſtium.j. diſtincti. ius
3 gentium.vbi de hoc. ¶In †gl.ij.[*ibi,militiam.*] ſi citra expeditionem in ſuis, vel alienis domibus degunt,currūt, vt ibi.[*& ibi,pignorum.*]ſequitur,gratia aliquid,qđ ad cul
4 turam agri pertineat auferri nō conuenit.¶†In gl.j.[*in fi.*] & ideo innouatur , quia male ſeruatur , & adhuc non multum bene, ſic & in dubio antiquum ius innouatur . nil enim prohibet ea quæ venerunt in dubium, clarioribus & compendioſis ſanctionibus renouare. C. de annali excep.l.j.§.ad hæc,Hoſt. ¶In glo.ij.[*ibi,priuilegium.*]Idem † in peregrinis,ſcilicet,q̄diu peregrinantur. Hoſt.ſicut & legati priuilegium habent, q̄diu in lega
b tione ſunt.ff.de iud.l.ij.§.legatis[b].[*& ibi,non poſſunt.*]per iudicem,vt ibi no.[*& in fine.*]& in auctē.agricultores, ibi poſita.

ADDITIONES.

a ¶Quid.quis dicatur mercator,vide Bar.in l.legatis.ff.de le. iij.

b ¶Legatis.Et militis teſtamen.iure ſpeciali tenet, ſi actu aliter ſit miles. vide in l.certus.& l.tribunus,in fi.& l.idemque.ff.de teſta.mili.

¶De pactis, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio,uel continuatio tituli,uel rubricæ.*
Gratis quid facere gratius eſt.quàm recepto pacto.
2 *De pactis ubi nam alibi tractetur,& nu.3.4.& 5.*
3 *De fortuitu caſu quando quis teneatur.*
Paciſci de quibus poſſit,& de quibus non poſſit,ibid.& num.4.& qui poſſint,ibid.& nu.5.

1 ¶Ex quo†dictum erat de iudicibus,& ipſorum officijs, competens erat,vt de iudicijs videremus,ſed quia vocati ad iudicia paciſci, vel tranſigere conſueuerunt , ideo de his præmittit . Et primo de pactis , quæ ſi de honorabili,quia gratius eſt aliquid gratis facere , q̄ recepta pecunia,ita Azo in ſumma,& Accur.tangit. C. eodem titulo,& Goff.hic.vel dicto de treuga & pace , quia pactum
2 eſt inter partes ex pace conueniens,ideo & c. habeꝫ † de pacto licito ſeruando,ſit iuratum,vel non.xxij.quæſtione prima.c.primo , & quæſtione quinta. iuramenti , & contra de illicito.c. cauſa,quæſtione quarta,per totum. Repetitur hæc rubrica in ſexto.cui primo conuenit, de verborum ſignificatio.pactum.Idem de electio.conſtitutis,& c.ſacroſancta,de tranſactio. ſuper eo. de conceſ
ſio.

3 sio. preben. nulla, & c. ex tenore. in † commodato, & depositо per pactum tenetur quis de casu fortuito, de cõmodato. c. vno, de deposi. c. ii. & paciſci poteſt ſuper fructibus beneficialibus debitoris per creditorem habendis, de deposi. capitulo primo, in fine. Item paciſci pōt inter eccleſias ſuper decimis, de decimis, ſuggeſtum, & c. nuper. Item pactum contraria voluntate diſſoluitur, de ſpon. capitulo ſecundo, Item faciunt de ſymo. cum eſſet. & capitulo, dilectus. j. & ij. & c. tua nos. Item de hę
4 ret. capitulo fina. Item † vitiantur pacta, de elec. vbi periculum. §. cęterum, & §. ſequen. libro ſexto, & c. fundamenta. §. & ne taliter, de ſup. neg. præla. grandi, & in clemen. de ſepul. c. ij. ver. nos etenim, de hæreti. capitulo ſecundo, ver. nullis, de ſen. excom. capitulo primo, in fin. Item generalis procurator non paciſcitur, quod dic, vt
5 de procura. qui ad agendum. in fi. Itęm † paciſci poſſunt patroni de præſentando alternis vicibus, de iure patrona. plures, ſecundo reſponſo. ſeruare debent prælati pacta cum Ciſtercien. inita, de cenſi. ad noſtrum. ver, nec compoſitiones.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus quid hic ſignificet.*
2 *Cohibere, quot modis hic ſumatur.*
3 *Pacem frangere quando quis videatur, refert quoſdam caſus, & qui pacem pro alijs facere poſſint, nu. 4.*
5 *De vulnere abſolutus, uel damnatus, an poſſit accuſari de morte, vulnerato mortuo, remittit.*
6 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum. nu. 7.*
Pacta quæ non ualeant, & nu. 5.
8 *Additio gloſſarum.*
Ex pacto nudo quibus caſibus oriatur actio,
9 *Pretium ſibi reſtitui petere poteſt, qui ipſum dedit pro re empta ab excommunicato ipſam repetente,*
Exceptio omnis, & defenſio competens reſeruatur, licet non actio, ibid. uer. quia & ſi.

CAP. PRIMVM.

1 ANtigonus, Se ſummat & diuiſio patet. [*Conuentus*] ideſt † commonitus. [*Is*] ſcilicet, qui venit contra pactum, Phi. ſed Inno. dicit conuentus, ſ. corã eccleſiaſtico[a] iudice, ille ſcilicet,
a 2 qui pacta nō ſeruat [*Non cohibuerit*] i. pœnituerit † & emẽdauerit, & decætero à talibus abſtinuerit, Hoſt. [*Eccleſiaſticam.*] de ver. ſign. quærẽti. [*Vniuerſi*] de concilio Africano. ſimile de obli. ad ratioci. c. vno.
3 ff. eo. inter omnes. [*Pax ſeruetur.*] ſcias, † cp pacem, quam feci cum inimico, non videor frangere fideiubendo ꝓ illo quem accuſat. Si vero quilibet noſtrum pro ſe, & tota parte ſua pacem fecit, pacem rumpo occidendo cõſanguineum eius, qui ſibi in guerra ſeruierat. de his in
4 Specu. de treuga & pace, verſ. pe. & vlti. an pupillus † vero
b de morte patris pacem facere poſſit, & quid de tutore, [b] & quid de vulnerato, qui pacem fecit, & mortuus eſt, & quid ſi mihi pacem fecit nomine vulnerantis, vt illam ſibi facerem, quam feci mortuo vulnerato, vide in Specu. de homicid. verſicu. illud quare, & ſequẽtibus, & de accuſatore verſicu. ſed pone, & in verſicu. ibi ſequenti
5 † tractatur an abſolutus, vel damnatus de vulnere, vul-
6 nerato mortuo, poſſit accuſari de morte. ¶ Glo. j. † no. pacta ſeruanda. alle. iij. canones, & vnam legem. ponit iiij. caſus, quibus non valet pactum. In fine arguit ex nu
7 do pacto & c. rationem reddit, & remittit. ¶ In † prima glo. [*ibi, aduerſus.*] exceptio, pacti propoſitam contra agẽtem tutelæ repellit replicatio fraudis probata. [*& ibi, ſi id quod, in fin.*] Si ab emptione perfecta turoris auctoritate pupillus ſine ipſius auctoritate per pactum diſcedit, nõ valet pactũ, quod eſſet alteri captioſum, vt ibi. ſ. teneretur venditor, & non emptor. [*& ibi, Ex eo.*] loquitur de pacto futuræ ſucceſſionis. [*& ibi, §. igitur.*] ſequitur, nuda pactio obligationẽ non parit, ſed parit exceptionem.
8 ¶ † In gl. j. [*ibi, eſt ar.*] melius diceret, ita patet. [*& ibi, §. igitur.*] exceptis caſibus, primo in conſtituta pecunia. ff. de conſti. pecu. l. j. inſt. de actio. §. de pecunia. ſecundo in dona. C. de dona. ſi quis argentum, §. ſinautem hæc. tertio in acceſſione frumenti mutuati. C. de vſuris, frumenti. quarto in vſuris promiſſis ciuitati. ff. de vſuris, etiam ex nudo. iiij. in promiſſione dotis. C. de dotis promiſ. l. ad exactionem. v. in nuda promiſſione facta ciuitati. ff. de poſtli. l. pactum. ſed iſte caſus idem cum quarto. vj. in fę nore nautico. ff. de nauti. fęno. l. periculi. vij. ſi ſeruus ita venierit, ue in Italia eſſet. ff. de ſeruis exportandis. l. ſeruꝰ. ea. l. fm Hugo. cum autem caſus ſpeciales recipiendi nõ ſint, niſi ratio ſpecialitatis reddatur, vt no. de reſcriptis, ſi quando. dicit Hoſt. qui etiam remittit ad ſummam. eo. ti. §. quis ſit eius effectus, cp reddat ſufficientem rationem ſpecialitatis horum caſuum, vt eis adhæreamus. Sed cum omnino deficiat maxime in vſuris, & nautico fęnore dicamus, vt & ipſi dicunt, cp inde naturalis obligatio naſcitur. ff. eo. l. j. ſt. de ſolu. l. Stichum. §. naturalis,
c ex qua ſecundum canones dabimus [c] actionem, de hoc j. de arbi. per tuas, & vide quod ibi dicam ſuper ver. indi ſtincte, niſi forſan adeo ſit infecta, cp ex ea non poſſit agi, vt in excommunicato cõtrahente, de quo remittit
9 j. de do. & contu. veritatis, in fine. ¶ Sed † quid ſi excommunicatus rem ſuam vendidit conuento precio, petitur ab eo res vendita, nunquid excipere poterit, & dicere, non teneor tradere, niſi precium ſoluas, ſic ſecundũ Hoſt. quia & ſi non actio, omnis tamen exceptio, & defenſio competens reſeruatur. j. de exceptio. cũ iter priorem. [*& in fi.*] & prima quæſtione ſeptima, quotiens. j. & j. de iurciuran. c. penult.

ADDITIONES.

a ¶ Eccleſiaſtico. Quaſi aliud, ſi coram ſeculari, vbi ex pacto nudo non datur actio, vt in glo. j.
b ¶ Tutore. Vide per Bal. & Salj. in l. procuratoris. C. de pac.
c ¶ Dabimus. Quod de iure canonico ex ſola naturali, & ex pacto nudo oriatur actio, facit tex. in c. j. de prob. infra. nam ibi imperator tenetur, tamen conſtat ipſum iure ciuili non ſubiectum, nec legibus ligatum, vt in l. princeps. ff. de legi. cum ſi. ergo vide ad hoc no. in c. nouit. infra de iudi. pro hoc gl. j. in c. iudicante. infra de teſta. & vide ad hoc glo. in c. quoties cordi. j. q. vij. Et in c. iuramen. xxij. q. v. cp ex ſola naturali oriatur actio, maxime ſi iuramentum interuenit. & ad hoc vide quod ſcrip ſi in c. cum eſſes. j. de teſta. Et uide omnino ad intellectum huius, an ex nudo pacto de iure canonico oriatur actio, & an ex contractu innominato non ſequuto implemento, vide Bal. in l. ſtue apud. C. de eden. & no. in c. cum inter. x. de elec. Arch.

SVMMARIVM.

1 *Hoc cap. quibus de rebus loquatur.*
2 *Solidare, ſolidum & firmum facere.*
3 *Epilogus, Suffragium, & ſuppletio gloſſarum. nu. 4. & 5.*

CAP. II.

1 VOtiens. Breue eſt, & fuit forſan exordium confirmationis aliquorum pactorũ. [*Noſter.*] loquitur † de eccleſijs exemptis, vel de alijs, quãdo primi ordinarij denegant ſuum præſtare conſenſum, Inn. vel quando ſic eſt actum, cp valeant, ex quò papa cõfirmauerit. fm Hoſt. vt j. de confirma. vti. vel inuti. c. pe. [*in dubium ueniant.*] imò vt robur habeant. [*eas*]
2 [*ſolidare.*] i. ſolidas † & firmas facere. ¶ In † gl. arguit, cp ra-
3 tihabitio retrotrahitur, alle. vnam concor. ſignat cõtrarium. ſoluit diſtinguendo, & ponens primã partẽ pro re
4 gula, dat tres caſus exceptos. ¶ In † gl. j. [*ibi, quid ergo.*] vide j. e. gl. [*& ibi, obſeruare.*] l. iiij. ẽ, & vide de ſo. cõ. ex tenore. ſup vlt. gl. [*& ibi, per fundã*] vide de ſen. ex. officij, ſuper j. gl. [*& ibi. §. ſi neſciente.*] vide de reſcript. nonnulli, ſuper gl.
5 pen. [*& ibi, precedere.*] dẽt hæreditatis additionem. ¶ † In glo.

gl. j. [*in fi.*] & in caſu. §. de reſcrip. nonnulli. de hoc plene
a j. de reg. iu. ratihabitione. [a] lib. vj.

ADDITIO.

a ¶ Ratihabitione. Et per Cy. & D. Bar. de Saly. plene in l. fi. C. ad Maced. & ad materiam huius ratihabitionis vide no. glo. & Bar. in l. j. §. ſed & cum quis. ff. de vi & vi ar.

SVMMARIVM.

1 *Studioſe, non negligenter.*
2 *Adimplere placita qui nolint, tenentur ad id, quod intereſt.*
3 *Epilogus, & Additio gloſſarum.*

CAP. III.

1 VAliter. Breue. [*Studioſe.*] quaſi non † eſt negligendũ. de of. prim. c. vno. [*Promittuntur.*] per ſtipẽdium, vel nudum pactũ, de hoc §. eo. c. j. [*Compleantur.*] &
2 tenentur † ad intereſſe, ff. de ac. emp. & ven. l. j. Vin. ¶ Pri
3 ma † gl. inducit ſimile, arguit, & ſignat ꝓrium. ¶ In gl. j. [*ibi, illud pſal.*] lxxxiij. Miſericordias domini. [*& ibi, c. j.*] vbi de hoc, & c. in c. nuper. & ibi ſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ non valet, ꝓ qd eccleſia. bñfi. dẽt reſignari, niſi ĩ caſu. nu. 3.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Collatio vnius capellæ non fit duobus,*
Eo quòd, ideſt ea ratione, quia, ibid.
Acquirere papa poteſt omnibus eccleſijs, & ratio, & perſona publica, ibid. & priuata, & quando, nu 5.
Papa hẽt ptãtis plenitudinẽ ſuper oẽs eccleſias pro alterius noĩe põt quid ab altero recipi, et valet, ſi ratihabitio ſequat, ibid.
6 *Per inſtrumentorũ reſignationem factam videtur reſignaſſe iuri, quod competebat ex inſtrumentis.*
7 *Alioquin, dictionis vis.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. no. 9.*
Coniuncta perſona etiam ſine mandato agere poteſt, & num. 10.
Tranſigere non valet habens generale mandatum, & nu. 10. §. j.
Inſtrumenta repetere poſſum, diſſoluta obligatione per ſolutionem, in ſuffragio, vi. nu. 11.
10 *Additio gloſſarum. & nu. 11. & duobus ſeq.*
Suſpitio turpis pacti præſumitur, & quando, eo. nu. 10. §. in gl. iij.
12 *Obedientibus fauetur.*
Inobedientes odio ſunt, ibid.
13 *Verba reſtõnis inſpiciẽda, & ponderãda, & ſic cõciliandi opiniones.*

CAP. IIII.

1 VM pridem. Caſus. Non valet † pactum, per quod eccleſiaſticũ beneficiũ dẽt per pecuniam reſignari. Et prima pars narrat factum, ſub quo continẽt proceſſus cãæ, partiũ tranſactio, ipſius reprobatio, papalis ordinatio, & interceſſio. ſecũda dat iu dices, ibi, cęterũ. Quia prior. [*Acra.*] ex vna parte. [*Eius.*] ex altera. [*Cuius.*] i. fratris. [*& capella.*] quibus dicebant ſe ſpoliatos, eccleſia forte ꝓceſſa fuerat Pet. Capella fratri ſuo, erat forſan altare, vel capellania ĩ eccleſia, vel vnus erat ꝑlatus, alter vicarius, de offi. vica. per totũ. alias vna
2 † capella non cõferẽ duobus, de ꝑb. cũ non ignores. Fm Hoſt. [*Mediantibus.*] quaſi tũc purgatũ fuiſſet vitiũ, vt in
3 gl. & j. de ꝑb. niſi. [*Inſeſtatione.*] non † iniurioſa, alꝭ licita fuiſſet pactio, vel datio. j. de ſi. dilectus. Gof. [*Pro eo, ꝙ.*] i. ea rõne, quia. [*fratre ſuo.*] carnali, vel ſpũali. [*Renuncians.*] libere & pure, & ſine pacto aliquo, in. [*Noſtris manibus*]
4 quõ † prodeſt hæc reſignatio mon. cõ id. ff. e. ſi vnus. §. pacta. dicunt Inn. & Hoſ. cp papa, qui eſt publica perſona, potuit acquirere mona. ar. ff. rem pup. ſa. fo. l. ij. in fi. nã ſingulariter, & vlr hẽt ſuper oẽs eccleſias plenitudinem prãtis. ij. q. vj. decreto. de vſu pal. ad honorẽ. vnde fortius per ipſum, q̃ per aliũ ꝑlatũ acquiri pōt alijs eccleſijs. C.
a de tranſa. [a] ꝑles. ff. quod cuiuſque vni. l. fi. ſed ẽt quicun
5 que † recepiſſet hanc noĩe mon. poſſent hanc ratificare abbas, & monachi. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. & §. item quęrit. Si aũt non eſſet recepta eius noĩe, non prodeſſet. ff. de præto. ſtip. ſi ſeruus. imo, vt dicunt, cum lites ſint odioſæ, de reſcrip. nonnulli. valet renunciatio literarum, ſicut & litis, ẽt facta abſente parte. C. de pac.
6 poſtquam. [b] & ibi no. [*Reſignauit.*] & ſi non † renunciaſſet, alꝭ iure ſuo vſ per hoc reſignaſſe iuri, quod compe-
c tebat per inſtrã. de hoc de renun. veniens. [c] [*Deſtinantes.*] & eis capellam, & eccleſiam confirmantes, vt dicit in fi. vel forte ante litem motam, confirmationem impetrant. Dixit Gof. cp confirmatio indulta fuit hac ſpe, vt illis prouiderent iuxta interceſſionem apoſtolicã. [*Dequo.*] beneficio. [*Illicita.*] facta eſt. a procuratore monachorum. [*Eoſdem.*] priores, & monachos. [*Competens.*] re
mittit Hoſt. de præb. cum ſm apoſtolũ, ad fi. [*Alioquin.*]
7 i. ſi † monitis. & interceſſioni noſtræ nõ parẽt. [*Electos.*] vnde reſtituendi ſunt, de fil. ꝓsby. cõſtitutus. de reſt. ſpo.
conquerente. Hoſt. [*Ipſas.*] eccleſiam, & capellã. ¶ Ter-
8 tia † gl. ſucceſſiue ſig. duo ꝓ. & ſoluit. ¶ Glo. iiij. rñdet per qõnem, an auctoritas papę purget ſimoniã, ponit duas opi. ꝓ. ſecundam alleg. & ſoluit. demũ opiniones diſtinguendo concordat. ¶ Vlt. gl. ſig. ꝓrium. ponit opi. demũ ſoluit. in fi. q̃r, arguit negatiue, ꝓriũ ſoluit. ¶ In prima
9 † gl. [*ibi, ſed hęc.*] vide hanc & ſequentẽ. de reſcrip. ex parte decani. In gl. antepe. [*ibi, exigendi.*] vide j. c. nõ iniuſte. in prin. j. gl. [*& ibi, l. j.*] fratri nõ nocet res iudicata ꝓ fratrem, ex quo non habebat mandatum, nec interuenit ratihabitio. ¶ In gl. ij. [*ibi, mandato generali.*] hæc, & l. tranſactionis. dicunt, cp habens gñale mandatum non trãſigit. [*& ibi. ſi procu.*] vide vt li. non ꝓte. c. j. ſuper vlti. glo.
¶ In iiij. gl. [*ibi, qui iuſſu.*] ſequit̃ ꝓtoris ꝓtio dato pactus eſt, non no. [*& ibi, immutare.*] ſtipu. inutilẽ faciendo vtilẽ. ¶ In gl. pe. [*ibi, diſſoluto.*] ſolutæ q̃titatis inſtrm, quod
penes creditorẽ remãſit, per ꝓdonẽ repetitur, vt in l. vlt.
10 iubet ꝑſes mihi ꝑ ſolonem liberato reſtitui inſtrã debiti, vel ꝓctus. ¶ In † gl. j. in fi. [*ibi, alias non obeſſet.*] Imo nec cũ cautione oberit frarri, vt in l. ſtatim alle. ſed agetur ex cautione ꝓ cauẽtẽ. ¶ In gl. ij. [*in fi.*] & j. de procu. qui
ad agendũ. §. vl. lib. vj. ¶ In gl. iij [*ibi, renunciauit.*] replicat & declarat, ꝓrium non ſoluit. vnde dic fm Tan. Vin. & Inn. cp hic erat ſuſpitio turpis pacti, q̃ ſp ꝑſumit̃, niſi per aliã ſuſpitionẽ tollat. ibi vero ſuperioris auctoritas illã tollit, vel ibi amicabilis ꝓpoſitio, hic trãſactio, fm Gof.
vel fm Hoſt. ibi ꝓpoſitio ſuper fructibus, hic ſuper iure ſpũali. ¶ In gl. quia ius, [*ibi, apoſtoli.*] ad Eph. v. d. [*& in fi.*]
facit quod no. de of. delega. ex parte. j. & j. q. iij. ſaluator.
11 ¶ In glo. pen. [*in fi.*] dixit Phi. aut † creditor ſoluit pecu-
d niam pro inſtrumento, [d] aut debitor. primo caſu ſoluto debito agit debitor pro inſtrumento condictione ſine cauſa, per l. diſſolutæ. ſecundo agit ad exhibendum, vel rei ven. per l. vlti. C. ad exhibendum. ¶ In gl. vl. [*ibi, dicas melius.*] ſecundum Vinc. & Tan. quod placet Inno.
& Hoſtien. [*& ibi, cum inter R.*] & fuit hoc in fauorem
12 † obedientium, & odium inobedientium, de poſtulã. c. j. & quia deceptis & c. de rerum permu. cum vniuerſorum. [*& ibi, non remoueantur.*] hoc tenent Phi. & Innoc.
e pro eis. j. de reſcriptis. quamuis, [e] lib. vj. cum ſuis concor.
[*& ibi, remouendi ſunt.*] ſecundum Vin. & Tan. Idem Ho
13 ſtien. ego dico † inſpicienda & ponderanda verba reſtõnis, & mandati, de priuileg porro. fm quæ quandoque prima, qñque ſecunda opinio veritatem habebit.

ADDITIONES.

a ¶ Tranſac. Vide Io. And. de conuer. coniu. dudum. & per glo. & per ipſum de vſucap. quàm quàm. lib. vj. & per Doc. & Bar. in l. non aliter. ff. de adopti. & per ipſum in l. ij. ff. rem pup. ſal. fo. & per Bal. in l. genera liter. C. de epi. & cle.
b ¶ Poſtquam. Dummodo in præſentia iudicis hoc faciat, vt ibi no. gl. & Bar. & in l. j. C. de pãc. & vide Io. And. in c. veniens. de renuncia. & per Bart. in l. uon ſolum. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg.
c ¶ Veniens. Et in c. ſane. in gl. iij, & per gl. fi. & ſuper illa Io. And. in c. ecclę. lo. ij. vt lite pen. & glo. j. in c. coram. in fi. gl. & ſuper illa Io. And. de off. dele. & Bar. ff. de pac. l. Labeo. §. fi.
d ¶ Inſtrumento. Vide in l. diſſolutæ. alleg. in glo. & in l. plures. C. de fide inſtru. & vide Bar. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de leg. j.
e ¶ Quamuis. Illa decre. quamuis, multum obſtat, & non videtur veriſimile papam cum alterius præiudicio, maxime cum ius erat iam quęſitum, facere reſtitutionem, de vſu pallij, ex tuarum. & in d. c. quamuis. & in §. ſi quis a principe. & §. merito. in l. j. ff. ne quid in lo. publ. & vide ad materiam no. per Bar. & Sal. in l. fi. C. de ſen. paſ.

SVMMARIVM.

1 *De ſuccedendo poſt mortem prælati in ipſius eccleſia pactum non valet.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Cap. petiſti. vij. q. j. ſpecialem continet indulgentiam, ibidem. §. in glo. ij.

CAP. V.

1 ACcepimus. Caſus. Non† valet pactū de ſuccedendo poſt mortē plati in ipſius eccleſia. Et prima pars factū narrat, quod ſecunda corrigi pcipit, ibi, verū. [*Poſt eorum*] ſ. clericorū, pro qbus fiebat collatio. [*Alij.*] forte nepotes conferentiū, vel recipientiū. vnde ponit Pe. exēplū in eccleſia debitis grauata, quā locuples ſenex volebat recipere exonerandā debitis niſi eo pacto, vt nepos ſibi i illa ſuccederet. [*Tolerari.*] x. di. vides. C. de leg. non dubiū. [*Prohibeas.*] ne fiāt, vt ſ. factas [*friuolas.*] ipſo iure. j. q. iij. ſi quis dator. A la. Vin. & Tan.
2 Idē Inn. ¶ Gl. † j. fortificat textū, Io. ¶ In gl. j. [*ibi, eius volū*
a *tate.*] ſed nec hoc ſufficit in beneficijs, de hoc de cōceſ. pb. c. ij. in iij. gl. ¶ In glo. ij. [*in fi.*] non ob. vij. q. j. petiſti. qa ibi fuit ſpālis indulgentia, Tan. Gof. Idem de decreta. de conceſ. præb. conſtitutus. Hoſt.

ADDITIO.

a ¶ Nec. Quomodo reſpondeatur l. pactum quod dotali. C. de colla. quę videtur velle, q etiam conſenſus illius, & voluntas non ſufficiat, vide Bar. & Doc. in l. ſi. C. de pac.

SVMMARIVM.

1 *Per pactum penſionis augendæ qui conſecutus eſt eccleſiam, debet illa priuari, & aliàs canonice puniri.*
Diuiſio cap. ibid.
2 *Prælati quibus appellationibus alijs in diuerſis rationibus nuncupentur.*
Perſonę pro prælatis accipiuntur, ibid.
Pro penſionibus remanent eccleſiæ obligatę, quibus imponuntur, ſi foret licita pactio, ibid. ad dict. eccleſijs.
Legis fin. de contrahen. emp. intellectus, ibid. ver. ſed contra.
3 *Ad vitia extirpanda pactionis illicitæ debet intendere prælatus.*
Spoliare, accipitur in bonam partem hic. eo. nu.
Aliàs, quid ſignificet, eo. nu. ad dic. aliàs.
4 *Epilogus Suffragium, & Additio gloſſarum. nu. 5. & 6.*
Penſio poteſt ex iuſta cauſa augeri, eligendus tamen non poteſt id ſine vitio ſimoniæ paciſci.
7 *Cenſus quando, & quomodo poſſit augeri.*
Cap. cum M. & c. pe. de conſti. intellectus, ibid.

CAP. VI.

1 VM clerici. Caſus. Is† qui per pactū pēſionis augēdæ cōſecutus eſt eccleſiā, dēt illa priuari, & aſs canonice puniri. diuiditur vt proxima. ſecū da ibi, nos ad, Tan. & pars huius de cenſi. cū clerici. [*Perſonis.*] i. † platis, iuxta vulgare Angliæ, vt ſcribit, ſicut in Apulia abbates, in quincia priores, ſm Hoſt. [*Eccleſijs.*] & ſi licita eſſet pactio, eædā eccleſiæ remanerent, p penſionibus obligatæ. ff. de iudi. fideicōmiſſum. §. tractatū. & §. quid tñ. ff. de vſufr. l. hactenus. ſed ō. ff. de ōhē. emp. l. fi. ſo. ibi non interuenit realis obło, ſed perſonalis tñ,
3 ſm Inn. [*Extirpandum.*] † ad quod ſemper decet plātum intendere. de fil. pſby. ad extirpandas. de pb. extirpandæ. de inſti. c. iij. §. i. [*Spolietis.*] In bona parte pſumitur, concor. vide de reſti. ſpo. conquerente. in prin. [*Alias.*] i. alio
4 mō, quaſi non ſufficiat probatio. ¶ Secunda glo. † q̄rit,
5 arguit pro & ō, & ſoluit diſtingēdo. ¶ In † gl. ij. [*ibi, l. vl.*]
6 vide in ꝑalle. c. cū M. ſuper gl. hic videbatur. ¶ In † glo. ij. [*ibi. l. vl.*] vide ſolutionē. collige. Tan. & Gof. [*et in fi.*] ibi. Idē no. ſed licet iuſta cā ſubſit augendi, nō tñ pōt eligēdus hoc paciſci ſine vitio ſimoniæ. Hoſt. † dicit cēſum[a]
7 a augeri poſſe, qñ neceſſitas, vel paupertas eius, cui debetur hoc exigit, nec fit clam, ſed palam, capitulo conſentiente, & iudice ſuper hoc auctorizante. ar. ff. de aucto. tu. non exiſtimo. j. de præben. expoſuiſti. j. de his, quę ſi. a præla. tua. & c. paſtoralis. j. vt ec. bene. c. vno. ad fi. ſed ſi talis cauſa non ſubeſt, dicit, q ſuo iudicio priuata burſa non replebitur, ſed potius diuinus cultus augebitur, & ſic loquitur de conſti. cum M. & c. pe. & dicit iungendum, quod no. j. ti. j. decætero.

ADDITIO.

a ¶ Cenſum. Pro his facit, quod no. gl. & ibi per Bart. & plenius per do. Bar. de Sali. in l. j. C. de iure emphy. & in Specu. de locat. verſi. cxxxj. & ver. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Parochiali iuri alterius eccleſiæ non poteſt apponere, quod deroget, pactum eccleſia vem ſuam locando, feudumve conceden do, & nu. 2.*
Inquilinis locantur domus, eo. nu.
2 *Feuda an concedant regulares & ſeculares clerici.*
Parochia dicitur epiſcopi totus epiſcopatus, ibid.
3 *Decimam de penſionibus qui ſoluere debeant.*
4 *Vt ſepultura eligatur apud ſe clerici pacíſci non poſſunt, quid iuris de ſepultura remittit, nu. 6.*
Reprobare, ideſt non ſeruari decernere, ibid.
5 *Pactum ſi interponatur contra ius, non valet, nec pœna nec iuramentum ſuper eo preſtitum,*
Si præter legem non tenet, ſed adiecta pœna valet.
Si ſecundum legem, valet pactum, & pœna, ſed altero pacíſcens debet eſſe contentus.
Pœnam ſolui an ſit ſatis vt recedat a pacto, & an eccleſiaſtici viri eam petere poſſint, ibid. ver. de hoc autem.
Pactum de ſpirituali ad temporalia hic fiebat, & non ualet huiuſmodi, ibid.
6 *Percipere quicquid debuiſſet eccleſia, reſtituendum eccleſię, & ratio.*
7 *Epilogus, & ſuffragium glo.*
8 *Contra percipientem ſuum, & eum qui ſoluit, agere poteſt eccleſia.*
Pactum inter alios de re mea ſine mandato meo non prejudicat mihi.
9 *Additio gloſſarum.*

CAP. VII.

4 *Decimas ſoluere teneantur ne monachi, & quas, & quãtas. nu. 6. alia de eis vide nu, 5. 6. & 7.*
Coloni priuilegiatorum ſuper decimis non ſoluendis, an teneantur ad decimas, remittit. ibid.
5 *Decimæ corporales vendicari poſſunt à quolibet poſſeſſore, niſi de eas percipiendi iure agatur, & abbas percipere conſueuit, quia ipſe tantum conuenitur.*
6 *Perſonalium quantitas præſcribi poteſt.*
7 *Indefinita omne tempus includit.*
Præſcriptio non iuuat etiam in decima defraudanda, ibid.
Aeſtimatio boni uiri arbitrio faciendą, taxatione præhabita, eod. nu. ad dict. Iuſtam.
De decimis ſubtractis compoſitio fieri non poteſt, ibid.
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 9.*
Datur, quod confirmatur, in prin. & nu. 10. §. j.
De nihilo quid facere plus eſt, quam de aliquo aliud, uerſi. Imperator.
Res inter alios acta alijs non nocet.
10 *Suppletio gloſſarum.*
Confirmatio, vel innouatio ius nouum non tribuunt, eod. numero. §. In glo. iij.
11 *Cap. ſi quis presbyterorum, de reb. eccl. non alie. intellectus.*
Eccleſia quomodo poteſt ex perſonali tranſactione lædi, eod. nu.
12 *Compoſitio, ſiue tranſactio non tenent ex parte clerici ſuper re ecclęſiæ, tenetur ex proprio ad id, quod intereſt alterius partis.*
Clerico conuento deduci poſſit id, quod ad eius cederet ſuſtentationem, eod. nu. ver. ſed & id. & reſtitueretur eccleſia, ſi non haberent vnde niuerent clerici, aduerſus contractum, & quem, nume. 11.

CAP. VIII.

1 MEniens. Caſus. Tranſactio † facta de rebus eccleſiæ per prælatum ſine ſuperioris conſenſu, non obligat ſucceſſorem, & prima pars ponit partis querelã. ſecũda dat iudices, ibi, Mandamus, qnatenus [*ſanctę M.*] cuius rector erat magiſter Guil. [*Excolunt*] per colonos, [*Eorum*] monachorum, alias [*Earum.*] ſ. terrarũ. [*Soluere*] ĩtegraliter, vel dic vt ĵ. [*Tueri*] a prædicta ſolutione. [*Carrucatis*]
2 certa † portio, ſicut mãſus, iugerum, acrea, de ec. ędi. ad audientiam. quæ forte apud theutonicos dicitur cubitam, & apud nobiles Hiſpanos dicitur leira, ſecundum Vin. Dicit Hoſti, ꝙ hæc menſura eſt quãtum cũ duab⁹ carrucis põt in anno coli. [*Tenent*] quaſi de aliis nihil ſoluant, Inno. Et dicit Hoſt. ꝙ alias male videretur infra excipi, ibi, niſi præfati monachi. vel forſan hoc intendit, ꝙ de aliis integre ſoluant, & vide quod dicam ſuper ver. docuerint. [*Apoſtolica*] vel dicœc. epiſcopi. §. c. ſtatuimus, Abb. Laur. Tan. & Vincẽ. [*Docuerint*] ſi hoc docuerint, ergo ſunt ab omnibus aliis abſo luẽdi, quod verum eſt, ſi facta fuerit compoſitio, ꝙ de aliis nihil ſoluant, vt hic ſumitur, argumen. a contrario ſenſu quo ad illas duas carrucatas, vt quo ad illas abſoluantur, ſi docuerint, vnde quo ad alia ſupplendum eſt, maxi-
3 me, ſecundum Hoſtien. [*Perſonas facta*] ſic ergo † potius præſumitur pactum perſonale, quam reale. Sed cõtra, quia præſumitur reale, niſi probetur perſonale. ff. de proba. ſi pactum. ff. de pactis, tale pactum. j. rñ. ſecundo an pactum cenſeatur perſonale, vel reale, hoc eſt tam ex verbis, quam ex mente pacientium extimandum, ſi agatur de temporali hæreditate. ff. de pac. iuriſgentium.
a §. pactorum². vbi vero agitur de eccleſiaſtica, ſeu ſpirituali, non conſideratur ſola voluntas contrahentium. licet enim obligare perſonas ſuas poſſint, non tamen

eccleſias.

eccleſias, vt hic, & ĵ. de arbitris, peruenit, & c. per tuas, §. ſuper quo, & de preca. c. ij. & ideo in his plus ꝙ ſideretur iuris poteſtas, iudici auctoritas, q̃ voluntas ſola contra-
3 hentium, nam & †pactum conuentũ, quod remotum eſt a re priuata, non eſt obſeruandũ, ff. de pactis, ſi vnus, §. & in ſumma, & l. iuriſgentium. §. ait prætor, ſecundũ Hoſti. [*Alios*] omnino in alios, ne obſtet de ꝓcur. tutore debitore, ſocio, & ſimilibus, Gof. & facit quod no. ĵ. de iniur. & dam. ḍa. & ſi pignorationes, in iij. gl. [*ipſos*] ſ.
4 monacos, ergo † etiam monachi tenẽtur decimas ſolue re, quod dic vt, ĵ. de deci. ex parte. j. [*Agricolas*] ipſorum monachorum. an coloni priuilegiatorum ſuper decimis non ſoluendis teneantur ad decimas, no, in cle. de
5 deci. c. j. ſuper ver. excolendas. Dicit Inno. ꝙ † corpora-
b les decimæ vendicari poſſunt a quolibet poſſeſſore. [b] ĵ. de deci. paſtoralis. Sed ſi abbas conſueuit percipere deci mas, & agatur non de ipſis decimis corporalibus, ſed de iure percipiendi, cum hoc ſit apud abbatem, ipſe tantũ conuenitur, & non alius, de quo remittit ipſe Hoſti. de
c maio. & obe. inter quatuor. [c] [*Quibuslibet rebus*] licet ex
6 hoc † videatur, ꝙ de omnibus decimis loquatur realibus, & perſonalibus, tam ẽ Hoſt. videtur verius, ꝙ de rea libus tantum decimis loquatur, tum quia in perſonalibus poteſt præſcribi quantitas, tum quia ad præſtationem perſonalium monachi non ſunt aſtricti, tũ quia nullam fecit in ſuperioribus de ipſis mentionem. [*Ex integro*] hoc eſt cõtra quorundam theologorum opinionem, de quo dic, vt no. de deci. c. j. li. vi. [*Detinuerunt*] ſic
7 indefinite loquendo † videntur includere omne tẽpus, per quod videtur præſcriptionem non iuuare etiam in
d decima defraudanda. [*Iuſta*] ad arbitrium boni viri[d] taxatione præhabita. ſ. de procur. auditis, quod me. cauſa. c. fi. Hoſti. [*æſtimationem*] non poſſe fieri compoſitionẽ de decimis ſubtractis, de hoc ĵ. de re. ec. non alie. vt ſu-
8 per. ¶ Prima † glo. declarat, quæ ſint ſacramenta neceſſa ria, & voluntaria, & quare ſic dicantur. ¶ Glo. iij. quærit, arguit pro & contra, & ſoluit. ¶ Antepe. glo. inducit ſimile, quærit, arguit, affirmatiue contrarium ſoluit.
9 ¶ In † iij. gl. [*ibi, l. obuenire*] hęreditas etiam teſtamentaria obuenit legẽ, quia lex xij. tab. talem confirmat, [*& ibi, l. ij.*] vide, ne ſe. vacante. c. j. in glo. ij. [*& ibi, circa prin.*] Impe rator ſtipulationem inutilem facit vtilem. ¶ In gl. ante pen. [*ibi, Item ne ſi experiar, in fi.*] ibi, aduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia perſona, cum
10 alia re, aut alij perſonæ præiudicet. ¶ In † g'o. j. [*ibi. § ſed*
c *notãdum*] alias incipit, ſi ergo, [*& ibi, In neceſſitate*] Ia. c. S. e [*& ibi, iuxta illud*] de hoc, de pę. di. j. is poteſtatis, & ĵ. de ſpon. non eſt, in fi. de materia gl. ſatis dixi ſ. de ſacra. nõ ite. ſuper ru. ¶ In glo. iij. [*ibi, ar. contra*] in hoc contra, ga probant, ꝙ confirmatio, vel innouatio non tribuunt ius nouum. [*& ibi, Realis,*] ſimile, de deſpon. impub. c. vno, li. vj. [*& ibi, Cum apoſtolica*] & ſ. e. ti. c. j. in fi. ¶ In glo.
11 antepe. [*ibi, Si quis presbyterorum*] hoc c. precedens † loquitur de alienatione, quæ tenet, iſta vero temporalis pactio tenebat ad tempus. [*& in fi.*] ſed qũo poteſt lædi ec
f cleſia ex tranſact. quæ perſonalis [f] eſt. So. poſſet de facto lædi, vt quia non haberent, vnde viuerent ſeruitores, vn de reſtituenda eſſet, ar. expreſſum. ff. de mino. l. minoribus, & ĵ. de cleri. non reſi. cum ad hoc. ſi tamen † com-
12 ponens haberet proprium, tenetur alteri ad intereſſe, ar. de præ. de multa, ver. & ſi vltra. ĵ. de appel. reprehen-
g ſibilis, ver, ſi autem. ſ. ſed & id, quod in ſuſtentationẽ ſuã cederet, deduci poſſet, ar. ĵ. de fideiuſſo, peruenit, & quo ratur de ſeipſo, quia male meriti &c. ff. de poſtulando, bona fides.

* ADDITIONES.

a ¶ Pactorum. Vide Barto. in l. qui in futurum. §. j. ff. de pac. & plenius in l. ſi ſic, ff. de ver. ob. & vide Bar. in l. Titius. §. ſi quis prius, ff. de aqua plu. arcen. vbi etiam de excep. facit, ꝙ ipſe no. in l. ſi. ff. de nõ. oper. nun. an autem conceſſio priuilegij intelligatur in dubio realis an perſonalis, vide Bar. in l. ſi. ff. de ſeruit. le,

b ¶ Poſſeſſore. Facit quod no. Io. And. ſ. ti. prox. c. plerique, & intelligitur corporalis. i. ipſi fructus, & vide Federi. de ſenis conſi. lxxiij.

c ¶ Inter quatuor. Vbi vide Io. An. ſup glo. vnde ſententia, & de præſcrip. auditis, ſuper. j. glo.

d ¶ Boni viri. Valet ergo ſententia ſuper æſtimatione fructuum decimalium conſumptorum, licet ipſi fructus ſint petiti, hoc probat iſte tex. ſed iſta eſt longa. & profunda materia, quam vide per Bar. in l. vinum, ff. ſi cer. pe. & in l. in hac. ff. de condi. triti. c. & Bal. in l. ſi. C. de fideic. lib.

e ¶ Ia. c. §. Et an illa authoritas Iaco. obliget ad confitendum, vel vnde veniat illa obligatio, vide no, gl. de pę. di. v. in ſumma.

f ¶ Perſonalis. Vide l. præſes, & ibi Doc, maxi. Saly. C. de tranſac.

g ¶ Autem. Vbi vide Io. An. in glo. non ſolum, & in c. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de elec, li. vj.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio non valet ſuper iure præſentandi, per quam nouus cen ſus imponitur, vel antiquus augetur, & reſpectu quorum, nume. 2. ad dictio de iure.*
2 *Præſentatio accipitur hic pro iure patronatus.*
Iuris patronatus cauſa debet agi in eccleſiaſtico foro, ibid.
Annexorum idem ius cum principali ſtatuitur, ibid.
Eccleſię res laici conferre non poſſunt, neque de eis diſponere, ibi niſi in caſu, & quo. nu. 3.
3 *Cenſum quem ab aliquo percepiſſent ab eccleſia, laici poſſent con ferre, & remittere, & pro eo ius patronatus percipere, ex ſupe rioris authoritate.*
4 *Additio gloſarum.*

CAP. IX.

1 Reterea. Caſus. Non † valet tranſa ctio ſuper iure præſentan di, per quam nouus cenſus imponitur ecclęſiæ, vel antiquus augetur. Cõmunis diuiſio. ſecunda ibi, cum igitur. [*De præſentatione.*] ſup. cle rici, vel expone, quod ſequitur. i. ad aliquam eccleſiam.
2 Et dicit † Hoſti. ꝙ hic ſumitur præſentatio pro iure patronatus, quæ cauſa ī foro eccleſiaſtico debet agi, de iu di. quanto. & ſic no. etiam in annexis non poſſe tranſi
a gi ſine vicio ſymonię. [a] [*Percipiant*] laicis tacentibus, & conſentientibus, non dico conferentibus, quia laici nõ poſſunt conferre res eccleſiæ, nec de ipſis diſponere. x. q. j. c. j. & c. his. cum ſeq. ſecundum Inno. alleg. Hoſti. de
3 cre. vltimam. de re, ec. non alie. Dicit † autem Inno. ꝙ ſi layci percepiſſent cenſum ab eccleſia ab antiquo. xviij. q. vlti. Eleutherius, poſſent illum conferre, & remittere, & forte pro eo ius patronatus percipere, argu. ſ. eo. ſta tuimus, ĵ. c. j. qđ putat Hoſti. non ex ordinatione partiũ, ſed ex ſuperioris authoritate, vt patet ex no. ſ. e. ſuper eo. & c. decætero nullam. innitentes enim auaritiæ non curabãt de præſentatione, vel cura, dum modo fructus, vel cenſus haberent, ſecundum Hoſti. [*De iure non tenet*] nec quò ad cenſum monachis dandum, nec quò ad ius
4 patronatus in laicos trãsferendum, Inno. [*Religioſi*] ſed nec layci, vt prædixi. In † glo. ij. [*ibi, probemus*] dic vt ibi, & eo. ti. ſignificauit.

ADDITIO.

a ¶ Symoniæ. Et annexa natura ſumunt potentiores. ff. de ſta. ho m. queritur, cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Super ſubiectione ſpirituali tranſigere non poteſt, vide nume. 3. & an ſuper temporali, nu. 4.*
2 *Matrix eccleſia quę dicatur.*
Eatenus, quid ſignificet, ibid.
3 *Remittere, idem quod dare, & in quibus, uer. & cum in talibus.*
4 *Reddere, pro ſoluere, vel remittere.*
Dubij ratione quæ teneant, hic quędam recenſentur, eo. num.
5 *Quantitas pecuniæ, non refert, ſit exigua, an multa, ubi ſit inter uentus pecuniæ ueritas.*
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio, nu. 7. & 8.*
Veritas in alterius grauamine non occultanda, neque pallianda, ibidem.

CAP. X.

1 Reterea quarto. Caſus. Super †ſpirituali ſu biectione tranſigere non licet. Cõmunis di uiſio. ſecunda ibi, reſpondemus. [*Quarto*] vi de quod no. de offi. dele. prudentiam, in gl. [*Matrici*] for-

2 te † monachali, vel baptiſmali, vel carhedrali. [b] de verbo.
b ſig. venerabili, & ĵ. hic deciditur, quod & qualiter ma trix eccleſia ſubiectionem illius perebat cellæ, ſecundũ Hoſti. [*Eatenus*] i. tali tenore, Inno. [*Cenſum*] Dixit hic In-
3 no. ꝙ quamuis non ſit veriſimile, ꝙ cella recipiat † cenſum ab eccleſia matrici, ſi tamen matrix ſoluebat vere rem cenſum huic cellæ, cum vetus cenſus ſit ius ſpiri tuale, poſſet cella illũ remittere, vt eximeretur. ſed Hoſti. dixit ſe nõ videre quomodo hæc ſol. ſtare poſſit, cum ſubiectio ſit ſpiritualis, cenſus temporalis, & cum in tali bus ſit idem remittere, quod dare, ĵ. de ſimo. querelam, niſi forte ex ſuperioris ordinatione ſine partium conuentione matrix cellam eximeret, & cella cenſum re-
4 mitteret. ĵ. de præbẽ. niſi [*Reddendo*] i. † ſoluendo. vel. i. re mittendo, vt dixi [*Eſſent*] fratres ipſius cellæ. [*Quod de ſpirituali*] quid de temporali. videtur ꝙ ibi tranſigi non poſ ſit. C. e. l. interpoſitas. ar. contra. C. e. l. fi. dicunt Gof. & Hoſti. ꝙ non tenet, niſi quando probabiliter dubitatur, an is, de quo agitur, ſeruus ſit. nec enim aliter fit tranſactio, vt no. ſ. e. ſuper eo. Ita ratione dubij tenet iudicium inter patrem & filium. C. de pa. po. l. j. C. ſi aduer. rem iu di. l. ij. ff. de proba. ſi filius. alias ſecus. ff. de iudi. lis nulla. ſic inter ſeruum. ff. de iudic. vix certis. [*Sententia*] ſ. ꝙ ſint
5 ſubiecti eccleſiæ matrici, Inno. [*Nequiuerit*] nec † erat vis cum idem in vno denario, quod in mille marchis. nec hic pronunciabatur ſuper cenſu ſoluendo, quo caſu ne ceſſaria erat declaratio cẽſus, xj. q. iij. graue, inſti. de acti. §. curare. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. & per totũ. Hõ-
6 ſti. ¶ Glo. ij. † contrarium ſoluit. ¶ Glo. iij. reſpondet per queſtionem, an poſſet matrix eccleſia cellam eximere.
7 ¶ † In gl. pe. [*ibi, Voluit. §. ꝙ ait*] vide de fide inſtru. contingit, in iij. glo. ¶ In glo. ij. [*ibi, hoc fecerunt*] quod dic vt
c ibi, & plenius ĵ. de reg. iur. exceptionem, lib. vj. [*& in fi.*] [c] hæc doctrina non eſt ſecundum euangelium, ſecundũ qđ in grauamine alterius veritas occultãda, vel pallian da non eſt. xxij. q. ij. primum. Hoſti.

ADDITIONES.

a ¶ Cathedrali. Vide in cle. j. de ſen. excom. in glo. j. maiorem, & ibi doc.
b ¶ L. fi. Ibi vide per Cy. & Bar. & doc. & Saly. & ibi quid de cauſa mona chationis, & de aſcrip. & vide in l. interpoſitas, ſ. alle.
c ¶ In fi. Iſta glo. videtur probare opi. Bar. in l. vtique, ff. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſuper matrimonio non poteſt interuenire.*
Diuiſio decretalis, ibid.
2 *Suppletio contextus.*
Componendi partes ſuas in quibus poſſit interponere legatus, ibi. & num. 3. & 4.
Scueritati detrahere in quibus, ibid.
3 *Legatus in quibus poſſit caſibus diſpenſare, & nu. 4.*
Imperij Conſtantinopo. ſtatus quis Honorij iij, tempore, ibid.
5 *Æquitas quid, & aliquando eſt iuri contraria, & utri tunc ſtan dum, uel utrum preferendum, nu. 9.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
Iure deficiente æquitatem, ſeu conſuetudinem inſpicimus, vide nu me. 8. §. pen.
8 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XI.

1 Exparte. Caſus. Super † matrimonio non poteſt interuenire trã ſactio. Et primo hortatur legatum vt com ponat etiam in caſibus expreſſis a iure, ab hoc excipit ibi, Exceptis, & exceptionem exemplificat, ibi, Vtpote. in fi. dicit quid de caſibus non expreſſis ibi,
2 In his [*Poteris*] & † debebis. [*Componendum,*] [a] inter latinos,
a & in Romania habitãtes, vel inter Græcos, & latinos, In nocẽ. [*Interponere*] puta in decimis, quas vnus epiſcopus tenet in alterius patrochia, ſecundum Pe. & Abb. [*Seueri tati*] vt in ordinatis a non ſuis epiſcopis, vel ſuttiue, Pe. & Abb. [*Detrahere*] in pœnis & pœnitentiis imponendis, vel diſpenſando cum illis, ſecundum Inno. ad primum alle. Hoſti. de pę. di. j. pœnæ. ff. de pœnis. l. interpretatione, & l. ſi præſes, & ĵ. e. c. in fi. ad ſecundum. ĵ. de pę. Deus
3 qui. eſt ſciendum, ꝙ † hæc decre. alle. pro & contra poteſtatem legatorum in diſpenſando, & merito, quia vtrũque probatur hic, quia in certis caſibus diſpenſat, in certis non. veritas habet, legatos de latere diſpenſare, vbicunque diſpenſant epiſcopi, & aliquibus caſibus vltra
b illos, hoc vide in ſpe. de legato. §. conſequenter, [b] in prin. [*Statu imperij*] vt pacificetur, & ad veram obediẽtiã trahatur, ꝙ ſi excandeſceres, forſan ſæuirent etiam in te-
4 ipſum, [*Caſibus*] puta † criminibus publicis, in quibus, qualitercunque propoſita ſint. prælatus illa debet diſcutere, & vlciſci, de col. c. j. & ſine delectu perſonarum. ff. de off. preſid. l. iij. & l. congruit, niſi forſan ratio ſuadeat diſpenſari, quia quandoque vtilis & neceſſaria eſt di-
c ſpenſatio. l. diſt. vt conſtitueretur, [c] & c. domino ſancto. in illis vero caſibus, vel criminalibus, in quibus diſpenſatio non habet locum, non oportet iudicem laborare ad componendum, vt in illo, qui tenet ſuperinductã, de ſpon. c. j. vel in monacho, qui habet propriũ, de ſta. mo. cũ ad mona. in fi. & breuiter quantũ ad cõmittendum mortale, vel remanendum in illo, nec diſpẽſatio, nec compoſitio locum habet in his, quæ pendent a iure naturali. i. diuino, & euangeliis contento, de vſuris, ſuper eo, de conſue. c. fi. in his vero, quæ pendent ex iure poſitiuo præceptorio, cuius tranſgreſſio eſt mortale, vt no. ſecundum Hoſti. ſ. ti. ij. c. i. alius quam papa diſpenſa
d re[d] non poteſt, vt tranſgredi liceat, vt ibi no. & ſ. de bigamis, a nobis, de conſan. non debet, per quod c. tenet hic Inno. ꝙ in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis lega ti non diſpenſent ſine papæ licentia, inferioribus autẽ non licet diſpenſare in referuatis, vt ſ. de offi. lega. ꝙ trã ſla. vel. ꝓhibitis, de iudi. at ſi clerici. an vero in ciuilibus, & criminalibus liceat partibus componere, vel tranſige re, no. hic Hoſti. remittẽs ad ſummam, eo. ti. §. ſuper qui
e bus, [e] & de hoc. ĵ. de collu. c. j. [*Diſpenſationis*] ſicut eſt cri men incorrecti, vel impœnitentis. xxiiij. qõ. ij. legatur. Pe. & Abb. [*Non licebit*] i. non licet circa hoc diſpenſare, Inno. [*Expreſſum*]. ſ. ꝙ non poſſit componi, vel diſpenſari, ſecundum Inno. vel quæritur de pœna non expreſſa in iure, quę committitur arbitrio boni iudicis, de offi. dele. de cauſis, ſecundum Hoſti. [*Procedas*] componendo, vel diſpenſando, vel pœnam infligendo, & mitigando, & omnibus aliis, quæ occurrerẽt, abſoluendo. vel cõ
5 ponendo, Inno, & Hoſtien. [*æquitate*] æquitas † eſt iuſticia dulcore miſericordiæ temperata, ſecundum beatũ Cyprianum, Hoſt. & vide in ſumma, de pœni. ſub rubri ca de diſpenſatione, §. i. & de iudi. §. iij. in fi. & in ſpec. de
6 legato. §. diſpenſatio, ver. æquitas. ¶ Gl. j. † ponit caſum. ¶ [*Glo. ſic patet*] rationem reddit, & dat ſimile, obiicit, & ſoluit. ¶ Glo. antep. arguit a contrario, ſignat contrariũ, ſoluit, & dat textui duo ſimilia. ¶ Vltima glo. proſequitur quatuor in pœnis conſideranda. ¶ In † glo. antepe.
7 [*ibi, placuit*] ſequitur, in omnibus rebus eſſe præcipuam iuſticiæ & æquitatis, quam ſtricti iuris rationem [*& ibi, §. Item varijs. in fi.*] vide de app. qua fronte, ſuper glo. quia propter. [*& ibi, Non poſſunt*] vide in c. inter cæteras, ſuper vlti. gl. ¶ In glo. pe. [*ibi, Arrianus*] vide in c. ex literis, ſuper gl. ſic. ĵ. [*& ibi, reſpiciendum*] vide de accu. cum oporteat, ſuper fi. vlt. gl. ¶ In vlti. glo. [*ibi, verum*] vide in prælle. c.
8 cum dilecti, ſuper gl. caſſa. ¶ In † gl. j. [*ibi, dimittebant*] ſup. vel permutabant. ¶ In gl. ij. [*ibi, ad iudicium venire.*] & ſic per partium concordiam remanebunt crimina impu
f nita. ſolue, vt no. xc. di. c. j. [*& ibi, Studendum.*] dic vt ibi. [f] ¶ *In glo. iij. in fi.*] & qui nimis emungit &c. de renun. niſi cum pridem. §. propter. in fi. ¶ In glo. iiij. [*ibi. ſane*] vbi de hoc. ¶ In glo. ſic patet, [*ibi, legitime contracta*] carnali copula conſummata, quod dic vt no. ĵ. de conuer. coniu. ex
g publico, in vlti. glo. [g] ¶ In glo. quam ſuper [*ibi, æquitati*]
9 ſunt enim interdum cõtraria † ius & æquitas, quod dic vt plene no. j. di. ius generale, in j. glo. & de materia glo. xlv. diſt. diſciplina, in prin. [*& ibi, ſcripta*] pone exemplũ, de rerum permu. c. vno, lib. vj. & per clemen. de app. quã uis, in prin. Pe. & Abb. ponunt per decre. conſuluit. de

offi.

offi.dele.ſed parum valet illud exemplum,quia de arbi
trariis loquitur.[*& ibi, Præferri*] quando occurrunt con
traria ius,& æquitas, diſtinguunt quidam aut vtrunq;
eſt ſcriptum,aut alterum tantum,aut neutrum,vltimo
caſu cum neutrum eſt ſcriptum, i.nec rigor, nec æqui-
tas,dicũt ſtandũ æquitati.ad hoc iſte finis. ſufficit enim
naturalis æquitas. ff.de excu.tu.ſcire. §.ſufficit,ad hoc p̃
alle l.placuit, ſecundo caſu, quando alterum ſolum eſt
ſcriptum,dicũt præferendum illud, quod ſcriptum eſt,
h arg.C.de legib.[b] l.j.de nego.geſt.l.ſi. & l.proſpexit,ff. qui
& a quibus. primo caſu, quando vtrunque ſcriptum
eſt,ſubdiſtingunt,aut vnum habet ſe ad aliud vt ſpecies
ad genus,& tunc ſpeciale derogat generali,de reg.iur.ge
neri,li.vi. ff.eo.in toto, aut ſe habent vt duæ ſpecies, vel
vt duo genera,hoc caſu dicit Dy.de reg.iur.c.ij.li.vj.q̃ p̃
fertur æquitas per l. placuit. aliqui contradicentes. l.il-
lam loqui in æquitate ſcripta, & rigore nõ ſcripto,qua
re dicunt eo caſu præferri vltimum,de conſti. c.j.lib.vj.
i ff.de legi. non eſt nouum. [i] ¶ *In glo.pe.in ſi.*] adde quod
no.de iureiuran.cum quidam,in j.glo.

ADDITIONES.

a ¶Componendum. Vide quod ſcripſi in c.j.de depoſi.& in Spe.de pre-
pa.iudi.in prin.an & quando iudex debeat ſe intromittere, vt partes ve
niant ad concor.Archi.
b ¶Conſequenter. Lógiſsima eſt materiaquam ibi pleniſsime videas,& ibi per Io.An.in addi.
c ¶Conſtitueretur. Vide per Inno. j̃.de ſymo.per tuas.lo j.& Io.An. j̃.de iudi,at ſi clerici.§.de adul. & de conſtitu.c.j.l.quid ergo. §.poena gra-
uior,ff.de his,qui no.infa.
d ¶Diſpenſare. Niſi in caſibus a iure permiſsis,vt no.in §.de adul.in c.at ſi clerici.de iudi.
e ¶Super quibus. Et vide plenius in l.tranſigere, C.de tranſac.per Bar, Bal.& Saly. qui illam repetit.
f ¶Dic vt ibi. Et an poſsint partes ad pacem cogi, & ad concordiam,vi
de in l.æquiſsimum,ff.de vſufru.& per Bar.in l.congruit,ff.de offi.pre
ſi.& in l.cum affirmes,C.de lib.cauſa,per Bal.
g ¶Vlti.glo.Vide Io.An.in c. actus liti. de reg.iu. li.vj.in mercu.& vide ad materiam c.iſtius circa matrimo. quod no. Barto.& Bal.in l. ſi. C. de tranſac.& ibi etiam Saly.
h ¶De legibus. Ibi vide Bar.Cy.& doc.& per moder.in Cle.ij.de app.& in l.placuit,de iudi.per Bal.& Saly.& probat illa Cle.ij.q̃ equitas,licet nõ ſit ſcripta,præfertur rigori ſcripto, dummodo equitas ſit conſuetu
dine approbata,& idem probat l.exigendi,C. de procur. licet ibi nõ de conſuetudine dicatur,& vide ibi Saly.& in l.placuit,præallega.
i ¶Nouu.mſcias, q̃ lex penalis dicitur æqua, quia publice intereſt &c, j̃.de ſen,excom. vt famę, & ideo extenditur ad ſimile, vide glo.in l.ſi qs ſeruo,& ibi Bal.& Sal. C.de furtis,& l.ita vulneratus.ff.ad.l.Aq.

¶ De poſtulando, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Rubricæ,ſiue tituli.*
Iudicij præparatoria quæ ſint,ibid.uer.eum hæc ſint.
2 *Poſtulare quid ſit,& de poſtulando vbi alibi tractetur,ibidem,& nu.3.4.& 5.*
3 *Pro aduocato dantur inducię.*
Aduocatum non obligat arbitri præceptum,& quo caſu, ibid.
Aduocati confeſſio nocet,niſi reuocet,ibid.
4 *Aduocare ſiue patrocinari qui nequeant.*
Aduocati qui fiant infames,& a patrocinando repellantur, ibid.
5 *De aduocatorum ſalariis ſubditi ſuffraganeorum non conueniuntur coram metropolitano.*
Aduocatus in cauſa principali nequit eſſe teſtis in cauſa appellationis,ibid.

1 ¶Si vocati†ad iudicia nec paciſcuntur,nec tranſigunt,
ſed litigare volunt,ſolent ſibi quærere aduocatos,& pro
curatores,Ideo poſt rubricas illas ponuntur iſtæ duæ ſe
quentes ante rubricam,de iudi.cum hæc ſint iudiciorũ
præparatoria. Et primo de officio digniori, & quid ſit
2 †poſtulare dicitur.ff.e.l.j,& iij.q.v,§.verũ, & no.j̃.c.ſi.ha
betur materia in prædicto §. verum, & xiiij.qõ,v,deni-
que,& xv.q.ij,c.vno,& de pœ.diſt.j,nemo. rubricæ con-
uenit,de offi.iudi.c.j.de tranſac, ex literis, de iudi.paſto-
3 ralis.Item†dantur inducię pro aduocato,vt lite non cõ
te.c.j. punitur, qui ſubtrahit copiam aduocati, de teſti.
cog. peruenit. j. præceptum factum per arbitratorem
aduocato eum non obligat contra iuramentum prius
a ſe licite factum, de iureiur.veniens. cõfeſſio aduocati
nocet, ſi non reuocatur, de app.cum cauſam, de cenſi.
4 olim.prohibiti audire † leges, ſi contrafaciunt, in nul
la cauſa patrocinari poſſunt, ne cleri. vel mona. non
magno,& c.ſuper ſpecula. Item aduocati fiunt infames
& ab officio illo ſuſpenſi in caſu decre.de hær.ſi aduer-
ſus.Item a patrocinãdo repelluntur in caſu decre. eo.ti.
excommunicamus,§. credentes, & li.vj.de elec.funda-
menta,ver.iudices.de pęnis,felicis.§.ſi quis, de ſen. ex.de
5 cernimus. Item pro ſalariis †aduocatorum ſubditi ſuf-
fraganeorum nõ conueniũtur coram metropolitano,
de ſo.compe.Romana.§.ij.Item aduocatus in principa
li non poteſt eſſe teſtis etiam in cauſa app. de teſti.c. vl-
ti.lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulare non debet clericus in ſacris, vel minoribus beneficiatus in foro ſeculari,niſi in caſibus,& quibus, ibid. & nu.3.4.5.6. 7.8.& 11.& quando cogi poſſint,nu.7. in foro tamen eccleſiaſtico poſſunt,nu.2.& an & quando gratis,eod.nu.2.etiam ſim pliciter tonſuratus,eod.nu.2.*
2 *Ordinibus minoribus continetur etiam tonſura ſimplex.*
Aduocatus,uel medicus poteſt de ſalario certo conuenire, & quo tempore,& quibus caſibus, & quatenus,& quando noua conuentio non ualeat.
3 *Salaria quando ſolui debeant aduocato, remittit aliò.*
Laicus quandoque ſe poteſt immiſcere negociis eccleſiaſticis, & quibus,eod.nu.& nu.4.& 5.
4 *Clericum fideiubere pro laico prohibetur.*
Eccleſiaſticum negotium quod dicatur,eod.nume.uer. dicitur ergo. & num.5.
In feudalibus dominus feudi cognoſcit,ibid.uer.in realibus autem.
6 *Auaritiæ cauſa fieri præſumitur, ſi clericus poſtulet in negocijs omnino ſecularibus,ad dictio.non præſumant.*
7 *Procuratorem quis etiam clericus conſtituere non cogitur in propria cauſa.*
8 *Per,forte,aduerbium,philoſophicum ſit temperamentum.*
Miſerabiles perſonæ quæ ſunt dicendæ,eod.nu.uer.quaſi in his.
9 *Epilogus,& additio gloſſarum, nu.10.*
Aduocatus debet maternis loqui verbis.
11 *Clericus ne poſsit accuſatum quemlibet defendere, an ſaltem fratrem.*

CAP. PRIMVM.

1
Lerici. Caſus. Clericus † in ſa-
cris, vel minoribus be-
neficiatus in foro ſeculari poſtulare
nõ debet,niſi pro ſe,vel ſua eccleſia,
vel miſerabili perſona. Et pars pri-
ma prohibitionem ponit, a qua ſe-
cunda pars excipit ibi, niſi. [*Minori-*
2 *bus*] citra † ſubdiaconatum, etiam ſimplices tonſura-
ti.xxiij.diſtinct.a ſubdiacono.ſupra titu.j.ex literis. [*Co-
ram ſeculari*]ergo coram eccleſiaſtico poſſunt vtriq;,ni
hil tamen quærent pro ſalario, ſed ſponte oblatum re-
cipient,ſecundum Inno.alleg. Hoſti.de ſymo. dilectus,
in ſi. conſtituti vero in minoribus non beneficiati poſ
ſunt ſalarium exigere, quia adhuc non ſunt ligati eccle
ſię,& poſſunt nauigare,& vxores ducere,de cleri.coniu.
c.j.de eccle.cum ex eo,li.vj.de hoc.xv.q.ij. c.vno.& qui-
dam dicunt illi c.hodie contraria conſuetudine deroga
tum. Alij quod in ſpiritualibus non poſſunt exigere,in
aliis ſic. Et dicit Abb.q̃ hoc ſeruat magiſter Pe.alij intel
ligũt illud c.in regularibus, vt in §.ibi ſeq.[*Aduocati*]no
3 tandum † eſt, q̃ ſi aduocatus, vel medicus a principio
conueniat cum aliquo in tota cauſa,vel tota infirmita
te ſeruire pro certo ſalario, ex tunc ſi faciat aliquam cõ
a uentionem,q̃ plus detur,non valet.Si vero ab initio de
tota lite,vel infirmitate non conuenerit, licet pro ſerui-
tio,vel conſilio vnius dici aliquid receperit, nihilomi-
nus

nus pẽ.lite,vel infirmitate paciſci poteſt de pluri.C.e.q̃ſ-
quis.§. prę. ff.de var.& extraordi. cog. l.j.§.ſi cui. & hoc
verum, niſi percipiat ſalarium de publico, tunc non li-
cet a litigante, vel infirmo aliquid ex pacto recipere,&
ſic intellige. C.e. prouidendum. C.de profeſ. & medi.l.
antepe. li. x. talis tamen aduocatus a non litigante, &
medicus a ſano poſſunt percipere ſalaria,quia pro tali
bus nõ datur publicum ſalarium, ſi qui tamen talium
b plus debito exigant, ad formam [b] iuris eſt recurrendũ,
per prædictum §.ſi cui,ſecundum Inno. & Hoſt. qui re-
3 mittit ad ſummam huius ti. §. qui poſtulare. qũ† autẽ
talia ſalaria ſolui debeant,dicam. j. de loca. propter, in
c vlt.gl.ver. Item videtur. [c] [*Secularibus*] ergo pro eccleſia-
ſticis bene licet talibus poſtulare etiam coram ſeculari,
Inno. Dicit Hoſti.q̃ cum ſecularis de eccleſiaſticis non
habeat ſe intromittere,ſuppleri poſſet,maxime.fatetur
demum, q̃ quandocunque ſe intromittit laicus de ec-
cleſiaſticis ad requiſitionem eccleſiæ,de offi.ordi.c. j.vel
quia clericus conqueritur de laico ſequendo ipſius fo-
d rum,[d] de foro compe. cum ſit.quo caſu procedet dictũ
4 Inno.&c.ſimilis† prohibitio ſecundum Hoſtien. ne cle
ricus fideiubeat pro laico.xj.q.j.te quidem. quod poteſt
pro clerico.C.de epi.& cle.omnes.§. in hac,& de hoc de
fideiuſ.c.j.ij.& iij.dicitur ergo negotium, ſm cũ,eccleſia
ſticũ rõne delicti,de quo agitur,de quo non intromittit
ſe ſecularis niſi ad requiſitionem eccleſiæ.Item ratione
perſonæ agentis tantum in ciuilibus,& perſonalibus,&
tunc omnino de rigore iuris, ſalua conſue.Romanæ ec
cleſiæ, vel alterius audit hoc ſecularis iudex, ſi id quod
a reo laico petitur, ſit ciuile, ad hoc.xj.q.j.ex his omni-
bus,& de teſta.cũ eſſes, & c.relatum, & de ordi.cog. tuã.
in realibus autem, & feudalibus cognoſcit dominus
feudi.j̃.de iudi.cæterum.in non feudalib[9] actor ſequitur
forum rei j̃.de ſo.compe.cum ſit.vel dominus tempo-
ralis, ſub cuius iuriſdictione conſiſtunt,cognoſcit, ma-
xime vbi hoc habet conſuetudo. C. vbi in rem actio. l.
5 ſi.viij.di.quo iure,excepto† manſo,vel dote eccleſiæ,quę
e omnia cenſentur eccleſiaſtica.j̃.de cenſi.c.j. Idem vide-
tur.ſi clericus,motus eſt ad ti.patrimonij,ad hoc quod
f no.de præben. epiſcopus,& c.tuis [f] dummodo interue-
nerit conſenſus domini temporalis in aſſignando titu-
lo,vel hoc ſciuerit,non contradixerit,ar.liiij.di.ſi ſeruus
ſcienti,& quod no.de ſer.non ordi.c.ii.& iij.alias ei non
præiudicatur,ar.de iure pa.c.pe.& in his omnibus vide
tur, q̃ clericus pro clerico poſſit aduocare coram iudi-
ce ſeculari,nõ ſic pro laico.facit de fideiuſſo.c.j.& quod
6 ibi no.ne clerici,vel mona.ſed nec.quando† vero iudex,
litigantes, & negotia ſunt ſecularia, omnino abſtineat
clericus in ſacris, ne cle.vel mo. c.j.quia opprobriũ eſt,
&c. vt in glo.[*Non præſumant*] pro pecunia cauſa auari-
ciæ,& hoc præſumitur, ſecus ſi fiat cauſa neceſſitatis,vel
7 charitatis,vt ſequitur,Hoſtien.[*Propriam*]in qua† nec q̃
cur.cogitur conſtituere.j̃.ti.j.querelam, & facilius eſt ſi-
bi per ſe agere, quam alium conducere, Hoſti. [*Eccleſiæ
ſuę*]cui non debet deficere,vel alteri clerico,vt §.no.Ho
ſti.[*Miſerabilibus*] vt viduis, pupillis, orphanis, & ſimili-
bus impotentibus,vt ſequitur.lxxxviij.di.c.j.& per totũ.
vide quod dixi §. c. ſignificantibus, in glo.& ſic.in prin.
& vltra medium. quorum patrocinio cogi poſſunt ab
epiſcopo etiam contra ſuam eccleſiam aduocare,ſecũ-
dum Hoſti. qui remittit ad ſummam,e.ti. §.ſi. ſub.§.il-
lud, ver. ſed nunquid poteſt, & ſe. de cautione aliorum
aduocatorum remittit de of.iudi.c.j.[*Forte*] Philoſophi-
cum tẽperamentum, vt j̃.ti.j.ruæ. Et putat Inn. idem de
illis perſonis,quę enumerantur.ff.de poſtu.l.i.§.fi.& v.le
gibus ſe.[*Perſonis*] idem de coniunctis.j̃.c.fi.Hoſti.Pe.&
Abb.[*Non poſſunt*]quaſi in his plus conſideranda oppreſ
8 ſionis potentia, quam denominatio.† vnde nõ omnes
viduę,& orphani miſerabiles ſunt. de hoc de offic. de-
9 leg.ſignificantibus. ¶ Prima † glo. arguit a contrario,
quod approbat diſtinguẽdo inter criminales,& ciuiles
cauſas, conſtitutos in minoribus, in ſacris,& profeſſos.

10 ¶In†glo.j.[*ibi,aduocare*]an debeat maternis verbis loqui
ſic,q̃ aduerſarius intelligat, no.xxviij.q.j.ſic enim,ad fi.
& eſt quæſtio dominicalis, clericus quidam, & in Spe.
de aduocatis.§.nunc de exordiis,in fi.[*& ibi, non debent*]
etiam pro parte rei,de hoc.lj.di.c.j.& in Spec. de aduoc.
11 §.i.ver.in cauſa. Vnde dicebat hic Hoſti. q̃ licet †quidã
dicãt quem libet etiam clericum poſſe defendere accu.
ſatum,arg.xxiij. q.v.reos, de immuni.eccle.inter,tutius
eſt,q̃ abſtineat. quid enim ſi propter in,peritiam ſuam
ſuccumbat acculatus, & mutiletur. Item ſi propter
malitiam, vel cauillationes ſuas abſoluatur, & accuſa-
tor patiatur talionem? planum eſt, q̃ ſit irregularis, &
ideo, quia lingua facile labitur. ff.ad l.Iul. ma.l.famoſi,
ante fi. periculoſum eſt quibuſcunque clericis talibus
intereſſe, licet ſecundum eum talis ſecurus eſſet, ſi non
poſſet ſibi aliquid imputari, de ęta.& quali.ad aures,de
homi.decætero . & c.tua nos,remittens ad no. plenius
per eum,e.ti.ad audientiam.vbi quærens de clerico iu-
riſperito, qui fratrẽ ſuum accuſarum criminaliter ſuo
patrocinio adiuuit,ita,q̃ fuit abſolutus,& accuſatus de
capitatus,an ſit irregularis,arguit q̃ non,dum ipſe non
intenderet ad illius pœnam, ſed iſtius abſolutionem.
nam ſi eccleſia etiam extraneos reos ſanguinis defen-
dit,vt in prædictis iuribus facit. C.de epi.& cleri.l.addi-
g ctos,[g] forti[9] iſte fratrem defendere potuit,ad hoc j̃.c. fi,
de iureiuran.petitio, de preſum.afferte, & c.literas. ff. de
recep.l.ij.& impuret accuſator ſuæ malitiæ & duricię,ſi
talionem paſſus eſt,vt præ.decre.tua nos,de homi.& c.
poſtulaſti, & hoc debuit præſcire poſſe euenire. Irẽ nec
ſemper de facto imponitur pœna talionis accuſati defi
cienti.nam quandoque prece,vel precio remittitur,vel
in pœnam aliam committuntur. ff. de his, qui not. in-
fa.quid ergo.§.pœna grauior,C. eo.& ſi feuerior. ſupra
h titu. j. cap.fin.& de hoc in ſumma. de pœnis,[h] §.fin. in
contrarium, vt clericus in hoc exercet rem ſibi illicitã
& prohibitam,vt hic,& j̃.ne cle.vel mo. ſententiam,&c.
accuſatori prębet proximam cauſam mortis,ergo quic
quid intendat, eſt irregularis. de homi. decætero, eo.ti.
is qui,lib.vj.cum lex promotionis in facto conſiſtat,nõ
i in voluntate,[i] xv.q.j.c.fi. ergo cum ex officij huius exer-
citio ſit ſecutum homi.fateri oportet illum irregularẽ.
l.di.ſi quis viduam,de cleri.pugna. in du.Henricus.nec
ob. q̃ eccleſia defendit reos ſanguinis, quia illud non
facit ſic,q̃ ex defenſione ſequatur ſanguinis effuſio,ſed
receptando,vel precando,de immuni.ec.inter dilectos,
de verbo.ſig.nouimus. nec obſtat coniunctio perſonæ.
j̃.c.fi.quia illud in ciuilibus.nec valet, accuſator ſcire de
buit,hoc euenire poſſe,quia & aduocatus hoc ſcire de-
buit, & ſic eſt pro. nec ob.q̃ quandoque parcitur,quia
k illud ratum.ff.de le.nam[k] ad ea.demum Hoſtien.ibi re
citans opinionem Bar. & contrariam opinionem Hu.
no.in præalle.c.j.lj.diſtin. dicit ſe hanc ſecundam opi
nionem, ſ.q̃ non poſſit eſſe etiam pro reo, ſecutum in
ſumma,de obli.ad ratioci.§.quid ſi quis obligatus, ver.
quid de curialibus,& hoc ti.§. quid pertinet,ver.illud ta
men,& de homi.§. qua pœna, ver.illud autem certum
eſt.& facit ſecundum eum, quia etiam in ciuilibus,vbi
non poſſumus vnum iuuare,quin alter lædatur, abſti-
nendum eſt.xxiiij.q.v.denique,fortius in criminali, ſed
hæc vera ſecundum eum, quando ex aduocatione, vel
ſententia,vel teſtimonio,vel ſcriptura notarij mors,vel
truncatio eſt ſecuta, quia talia poſt baptiſmum exer-
cens non promouetur.lj.di.c.j.& c.ſi quis poſt acceptũ.
ſicut enim ex facto naſcitur irregularitas, ita ſine facto
non oritur. Si igitur ex facto, vel verbo aduocati mors
ſecuta non eſt,ad quod probandum, & ne fiat irregu-
laris, quatuor dat conſimilia,primum,q̃ quamuis fin-
gat & comminetur ad retrahendum accuſatorem ſe
velle reum defendere, hoc tamen officium non aſſu-
mat per cano.interdictum. quod ſi fecerit,puniri pote-
rit,de maio.& obe.c.ij. tamen per ſolam aſſumptionẽ
officij non efficitur irregularis. ſecundum conſilium,

q̃ ſi

q̃ si nullo modo vult abstinere a patrocinio rei, quibus modis potest, laboret, vt accusator desistat ante inscriptionem, quod potest, de accusatio. licet. tertium, vt cū primū venerit coram iudice protestetur, q̃ ad pœnam accusatoris non intendit, sed solum ad defensionem accusati. Vnde, si datur libellus sine inscriptione, non petat inscribi, posset tamē forsan excipere, se nō teneri respondere tali libello. Item si iudex hoc suppleat ex officio, poterit dicere, q̃ de eo se non intromittat, & sæpe ꝓ suluit protestationē repeti, & nil fieri, vel dici, per quod illi renūcietur, de const. cum M. Ferra. vnde nec accusatoris calumniam arguit, vbi abstinere possit. salua defensione accusati. & hoc obseruans, cum non videatur directe in mortem accusatoris tendere, licet indirecte ad hoc tendat, videtur tutus ab irregularitate, ad hoc, de hom. c. ij. li. vj. vel saltem etiam casus dispensabilis. dicebat ergo, q̃ cum absoluitur reus, quia accusator nil ꝓbauit, vel probauit per falsos testes de hoc coniunctos, videtur potius ex sua calumnia damnari, quam ex facto aduocati ipsius rei. quartum consilium, cum reus absoluitur, quod toto posse laboret aduocatus, rei pœnam sanguinis imponendam accusatori commutari in carcerem, exilium, pecuniariā, vel similem, & si posset a principio sibi super hoc per clientulum & iudicē cauere, bonum esset, & tutus esset, etiā si frangetur cautio, ad hoc, de hom. Petrus, de immu. ecc. inter. sed si ab initio sibi non cauit, vel cauere non potuit, si post sententiam hoc obtineat, satis est, cum ex verbo, vel facto mors secura non sit, ita etiam securus esset, vbi iudex in criminalibus ex officio inquirendo procederet contra infamatum, quem studio suæ aduocationis obtineret absolui, qui tamē alias decapitatus fuisset. hic. n. dici nō potest aduocatum irregularem, & his casibus saluari potest opinio Bal. pro qua facit, quia si armis possum socium defendere, de sen. ex. dilecto, lib. vj. Fortius verbo, facit de app. dilecti. Item quia si pro bono & licito aliquid facimus, absit &c. xxiij. q. v. de occidendis. porro si constat reum culpabilem, & aduocatus suis falsis probationibus, vel allegationibus illum obtinuit absolui, vel alias directe & sine protestatione, vel contra protestationem suam veniendo calumniam accusatoris arguit, propter quod fuit mortuus, hic sit vera opinio Hu. & Io. & irregularis est iste in dubio. dicit Hosti. aduocatum suæ consciētiæ relinquendum, de homicidio, petitio. subiungit, q̃ licet sic magistraliter, & ad studentiū exercitium scripserit, huius tamen dubij absolutionem papæ reseruat, ad quam talia dubia declarare spectat, all. qui fi. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. [*& ibi, cū secundum*] tamen si de facto egeant, & ecclesiasticis bonis sustentari non possunt, licebit eis ex tali officio sibi victum quærere etiam coram seculari. xxj. di. clericus. C. de patri. qui fil. distra. l. j. de obserua. ieiu. consilium. §. vlti. & xv. q. ij. c. j. & hæ loquuntur in non sic agente, Hosti. [*& in fi.*] de hoc. xv. q. j. in summa.

ADDITIONES.

a ¶Si vero. Vide de materia istius glo. iij. q. vij. c. fine lege. §. si quis, & quod ibi scripsi.
b ¶Formam. Et non excedit ipsorum salarium centum marcas, vide in l. j. §. diuus, lo. j. ff. de va. & extraor. co.
c ¶Item videtur. Et per Bar. in l. j. §. diuus. lo. ij. ff. de var. & extraor. co. & Bal. & plenius Saly. in l. vna, C. de suffra.
d ¶Forum. Quo casu coram illo potest prius veniri, vide in c. at si clerici, de iudi. in glo. §. super illa. Io. An.
e ¶Capitulo j. Ibi vide glo. & Io. An. & per ipsum, de fo. compe. verum, in glo. sua mag. ver. dicunt autem quidam.
f ¶Cuius. Et per ibi no. per gl. videtur, q̃ talia bona vti alia ecclesiastica priuilegio gaudeant clericorum, vbi vide.
g ¶Addictos. Vbi vide Bal. qui alleg. vnum notabile dictum Inn. ponentem in c. si quando, de offi. deleg. & vide Bar. in l. iij. ff. de recepta. infra alleg.
h q De pœnis. Et vide D. Bar. de Saly. in l. fi. C. de accu.
i ¶Voluntate. Vide glo. in cle. j. de homi. quæ est glo. penul. & ibi Pau. & doc. & Ioan. An. in c. si vero, in glo. vt clericum, de sen. excom.
K ¶Nam. Pro prima parte facit de sen. ex. c. si vero, ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Monachi & canonici regulares postulare non debent, nisi in casibus. & nu. 7. & quibus inter se differant, nu. 4. alia de his vide numero 8.*
Diuisio decretalis, ibid. nu. 1.
2 *Forenses pro secularibus, ibid.*
Susceptores pro aduocatis, ibid.
Executores etiam pro procuratoribus. ibid.
Religiosus an possit fieri delegatus, ibid. uer. per quod.
3 *Vtilitas qualiter intelligatur, ob quam possunt memorati, nu. 1. postulare.*
5 *Epilogus, & Suffragium glossarum.*
Prohibitam rem a duce qui facit, etiam si rem benegesserit, capite punitur.
Venditionis nomen etiam ad alias alienationes extenditur. §. ij.
6 *Additio glossarum.*
8 *Regulares non habent cognatos, habentur etiam pro mortuis, pro eis succedit monasterium.*
9 *Rupti, verbum, ad quæ extendatur.*

CAP. II.

a t Exparte. Casus. Monachi, a †& regula
t res canonici postulare non debent, nisi pro vtilitate mona. & tūc de precepto prælati. Cōs diuisio. scda ibi, vnde. &
erat olim hæc decre. sub ti. ne cleri. vel mo. [*Forenſibus*] i.
2 † seculares. [*Eis*] regularibus canonicis [*Susceptores*] i. aduocati, Inno. [*Executores*] i. procuratores, Inno. vel secundum Hosti. generaliter intelliguntur hæc verba, sicut generaliter sunt prolata, per quod vī expressum, q̃ religiosus nō possit fieri delegatus, de quo remittit Hos. ad summam, de offi. delega. §. cui possit, ver. sed nunqd
b religioso, & de quo[b] de priuil. cū olim, ij. post prin. [*Vtilitas*]
3 propter † causam, in qua postulat, non propter lucrum, quod ex postulatione consequi posset, etiam si
c monasterium debitis grauatum sit, secundum dominum meum, qui sic disputauit, vt dicam in Mercu. super regula, in argumentum, de reg. iur. li. vj. [*Ipſi*] regulares canonici [*Insolentiam.*] idem verbum de sup. ne. præla. c. ij. [*Capitulum*] xvj. q. j. monachi [*Ad ſupradicta*] in esu
4 † carnium, habitu, & multis aliis differunt, & laxiori re-
5 gulæ seruiunt, vt in fi. vlti. glo. ¶ Vlti. glo. † dat v. similia. ¶ In glo. ij. [*ibi. §. in Libello*] sequitur, qui rem prohibitam a duce facit, vel mandata non seruat, capite punitur, et si rem bene gesserit. ¶ In gl. vlt. [*ibi, §. venditionis*] loquit in creditore qui permisit debitorē pignus vendere. ¶ In
6 † glo. j. [*ibi, de præsentium*] ibi no. Io. Lau. & Vin. in c. non magno. la. & Phi. ipso ti. ne clerici, vel mona. c. fi. Pe. &
7 Abb. s. c. proxi. q̃ † pro miserabilibus, & pauperibus postu[l]are possunt, quod Guil. intelligit de abbatis imperio, vt no. in Spec. de aduocatis. §. j. in prin. ¶ In gl. ij. [*ibi, priuatorum*]
8 regulares † enim cognatos non habent. ipsorum enim cognatio est in cælis, vt dicitur in nouellis. habentur etiam pro mortuis. C. de epi & cle. Deo nobis. ij. q. vij. placuit. nam in aīa & corpore translati videntur, in auth. hæc constitutio, quæ innou. constitutio. in prin. col. vj. vbi cum de succe. tractatur, habet cognatos, quibus ex ipsius persona succedit monasterium, d vt
d in præalle. l. Deo nobis. §. hoc etiam cognitum, Goff. vi de quod dicam de re iudi. cum I. & A. in prin. ¶ In glo. ibi, super spec. quod dic, vt e. ti. c. j. li. vj. sic & ex tertio ca-
9 pite. l. Aquil. verbum, Rupti, † extēditur ad scissum, collisum, effusum, vel aliquo modo peremptum, vel deterc rioratū. Insti. ad Aquil. §. item in omnibus. e se cundum Inno. [*& in fi.*] secundum Io. & adde quod no. de transla. inter, in glo. quod dictum.

ADDITIONES.

a ¶Monachi. Sic ergo no. q̃ isti religiosi prohibentur certare verbis. sed contra, quia non prohibentur certare factis, s. animo & corpore, vt sunt templarij, & similes, ergo multo magis verbis. sol. istud verbis certare, propter aliquod humanum prohibetur, vt hic, sed pro pauperibus, & miserabilibus personis, & sic pro actu pio non prohibetur, vt hic no. in prima glo. sicut nec certare corpore pro actu pietatis, de quo Ioan. And. in c. sane, ver. est aduertendum, in fi. j. de regula. tunc enim

enim pro qualitatis opere exercentur. Archid.
b ¶ De hoc. Et in Spe. ti. j. §. excipi potest, ver. nisquid, & per mod. in cle. ij. de resci. & ibi quid an possit esse nouicius.
c ¶ Grauatum. Et tali iucro aduocationis velit a debitis subleuari, vt ibi no. in q. j. allegata.
d ¶ Monasterium. Vide de hoc plene de proba. in præsentia, in tex. & super glo. & Bal. in d. l. Deo nobis.
e ¶ Omnibus. Vide Bar. plenius in l. cum testamento, ff. so. ma. & gl. in c. j. de tempo. ordi. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotis nomen quos hic comprehendat.*
Episcopus coram seculari iudice nullo modo debet aduocare, nisi in casu, & quomodo, ibid. uer. fortius episcopum.
Habet optionem, an sit in iudicio in ecclesiastico foro per se, vel per alium, ibid. ver. in ecclesiastico.
Sacerdos, & ordines minores habentes, ibidem. & num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 12. & 13.
2 *Nocere nemini quis debet etiam in liberalitate.*
Aduocati quatenus noceant, & per eorum officium vulneratur charitas, ibid. & quam causam defendere non debent, num. 13.
Patroni filius aduocatus contra libertum non perdit bonorum possessionem, ibid.
3 *Miserabiles personas etiam episcopi adiuuare tenentur.*
5 *Postulare contra ecclesiam, a qua, vel in qua consecutus sit beneficium non licet, & quo casu. ibid. & nu. 7. etiam laico, ibid.*
Spoliatur clericus beneficio, & ipso iure. nu. 8.
An si a duobus recepit beneficium vni contra alterum liceat, numero 13.
6 *Contra patriam ne liceat, & si pro patre.*
8 *Spoliare accipitur quandoque in bonam partem, vt hic.*
9 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 10.*
Ingratitudinis causa quis amittit, quod acquisiuit, §. ij. & num. 5. 7. & 13.
11 *Suppletio glossarum.*
12 *Non postulantium triplex ordo, remissiue.*
13 *Bonam fidem agnoscere non prohibentur tutores, uer. nec enim.*

CAP. III.

a Vm sacerdotis. Se summat,
1 & partes patent. aij. ibi, clericus. Dicit autem Host. forte non bene, vt dicam in fi. huius partis, q̃ no-
men † sacerdotis comprehendit hic omnem sacrum ordinem, de coha. cle. c. ij. & minores ordines habentes cum beneficio. s. c. j. fortius episcopum, qui coram secu lari iudice nullo modo debet aduocare. v. q. iij. quia episcopus, & sit ratio, quia reuerentiam, quam facere debet aduocatus. s. stando. C. eo. quisquis, indecens esset per ipsum fieri alicui seculari, qđ intelligit Hosti. nisi sit dominus suus, a quo feudum tenet. tunc enim multoties necessitas ipsum cogit ad illum venire, & res suas repetere, sed tunc ne dignitatem episcopalem confundat, proponat cum humilitate, non stando, sed sedendo, de ma. & obe. solitæ, ver. quod autem. ff. de offi. præti. obseruandū, in fi. in ecclesiastico vero foro optionē habet episcopus, an sit in iudicio per se, vel per alium, de iur. ca
lū. c. fi. remittit demum ad summam, eo. ti. §. quis vero non [*Nocere*] Tullius li. j. de officiis, Videndum est, vt ea
2 liberaliter † vtamur, quæ prosit amicis, & nemini noceat, vt dicit Vinc. nocēt aduocati quo ad credulitatē hominū, vnde per illud officium vulneratur charitas: aliàs tamen de iure non nocent. vnde filius patroni aduocatus contra libertum nō perdit bonorum possessionem. ff. de bonis libertorum, qui cum maior. §. pe. & vl
b ti. secundum[b] Vin. [*Coniunctis*] idem de † aliis, qui haben-
3 tur. ff. e. l. j. & v. legibus se. secundum Inno. [*Miserabilibus*] quas etiam episcopi iuuare tenentur. lxxxvij. dist. c. j. & ij. [*Postulare*] etiam coram ecclesiastico iudice secundum Phi. & Abb. & Inn. qui dicit alios non prohiberi, alias quid adderet quo ad hoc decre. ista, cum omnibus
4 † constitutis in sacris coram seculari sit prohibitum postulare. §. c. j. sed Hosti. dicit postulare coram iudice seculari. j. ne cleri. vel mo. c. ij. ver. placitis, vel etiam corā ecclesiastico ex perceptione salarii, de hoc. §. c. j. satis puto, q̃ aliquid speciale voluit hæc decre. inducere in sacerdote, vt ex ordine prohibeatur a postulando, nisi in his casib⁹, sicut ex solo ordine ꝓhibetur à sciētiis ꝓhibitis. j. ne cle. vel mo. c. fi. & adde qđ dicā. j. ti. j. i nra. & de prēb.
5 ei, cui. lib. vj. [*Clericus*] §. & ij. pars. [*Beneficium*] sup. † gratuitum. nam si non esset gratuitum, sed datur ratione seruitij iam impensi, non posset ista ratione illo priuari. vnde tunc in persona, non in facultatibus distinguitur. xvj. q. vj. illud, secundum Vin. & Abb. & vide in Spe. de aduocatis. §. j. ver. sed nunquid potest. [*Obtinet*] nunquid † idem in patria, vt. s. quis non possit contra patriā postulare. & quid si pater cum ea litem habet. vide in
c Spec. de aduocatis, §. j. ver. sed secundum hoc, c & se. [*Pro*
7 † *extraneis*] maxime secundum Vin. sed hoc non placet Aegy. & de hoc plene vide in Spec. de aduocatis. §. j. ver. sed nunquid clericus. Vnde dicit Hosti. ꝓ hāc pœnā nō incurrit postulans contra ecclesiam pro cōiunctis personis stricte sumptis, vel pro miserabilibus, si necessitas imminet, ad hoc. §. j. respon. & §. c. j. j. de iureiur. petitio, de procu. de teste. vide quod no. j. de testi. veniens. ij. in fi. vlti. glo. [*Maxime*] intendit hæc comparatiua, q̃ satis est eum beneficiatum ab ecclesia, licet non sit ipsius clericus. vnde etiam si talis sit laicus, locus sit huic pœnæ, & priuabitur beneficio secundum Inno. Vnde dicunt Petr. & Abb. aliquos beneficiatos ab ecclesia & sunt de ecclesia, aliquos ab ecclesia tantum, qui non sunt de ecclesia, quod ponit etiam Guil. in Specula. de aduoca-
8 tis. §. primo. in fi. col. [*Spoliari*] in bona † parte. concor. vide de hoc de resti. spo. conquerente. Et dicit Hosti. q̃ vti tur hoc verbo, quasi propter ingratitudinem sit de iure
d priuatus, d & de facto subtrahatur. ¶ Glo. j. † dicit vnde
9 sumptum, & arguit inducens multa similia. ¶ Glo. iij. di cit, quid sit postulare. ¶ Vlti. gl. textum fortificat per similia, & quæstionem interserit, quam soluit. ¶ In † glo,
10 j. [*ibi, nam hoc natura*] vide de priuil. patentibus, super vlti. glo. [*& ibi, fancimus*] vide in c. quæsiuit, super vlti. glo. ¶ In glo. ij. [*ibi, sed hæc*] vide de rescrip. ex parte decani, in glo. antepe. ¶ In glo. vlti. [*ibi, quæsitum*] libertus tutor patronā suam pupilli nomine vocat in ius sine permissu prætoris, & in l. j. reuocatur propter ingratitudinem donatio facta in libertum, [*& ibi, V ult*] ponit casum præalle. decre. propter, & in §. mater. vide in c. propter. in fi.
11 j. glo. [*& ibi §. allud.*] vide in c. propter, in fi. j. glo. [*& ibi, §. causas*] vide de iureiur. Quintauallis, in gl. ij. ¶ In † glo. j. [*ibi, denique*] & ibi hæc glo. [*& ibi, nam hæc natura*] & j. de reg. iur. locupletari, li. vj. ¶ In glo. ij. [*ibi, & pro quibus*] ibi,
12 ponitur generaliter triplex † ordo non postulantium qui habetur. ff. eodem titu. l. j. de triplici vero ordine clericorum non postulantium. vide in Spec. de aduocatis. §. j. ver. item q̃ si clericus. [*& ibi, eiusdem ecclesiæ*] argum. §. de offi. dele. cum R. & forte idem secundum Hostien.
ne tenet obſtagia. idem videtur. vnde dicit lex de tali, ꝙ
ſi dum ita detinetur, deceptus, vel læſus ſit, reſtituitur,
& aduerſus eum competit reſtitutio, ac ſi dicat, ꝙ nec
c agere poteſt, nec ſe defendere [c] quod dicit Hoſt. intelligi
in graui cauſa, & quando abeſt à loco, in quo litigandū
eſt, ar. ℣. e. querelam. vel quantum ad lites, quas habet cū
illis, quib⁹ eſt ratione obſtagij obligatus, ar. ff. quod met.
7 cauſa. l. fi. §. ſi ſenerator. [*Et in fi.*] forte† mater erat tutrix,
quod eſſe poteſt, ſ̄m ea q̄ no. ℣. de app. ex parte. ij. ſed tūc
nō daret procu. niſi poſt lit. a ſe cōte. C. eo. ti. l. nec tuto-
res. an idem de patre in bonis filii, vide in Spe. de proc.
d § ij. ver. & no. [d] ꝙ, & an procurator ab eo datus cōcipiat
libellum in perſona patris, vel filij, vide in Spe. de libel.
concep. §. iam nunc videndū, in fi. ¶ In gl. ij. [*ibi, ei actio*]
hoc non habet locū in procuratore neceſſitate dato in
rem ſuam. ff. eo. ſeruum, in fi. & l. ſe. & vide in Spe. eo. §.
j. ver. itē excipit, quòd licet, & ſequentibus. [*& ibi, iudica-
tum ſolui.*] quantum† ad capitula iſtius clauſulę. ſ. ꝙ pro-
cu. dominum defendet, & dolum non cōmittet, intelli-
gitur ipſe dominus ꝓmittere factū ſuum. ſ. ſe facturum,
& curaturū, nō ſimpliciter alienū, ꝙa tunc non teneret
e ſtipulatio. ff. de ver. obl. ſtipulatio, [e] ℘m Inn. & facit quod
no. ℣. eo. cōſtitutis, & ℣. de ſpon. ex literis, in j. gl. & in Spe.
9 de ſatiſda. §. pe. ver. itē qa. Item† ſcias, quòd procurator ſpe
cialis, vel generalis nō cogitur p̄ciſe defendere dominū
niſi velit, ēt ſi ſatiſdedit de eo defendendo, & de iudi. ſol-
f uen. ff. e. l. mutus. [f] §. vlti. & l. ſe. niſi dominus ꝓ procura-
re p̄ſente & nō ℈dicente ſatiſdediſſet. & hoc, ne fallat fi-
g dē duobus. ſ. dño, & aduerſario. ff. e. filius. §. vlti. [g] & idē, ſi
ꝓ abſente, & ꝓcurator poſtea tacite, vel expreſſe ratū ha
buit. alius caſus, ſi agat, ꝙa tunc defendere cogitur, vt eſt
dictum. Idē ℘m quoſdā, ſi ſuſcipit procurationē litis, q̄
eſt tpe peritura, cogetur litē cōteſtari. ff. e. l. ſed ēt ex his.
10 & l. mutus. §. vlti. poſtq̄ tñ† ſatiſdedit procu. de defenden
do, cōmittitur ſatiſdatio ob rē nō defenſam. ff. e. nō co-
gendū, & tenetur ad intereſſe domino, Inſti. man. §. mā
datum quidē, ſ̄m Inn. qui hoc no. ℣. e. cōſtitutus. de hoc
in Spe. e. ti. §. vt autē. in fi. & de ſatiſda. §. pe. ver. ſed quæri-
11 tur. [*& ibi, contrahere poſſunt.*] & †dato, ꝙ inuito patre filia
cōtraxerit, dummodò dignum eligeret, p̄ eā dotare tē-
netur. ff. de ritu nup. qui liberos. & no. xxxij. q. ij. c. v lti.
xxxvj. q. j. c. vl. [*& in fi.*] ad hoc, de deſpon. impu. c. vno,
ad fi. li. vj. & de iudi. c. vlt. eo. li.

ADDITIONES.

a ¶ Reſpondendum. Imò datus ad agendum, datus intelligitur etiam ad
defendendum, vide in l. ſeruum. §. ait prætor. ff. eo. ti. & ℣. in glo. 2.
b ¶ Diuus. Ibi vide Bar. & in l. qui à latronibus, ff. de teſta. & in l. qui in car
cerem, ff. quod me. ca. & Io. An. de ſpon. cum locū, & de ſecun. nup. c. 2.
c ¶ Defendere. De obſidibus vide in c. ex reſcripto. ℣. de iureiuran.
d ¶ Et no. Ibi vide etiam Io. & per Cy. Bar. Bal. & D. Bar. de Sali. in l. neq;
prælleg. & per gl. & doc. in l. j. C. de bo. ma. & ibi vide proxi. q.
e ¶ Stipulatio. Et in l. quotiens, ff. eo. ti. & ibi vide Bar. & Cy. Bal. & Sali. in
l. j. C. de procur. & vide in c. ſicut, de ſpon.
f ¶ Mutus. Et vide gl. in l. ſed & hę. ſ. prętor. ff. e. vbi eſt bona gl. & ibi Bar.
g ¶ Vltimo. Ibi vide Bar. & plenius. ff. iudi. ſol. in rubri. & in cle. j. eo. tit. per
glo. & Moder.

SVMMARIVM.

1 *Inducię ſi denegentur generali procuratori ad conſulendum domi-
num ex cauſa probabili abſentem, poterit appellari, & quibus
caſibus habere debet ad id eas procurator, nu. 6. & 8.*
2 *Studii cauſa, qui abeſt ex probabili cauſa dicitur abeſſe.
Abſentes qui & quando reſtituantur, remiſſ. ibid.*

*Procuratorem quis impeditus non tenetur in ardua cauſa conſti-
tuere, ibid.*
3 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia tractanda negocia, tra
ctare præſentia & futura poterit, & quibus caſibus.*
4 *Grauamen non reuocatur, niſi prius conſtet de eius ueritate.*
5 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. nu. 6.*
Procurator ad negocia datus, an ſit ad iudicia, ibid. nu. 6. remiſſ.

CAP. XI.

1 DIlectus, Caſus. Si †generali ꝓcuratori de negentur inducię ad con-
ſulendum dñm abſentem ex cā probabili, poterit appellari. Et prima pars narrat gra-
uamen appellantis. ſecunda dat iudicem, ibi, quocirca.
2 [*Studii.*] & ſic †erat abſ̄s ex cā ꝓbabili. & de his abſentibus, qñ reſtituātur, remiſſiones dedi. ℣. de ver. ob. dilecto.
ſup fi. ij. gl. [*Super eadē eccleſia.*] erat ergo ardua cā, ad quā
non tenetur impeditus conſtituere ꝓcuratorē, de quo
3 no. ſ̄. e. querelā. [*Omnia.*] † præſentia, & futura. [*Negocia.*]
& ſic agere, & expediri poterit, exceptis caſibus, q̄ māda
tum exigunt ſpeciale. ℣. e. qui generaliter, in prin. li. vj. [*Si
4 eſt ita.*] ante† reuocationem debet conſtare de veritate
5 grauaminis, de app. non ſolum, li. vj. ¶ Vlt. ſ̄glo. reddit
cām, & docet certas inducias arbitrarias, certas nō. ¶ In
6 † gl. j. [*in fi.*] ſi vellet dicere, ꝙ iudices iſtum ſcholarem ci
taſſent Bononiæ, tunc dic, ꝙ in citatione non expreſſe-
runt articulum, ſup quo citabant. & iō ēt ſpecialis ꝓcu-
rator miſſus ꝓ ſcholarē ad cām has inducias habere de-
a bebat ad dñm conſulendum. [a] ℘m Inn. ¶ In gl. ij. [*ibi, iu-
7 dicia.*] vult† ergo gl. ꝙ iſte fuerit procurator ēt ad iudicia,
ſed idē, ſi fuiſſet tm̄ ad negocia, quod dic vt ℣. e. qui gene-
8 raliter. j. rñ. li. vj. ¶ In gl. vlt. [*ibi, non † poterat.*] maxime ſu-
ꝓ hac ardua cā. ar. ſ̄. c. ij. [*& ibi, principalem.*] qui non fuerat in culpa nō inſtruendo ꝓcuratorē, cum lis tunc nō
fuiſſet mota, nec forſitā cogitata, & vide quod no. ī Spe.
de dila. §. fi. ver. ſed quæro ecce, & quod dicam. ℣. de iura.
calum. in pertractādis, ſup ver. omnino. vnde dicebat In
no. ꝙ ſpeciali ꝓcuratori ad cām iſtā cōſtituto nō daren
tur inducię, de quibus hic dr. p̄ſumitur. n. inſtructus, vel
ſibi imputet, ꝙ nō inſtruxerit. dicebat autē Hoſ. ꝙ qñcū
que aliqd occurrit, ſup quo procu. ꝓ ſe reſpōdere nō po-
teſt, nec poteſt aliqd dño impurari, habebit inducias ad
dominū conſulendū, vt ſe ſic inſtruat, & reſpondeat, ar.
C. e. l. fi. ff. e. ſi actor, de iura. calum. in pertractandis, de te
ſti. p̄ſentiū. li. vj. etenim in facto alieno iuſtè dubitat. ff.
pro ſuo. l. fi. nec ſubire tenetur anceps periuriū. ff. de ī lit.
iur. videamus, in prin. ſed pudori ſuo parcere. ff. e. q̄ om-
nia. ff. man. Quintus Mutius. per quæ putat etiam Hoſt.
ꝙ ſi prælatus conuenitur, & quæritur de his, quæ facta
fuerunt in capitulo, cui ipſe nō interfuit, ꝙ dilationem
obtinere debet ad ipſum capitulum conſulendum, ad
hoc de teſti. veniens, ij. ad fi. [*& in fi.*] de hoc plenius. ℣. de
reg. iū. indultum. in fi. li. vj.

ADDITIO.

a ¶ Conſulendum. Ad hoc, quod no. gl. 2. & ibi Io. An. in c. 2. ℣. de dila. &
an in ciuilibus, vel criminalibus debeat exprimi cauſa ſpecificè, ſuper
qua citatur reus, vide Bar. in l. abſentem, ff. de pę. & in extrauagan. ad re
primendum, ſuper ver. ſuper dicto crimine.

SVMMARIVM.

1 *A iudicio ſi reus recedat, dimiſſo procuratore ſolum ad agendum,
contumax eſt, & condemnatur in expenſis.*
Diuiſio capi. ibid.
2 *Ordinatus a papa ſubdiaconus eſt præ aliis honorandus.*
Procuratoris conſtitutio quæ iuſta. ibid.
3 *Procurator an licite conſtituatur ante libelli receptionem ad pro-
ponendas cauſas recuſationis, uel fori dilatorias, uel alias huius
modi, uide nu. 9. & 11. & quando recuſare poſſit, eiſdem nume.*
4 *Procurator conſtitutus generaliter ad exercenda omnia, quæ die
citationis occurrent, uel erunt facienda, an ſufficiat, & an talis
ſit admittendus, & nu. 5. uide nu. 9. & 11. & 12.*
*Procuratoris mutatio item an & quando ſit admittenda ibid. uer.
ſed quamuis, & nu. 5.*
5 *Eluſionem iudicij refrenare debet iudex, & quibus modis eum poſ
ſit*

ſit deprehendere, & nu. 12.
6 *Termini aſſignatio ſi fiat ad quid certum expediendum, quid iu-
dex adijcere debeat.*
*Reſpondere procurator non tenetur niſi ad ea, ad quæ citatus fuit
dominus, ibid. uer. alioquin. uide nu. 8.*
7 *Procurator ſufficiens quis dicatur.*
8 *Procurator quantumcunque ſit ad certum articulum expediendū
conſtitutus, tenetur tamen & poteſt diem aſſignandam ad alia
expedienda recipere, & ratio. vide nu. 6.*
10 *Recuſatio poteſt ante libelli oblationem proponi.*
11 *Capituli huius intellectus.*
12 *Procurator datus ad certam diem non ſufficit ad illam prorogatam,
ver. & ibi addam.*
*Marcha pecuniaria duplex eſt minor & maior, & quomodo digno
ſcatur, ibid. ad dictio, ſterlingorum.*
13 *Ad expenſas quis condemnatur in libello non petitas.*
14 *Epilogus, & Additio gloſſarum. nu. 15.*
Nomina dari poſſunt in dotem, uendi, donari, & delegari, ibi. n. 15.
*Maritus quo caſu poſſit agere pro uxore cauſa nominum, ibid. uer.
Hoſt. dicit.*
16 *Poteſt eius eſſe procurator & curator ad certum litem, nō autem
generalis.*
Vt coniuncta perſona admittitur cum cautione, ibid. uer. hoc uerū.
Ad augmentum quæ fiunt, non debent operari diminutionem, ibid.
17 *Mandatum defendentis hic an fuerit ſolum ponderandum.*
Sine mandato quis admittitur cum ſatiſdatione, ibid.
*Executio in bonis procuratoris fit, ſi defendit abſque mandato cum
ſatiſdatione, niſi in caſu, & quo, alias in bonis domini, ibid. ver.
reſpondet.*
18 *Dominus contumax condemnatur in expenſis, licet alius ſatiſdet,
item ſi conſtituit procuratorem, qui non uult defendere, & ra-
tio, ibid.*
19 *Procurator dominum defendere quando cogatur, remittit.*

CAP. XII.

1 COnſtitutis. Caſus. Si † reus recedat à iudicio. dimiſſo pro-
curatore ſolum ad agendum, cōtumax eſt, & condemnatur in expenſis. & pars prima
narrat contumaciam, & condemnationem rei. ſecun-
da ibi, Nos autem, condemnationem approbat, & cau-
ſam cōmittit. [*Priore*] qui reus erat [*Laico.*] & actore [*No
2 ſtrum.*] præ aliis † honorandum, de maio. & obe. per tuas.
[*Solummodo.*] dicunt Inn. & Hoſtien. ꝙ iuſtè cōſtituitur
procurator in iudicijs ad recipiendum libellum, ad dila
tionem petendam, ad litem conteſtandam, ad propo-
nendas & probandas cauſas abſentię. ſ̄. e. querelā, de acc.
veniens, ad agendum, & defendendum, vt hic, ad ꝓducendū teſtes. & inſtrumenta, ad appellādū &c. quæ oc-
currunt in iudicio facienda ante litem, vel poſt, de ꝓba.
3 qñ contra. ¶ Sed † quærunt, an ante libelli receptionem
licitè conſtituatur procurator ad proponendas cauſas
recuſationis, vel fori dilatorias, vel alias huiuſmodi, & di
cit Inno. quòd non eſt ſufficiens procurator, niſi prius
dominus libellum receperit, qui in prin. eſt offerendus.
iij. q. iij. offeratur, de libel. obla. c. j. ſed iſte per tale procu-
ratoriū non pōt recipere. ergo nec recuſare, nec excipe-
re poteſt. nec enim cōpetit exceptio niſi ℈ agentē. Sed
principium agendi eſt edere actionē. ff. de edē. l. j. Si ergo
nullus edit, vel offert libellum, nec aliquis cōpareat, qui
recipiendi poteſtatē habeat, reſtat, quòd nō eſt ordina-
tum iudiciū, cum null⁹ actor appareat, nullus reus, nul-
la cauſa edatur, ar. ℣. de ver. ſigni. forus. §. in omni. deficiē
te igitur iudicio, per conſequens in ipſo, quòd non eſt,
exceptio, proponi non poteſt. præterea aut talis ꝓcura-
tor licet dominus meus non teneat cōparere coram te,
quia pars aduerſa, vel tu es excommunicatus, & in hoc
caſu non eſt audiendus, quia ēt ſi hoc dicat, comparere
debet. ℣. de ap. ſi duobus, & c. cum parari. ff. de iudi. ſi quis
ex aliena. aut dicet, non teneor reſpondere in prin. cauſæ & in hoc caſu ēt audiendus non eſt, quia nec in ipſa
procurator eſt, ſed nec aliàs de excommunicatione, ni
ſi forſan excipiendo, proponerē pōt, q̄uis poſſit abſentiā
excuſare. ſ̄. e. querelam. Si vero eſſet procurator conſti-
tutus ad libellum recipiendū, tunc bene poſſet recuſare
& excipere, quia hic apparet, q̄ eſt reus, & ꝓcurator rei,
& procuratoriū ſufficiens eſt quò ad illa, quæ in præſen
a ti occurrunt, q̄uis non ſufficiat ad totam cām ℘m In. [a]
4 ¶ Quid † ergo ſi in prima die aſſignata citato mutat ꝓ
curatorem non ad excipiendum, vel aliquid aliud ſpe-
cialiter expreſſum, ſed generaliter ad exercenda omnia
quæ die illa occurrent, vel fuerint facienda? Videtur ſ̄m
prædicta, ꝙ ſufficiat. nā & talis poteſtatē habet recipien
di libellum, cum & illa die occurrere poſſit, ꝙ offeratur.
ſed q̄uis talia procuratoria frequenter in iudicijs admit-
tātur, cauere tñ debet iudex nc ipſa recipiat indiſtinctè.
alioquin ſecunda die alius ſub eadē forma poterit con-
ſtitui procura. alius in tertia, alius in quarta, & ſic de ſin-
gulis, & ſic per conſequens negocium intricari, quia q̄d
vnus confitebitur, alius negabit, & vbi primus certus eſt
ſecundus, vel tertius dicet ſe ignorare, & acta forſitan
amiſſa eſſe, & alię difficultates poterāt oriri in grauamē
actoris, quibus iudex occurrere debet ex officio. ar. ℣. de
app. vt debitus, & ſ̄. de offi. del. ſuper quæſtionum. §. por
ro, in fi. cum ſuis concor. ſed & debet iudex inconſtantiam reuocare. ff. e. ti. in cauſæ, attamē nec iſtud refrena-
re poteſt, niſi forte videat ſe, vel partem deludi, cum an-
te litem conte. procu. mutari & reuocari valeat ſine cā.
b ff. e. ti. ante [b] lit. ſed in hoc intelligo, niſi in † eluſionē hoc
5 fieri cōtingat, quā iudex refrænare debet, vt patet in eo,
quod legitur & no. ſ̄. de poſtu. prę la. bonę. ij. §. nec noce-
bat. ℣. de ali. iudi. mu. ca. fac. c. j. ℣. de app. ſuggeſtum, quan
ex perſpicuis indiciis comprehendere poteſt. C. de dolo.
dolum. & ex fuga affectata, & cōmutata. ℣. de præſump.
nullus dubitat, cum ſuis concor. ℘m Hoſt. ſed ℘m Inn.
6 prudenter attendat † iudex, ꝙ qñ aſſignat terminum ad
teſtes producendos, vel alium certum articulum expe-
diendum, ſemp adijciat. Et ad facienda omnia alia, quę
occurrunt, alioquin, ſi aliud expedire voluerint, poterit
procurator dicere, dñe, nō veni ad hoc, nec ſup hoc fuit
dñs meus citatus, ſed ad talem articulum expediēdum
tm̄, ad quē ſufficiens ſum, nec de alijs me poſſum intro
mittere, vt patet in eo, quod legitur & no. ſ̄. de offi. dele.
cum olim abbas. §. qa verò. nec pōt dñs meus cenſeri ꝙ
tu max ſup eo, ſup quo citatus non eſt. ff. quæ ſententię ſi
ne app. re. l. j. §. item cum ex edicto. & ideo noua citatio
ne opus eſt, vt patet in eo, quod leg. & no. ſ̄. de maio. &
c obe. inter quatuor. [c] vbi vero citatus eſſet quis ad certum
articulum, & alia, quæ occurrerent, neceſſe eſſet, ꝙ pro-
curator in citatorio reſponderet. alioquin inſufficiens
cenſeretur, ar. in eo, qā legitur & no. ℣. de ordi. cog. cum
dilectus. §. fi. & ſ̄. de offi. del. cum olim abbas. §. qa verò.
7 illud † autem notādum eſt, ꝙ ille ꝓcurator dr̄ omnino
ſufficiens, qui conſtitutus eſt ad litem conte. & ad pera-
genda omnia alia, quę deciſioni negocij neceſſaria vi-
debuntur, quod dic, vt ℣. e. & no. ℣. de dolo & contu. c. fi.
8 j. reſpon. & ℣. eo. ti. qui ad agendum, lib. vj. Sed † & q̄tūcū
que ſit procurator ad expediendum tm̄ certum articu-
lum cōſtitutus, tenetur tñ & poteſt diem aſſignandam
ad alia expedienda recipere, ne circunducatur edictū,
ar. xj. quæſtio. iij. certum eſt, & melius. ff. de iudi. & poſt
edictum, & quia eſt acceſſorium diei, & articuli procu-
ratorij, ar. ff. de re. iur. cum principalis. ff. eo. titu. ad rē
9 mobilem, & l. ad legatum. Alij † dicunt, ꝙ procu. ad exci
piendum tm̄ conſtitutus, & ſi poteſtatem non habet re
cipendi libellum, vel defendēdi, excipere tū poteſt, & ad
mittendus eſt. Nā in hac cauſa reus eſt dñs, q̄uis abſens,
℘m Inno, & hoc credit Hoſt. verius, dummodo rationa
10 bile quid proponat, nam & † ante libelli oblationē pōt
proponi recuſatio. vnde proponitur, vbi etiam nullus li
bellus offertur, vt patet. ℣. de app. cum ſpeciali. §. i. & etiā
conſilium eſt, ꝙ hoc fiat, & ſi libellus poſtea offerri de-
beat, vt patet in eo, quod no. ℣. de re iudi. inter monaſte-
rium, nec obſtant ea, quæ ſecundum Inno. ſ̄. no. nunq̄
n. citatur aliquis de facili quin appareat & exprimatur,
ſaltem

ſaltē verbo qs,& ad cuius inſtātiā,& ſuper quo eſt citatus, & per ſolam citationē ſine libelli oblatione aliqua dē iuriſdictio perpetuata,ſi qua eſt,vt pater ī eo,quod legitur & no.ſ̄ de offi.dele. gratum. ergo & ſi iudicium p libelli oblationem, & litis conteſtationem nec fundatum ſit,nec ordinatum,iuriſdictio tamen citantis elidi poteſt,& forus exercendę litis declinari,& per iuris garitum diſceptari,vt patet,ſ̄.de verbo.ſigni.forus, reſpon.
11 j.ī prin.& §.i.ver.iurgium.Si verò† nihil rationabile prętendat,& ſic locus ſit illa die oblationi libelli,tunc oīno eſt tanq̄ inſufficiens repellendus,& ſic debet ītelligi hoc c.& idē eſt,ſi ſub certa forma eſſet per citātem,qui hoc facere poſſet,procuratorium limitatum,vt ſ̄.de do.& p tu.c.fina.ſaluo eo,quod no.de iudicijs,iuris, libro ſexto.
12 Illud etiam aſſerit Hoſt.q† iudex eluſionibus occurrere debet,vt no.ſ̄.e.gl.mām huiꝰ gl.vide in Spe.e.ti.§ iij.ver. quid ſi ſit conſtitutus,& ibi addam, q̄ ꝓcuratorium ad certam diem non ſufficit ad illam prorogatam.[*Eum.*] ſ.priorem.[*Ex hoc.*]quia illicentiatus receſſit, & procu. ſufficientem non reliquit.[*Sterlingorum.*]niſi hoc fuiſſet dictū,intelligereꝛur de minori marcha.ff.de le.iij.l. nūmis.[d]Gof.niſi conſuetudo patrię obſtaret,ff. de contra-
13 hen.emp.imperatores,Hoſt. [*Condemnauit.*]ergo† condē natur quis ad expenſas in libello non petitas, ſm Pe.& Abb.qui remittit ad id,quod dixi.ſ̄.e.auditis,in fi.[*Cupiē tes.*]hoc dicit propter commiſſionē,quā facit in partib[e] [*Dignoſcitur.*]circa condemnationem expenſarū. ¶ Prima†gl.reſpondet p q̄ſtionem,q̄uo iſte pro vxore audit.
14 ſcdo q̄rit,& ſoluit.¶In† glo.i.[*ibi,uxoris nomine.*]vel dederat vxor viro nomina in dotem, q̄ fieri pōt.C.de act. &
c obli.l.nominibus,[e] ſicut etiam poſſunt vendi. C. de hæredi.vel actū.vendi.l.nomina,& donari.ff. de donationib[ꝰ],ſi donationis,& delegari.ff.de noua.& del.l.j.ſm Gof. Hoſt.dicit,q̄ mulier hæc nomina marito conceſſerat, vt illa loco paraphernalium repeteret,& haberet. ī quo caſu nomine vxoris viro competunt actiones,vt hic,& C.de pactis conuentis ſuper do.l.fi.[*& ibi.cautione.*]& dicunt quidam hoc procedere iure cōiunctionis,ſed planum eſt eum nec conſanguineū, nec affinem. Sed qa eſt affinitatis cauſa iudicatum de ipſo,vt de affine,vt no.
ff.e.ti.ſed hę.in prin.[*& ibi,maritus.*]non ſic econtrario.
16 C.e.ti.l.quia.[*& ibi,mandatum.*]licet† enim non poſſit eſſe vir generalis curator vxoris.C.qui darī tu.poſ.l ij. poteſt tñ eſſe procu,& cura.ad certā litem, de hoc in Spe.
f de cura.§.vt autem.verſi.ſed nunquid [f]vir.[*& ibi,non poteſt.*]hoc verum fore vi mandati, cum.ſ.admitti vult vt procura.& ſine cautione,alias ſi vult agere, & cauere vt
g coniuncta perſona bene admittetur,ſm dūm[g] meum, & Pe.qui hoc tenet in l.marius. & ſit rō ſm eum, qa q̄ fiunt ad augmentū, non debent operari diminutione. ff.de leg.j.legata inutiliter. & de condi. & demon. cum tale.§.fi.Sed ad augmentum fit hoc tale mandatum,ergo &c [*& ibi,pecuniam.*]vide quod no.j.q.vij. quoniens.i. in fi.iiij.glo.[*Et ibi.ſi quis alium.*]vbi ſatis de hoc.[*Et ibi, ſi procu.*]& l prece.in fi.& facit quod ibi no.de preferendo vtilem.& c.ti.de procuratore in rem. & C. de noua.l.iij. & facit quod no.in Spe.de actore.§.j.ver.itē rūor.[*& in fi.*]adde quod no.ſ̄.de vſu.q̄ q̄.in gl.vt ſui.li.vj. ¶In gl.ij. [*in fi.*]& patet.ff.ex quibus cau.in poſſ.ea.Fulcinius.§. illud ſciendum,in auc.de litig.§ omnem verò,ver. ſi vero,col.viii.ad hoc.ſ̄.de ver.ſig. nam & ego,ſm Hoſtiē.[h]
h ¶In glo.iij.[*ibi,defendere.*]& cauere de iudi. ſoluendo. &
17 iſte finis glo. fuit additio à tpe lrin.qui† opponit, q̄ non fuit pōderandū mandatum defendentis,ſed ſola ſatiſdatio.nā ſi non vult ſatiſdare, etiam cum mādato non admittitur.ſi vult,etiā ſine mādato admittitur.C. de ſatiſda.l.vna.reſpondet,q̄ ponderandum eſt, qa ſi habet mandatum,fit executio in bonis dñi,ſi non,in bonis ꝓ curatoris tm̄, niſi q̄ſ̄ ꝓcurator agens reconuenitur, qa tunc in bonis dñi fit executio.ff.eo.ſi ꝓcurator.ff. de inſti.l.ſi quis,in prin.& de acti.emp.& ven.lul.§. ſi ꝓcurator.ff.de re iudi.l.iiij,primo.[i] reſpon. Ite iſte procurator

non offerebat ſatiſdationem, & ſic nullum auxilium
18 remanebat actori.¶ Item poſſet† dici,q̄ dominus contumax,licet alius ſatiſdet,condemnatur in expenſis pro eo, q̄ ademit beneficium executionis fiendę in bonis ſuis,vt hic,inſti.de act. §. huic autem, & §. præterea,de plus peti.c.vno.ſuper principali tamen procedetur cum ſatiſdante.C.eo.exigendi.& hoc ante litem cōr. & poſt. ff.de ſolu.l.ſolutionem.Sed quid ſi bene conſtituit procu.ad defendendum, ſed ille non vult defendere? dic q̄
K dominus in expenſis condēnabitur,& ſibi imputet ꝛtalem eligendo,ar.ff.nau.ca.ſta.l.fi. §. hac autem actione,
19 & ff.de mi.cum mandato.an † vero pręciſe cogatur procu.dominum defendere,no.hic Inno.quod dixi.ſ̄. eo.ti. accedens.ſuper ſecunda glo.

ADDITIONES.

a ¶Inno.Adde,quia cui mandatur vnum, videtur mandatum antecedēs ad illud neceſſarium.l.ad legatum,& l.ad rem mobilem, ff.de procu.
b ¶Ante.Et de procu.c.2.li.6,q̄ intellige, niſi à domino ſit ſatiſdatum, quia tunc ante li.conte.non reuocatur,intellige tacite, expreſſe ſic, vt no.gl.in l.ante litem, hic alle.& vide glo.in l. ſi defunctus.§.fina. & ibi per Barto.eod.titu.
c ¶Quatuor.Ad hoc vide Io.An.de of.deleg.conſuluit,in gl.i.ad qđ & ſ̄. eo.auditis,in gl.maxime.
d ¶Numis.Ibi vide Bar.& ad materiā,vide.ſ̄.de cēſi,c.olim, & e.ti.c.pe.
e ¶Nominibus. Et tunc expenſis ipſius vxoris vir exiget nomina ſecundum aliquos,ſed gl.no.eſt,q̄ expenſis viri,in l.j. ff. de impe. in re.do.& ibi vide Bar.& D.Bar.de Sali.in l.nominibus,hic alle.vbi etiā vide Bal.
f ¶Nunquid,Et vide Cy.& do.c.in l.maritus.C.eo.tit.& ibi vide rationē, & per Bal.in l.ſi quis §.Iulianus.ff.eo.ti.do. Bar.de Sali.tenet cōtra iſtos, q̄ non poſſit dari cura.ad litēm in l.2.C. qui da.tu. poſ. & vide ipſum in l.2.C.de procu.
g ¶Dominum.Contra iſtos tenet Bar.& Bal.in l.maritus,prędlle. & vide ibi pleniſſime Sali.qui tenet opi.Pe.
h ¶Hoſti.Et vide de offi.dele.conſuluit,per Io.An.in gl.ex hoc colligo,& Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus,ff.de dam.infec.
i ¶Primo.Ibi vide Bar.de hoc,& quid de expenſis, in quem fiet executio,& ibi vide de tutore,actore,& aliis.
K ¶Imputet.Procurator tamen domini tenebitur ad intereſſe, vt no.gl. in l.vna.C.de ſatiſda.& no.ſ̄.eo.accedens.ſuper glo.

SVMMARIVM.

1 *Epilogus gloſſarum.*
De rato qui,& de iudicato ſoluendo qui procurator,& ſindicus,& tutor & qui alij cauere teneantur,ibid.& nu.3.& in ſuffragio, ver.licet actor,in prin.glo.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Litis alienæ nemo defenſor idoneus ſine ſatiſdatione, etiam locupletiſſimus,& conſiliarius.excipiuntur caſus, & nu.3.
Procuratoris reuocatio cui prædiudicet.nu.2.gloſſa,& nu.4.
3 *Additio gloſſarum.*
4 *Reuocationem procuratoris an ſufficiat qualitercunque ſciat aduerſarius.*

CAP. XIII.

Mandato. Se ſummat. [*Conteſtatam.*] ab ipſo procuratore.vel domino.[*A domino,*]i. per dominum.[*Si hoc.*] i.hæc reuocatio.[*Aduerſario.*]ipſo etiam procuratore ſciente.[*Expertus.*]agendo,ſiue defendendo.fa
1 cit,quod no.de iudi.c.j.in iij.glo.¶Gl.j.† facit.v.dicit, qd continere debeat procuratorium.ſecundo, quomodo de procuratorio rei omnino conſtare debet.tertiò,q̄ p cu.rei cauet de iudicato ſoluendo,non de rato,niſi ī caſibus,& vij.enumerat.quintò de ſindico,& tutore,q̄ nō cauent de iudicato ſoluendo,& cauſam reddit.ſecunda glo.ſic reſpondet.ſ.primo finis, qui ſignat contrarium, & ſoluit.ſecundò,prin.quod diſtinguit, an ad ſolum ꝓcuratorem peruenerit reuocatio, an etiam aduerſariū vel iudicem.medium arguit à contrario,& illud repro-
2 bat,contra quod inducit.l.ſi defunctus.¶In† gl.i.[*ibi, q̄ aliam.*]nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione,etiam ſi ſit locupletiſſimus,& conſiliarius. vt in l. ſe.minor.[*& ibi,rei uen.*]hoc dicit.§.pro his.[*& ibi, communi diui.*]hoc dicit hæc.l.ſi defunctus.¶ vlti. [*& ibi, Poſtulando.*]hoc dicit.§.eſt & caſus.[*& ibi, cauſa ſtatus.*] hoc dicit.§.ſi ſtatus.[*& ibi,ſi tutor.*]vide de dona.c.ij. ſuper gl. ij.[*& ibi,actor.*]licet actor à tutore datus caueat,actor ciuitatis non tenetur.

uitatis non cauet, nec magiſter vniuerſitatis, nec curacōſenſu creditorum datus. ¶ In gl.ij.[*ibi, ſi ante iudicium cęptum.*]fuit prohibitus procu. & actor ignorans cū eo egit,committitur ſtipulatio.& ibi,no.de qua ſtipulatione.[*& ibi.§.ſi Titium.*]ſi Titium præpoſui oībus negotiis meis, & demum eum vetui adminiſtrare debitores id ignorantes illi ſoluendo liberantur. [*& ibi,ſi quis ſeruo.*] vide de reſcri.ex parte decani.ſuper.v.gl. [*& ibi,cum quis,* §.j.]ſi iuſſi debitorem Titio ſoluere.demum vetui Titiū accipere,debitor id ignorans Titio id ſoluens liberatur, niſi in caſu.[*& ibi,ne ſatiſdatio.*]vide,de offi.dele.prudentiam.ſuper.iij.gl.[*& ibi.ſi mandaſſem.*]vide de cle. excom. apoſtolicæ,ſuper gl.ij. [*& ibi.§.falſus.*] vide de re iudi.c.j. ſuper gl.ij.[*& ibi,de qua re.§.ij.*]vide.ſ̄.eod.in noſtra,ſuper gl.antepe.[*& ibi,is,qui ſe obtulit.*]vide de reſcriptis. c. pe.in vl.glo.[*& ibi,ſi quis ſeruo,in fi.*]ponit caſum legis,cum qs. ſ̄.eo.hoc addito,q̄ ille Titius tenetur furti. [*& ibi, ſuſpectus eſt.*]q̄ ingerit operas in inuitum.¶ In† gl.j.[*ibi,habeat*
3 *mandatum.*] quare mandatum habens caueat de iudicato ſoluendo,& non de rato,no.ff.e. non ſolum.§.j.& hic per Abb.ſed plenius in Specu.de ſatiſda.§.iij. verſi. ſed q̄ eſt ratio,[*& ibi,interponat.*]quam recipiat aduerſarius,vt
a tabellio.de hoc in ſpe.præ.§.ver.ſed quis recipiet.[a][*& ibi, prædictam cautionem.*]& anteq̄ hoc faciat, poteſt iudicem recuſare,excipere,& alia facere,quæ præcedunt lit.ꝓteſt. de hoc in ſpe.de ſatiſda.§.pe.ver.ſed pone. [*& ibi,peti debent.*]à procuratoribus datis ante litem conte. aliàs autē etiam poſt exiguntur,vt ibi no.& ſ̄.de cōſti. cum. M.in prima glo.[*& ibi,conſtituere procu.*] nec recipere procurationis officium, & hoc plus facit ad propoſitum ſ̄.c.pro xi.in gl.ij.[*& in fi.*]hanc gl.plenius vide in ſpe.de ſatiſda.
4 §.penul.¶ In gl.ij.[*ibi,certificare.*]ergo † non eſt verum,q̄ dicunt quidam ſufficere,qualitercunq; hoc ſciat aduerſarius,ar.ff.de peti.hæredi.item veniunt.§.à quo,de reſcripris,cum contingat,vbi de hoc,verius vī Goffr.& Hoſt. q̄ requiritur,q̄ hęc ſcientia procedat à reuocante,ar. de offi.dele.prudentiam,cum ſuis concor.facit quod dixi.ſ̄.
b eo.ex inſinuatione,ſuper[b] vlt.glo.ver.edictum.aliàs reus malitioſus frequenter reuocationem procuratoris actoris fingere poſſet,vt ſic differretur negotium,cui eſt hęc materia auferēda.inſti.vi bonorum raptorum.§. ſed nedum.& ſ̄.de diuor.quanto.ad fi.& facit quod no.ſ̄.c.proxi.in gl.fi.& quod ſequitur in gl.[*& ibi,decipi.*]hoc declarat Gnili.in Spec.eod.ti.§.j.in vlti.colu. [*& ibi,in negocijs.*] in matrimonio dic,vt.ſ̄.e.c.fi.lib.vj.[*& ibi,tenet ſententia.*] etiam quo ad dūm.[*& ibi,ut probat.*] cum Ber. concor. Inno.Aegi.Pe & Abb.Speculator ꝛeum,Tan. & Goffr. quid autem circa hoc tenuit Hoſt.ſ̄. eo. auditis,vide no. ſ̄.eo.c.ij.li.vj.in gl.ſed nunquid, & vide etiam quod dixi. ſ̄.eo.in noſtra,ſuper fi.iiij.gl.& quod no.l.iiij.di.tibi dño. [*& ibi,cognita.*]ſ̄.eod.c.ij.li.vj. [*& in fi.*]hic adde,quod ibi no.& ſ̄.eo.tit.c.ij.li.vj.in gl.& eſt ſuſpitio.¶In gl.vltima. [*ibi,pro.*]& ff.de verbo.ſignifi.ſæpe.[*& ibi,alterum.*]tantū [*& in fine.*]Idem Hoſt. per iura alle.ſ̄. proxi.gl.in princi.

ADDITIONES.

a ¶Recipiet.Et vide Bar.in rubrica.ff.iudi.ſo.& Sali.in l.vna. C.de ſatiſd. vbi ponit plures opinio.
b ¶Super.Et q̄ no.Io.An.in c.fi.de empti.& vendi.ſuper gl. & ad materiam vide Bar.ff.de adul.denūciaſſe.§.j.& vide plene de materia iſtius reuocationis per Bal.in l.j.C.de ſatiſdan. & vide bonum tex. de procu. c.fi.lib.6.& cle.j.de renunc.& ibi gl.

SVMMARIVM.

1 *Caſus decretalis.*
2 *Filiusfamilias an poſſit eſſe procurator abſque patris conſenſu,*
3 *Procurator datus ad quid certum, non poteſt alia procurare,vide nume.5.*
4 *Licet,pro quamuis.*
Appellationem proſequi non tenetur quis quam quis interpoſuit, quia ſunt actus diuerſi,ibid.& an hoc ſit verum & indiſtincte, & qui teneantur,nu.7.
5 *Procurator datus ad defendendum in perſonali ex certa cauſa non cogitur poſtea ſuſcipere iudicium ex alia cauſa. Datus ad omne cauſas procurabit etiam futuras,nu.11.in diem datur,ibid.*
6 *Leg.vnica.ff.an per alium,& leg.qui proprio.§.item quæritur intellectus.*
7 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum nu.8.*
Procuratores plures dari poſſunt,& ſi dati ſunt, an vnus ſine altero,uel alio poſſit agere.§.i.
Præoccupantis conditio melior fallit.§.ij.
Procuratorem dando ſecundum reuocatur primus. §.ij.& nu.15. cum exceptionibus.
Procurator quis teneatur appellare,& appellationem proſequi.§. ij.& nu.15 §.j.et nu.16.
10 *Additio gloſſarum.*
Minor.25.annis an & quando poſſit ſuo,vel alieno nomine iudicia lia,uel extraiudicialia exercere,ibid.nu.10.
12 *Procurationis inſtrumentum,uel literas qui ſciens recipit, quando dominum defendere cogitur.*
13 *Pluribus procuratoribus conſtitutis ſimul, quid iuris,ſi vnus conſtetur,& alter negat,& talibus non tenetur reſpondere reus.*
14 *In ſolidum dare procuratores,& non in ſolidum, non eſt eadem rō.*
15 *Reuocatur procurator prior dando poſteriorem,licet non fiat in conſtitutione poſterioris mentio prioris, non tamen ſine mentione iudex prior dando poſteriorem,et ratio.*
16 *Appellationis interpoſitionem quid excuſet.*

CAP. XIIII.

Non iniuſte. Sex ſunt dicta, nec sū- matur.ſecūda ibi,q̄uis. iii.ibi,licet.iiij.ibi,q̄ fieri.v.ibi,potuit.vj.ibi,li
1 cet.& poteſt inchoare caſum, q̄ tria oppone bantur ꝛ procuratorem,quæ quia iudex nō admiſit,opponens conquerebatur de iudicis iniuſtitia, & huic principio eſt ſimilis modus loquendi.ſ̄.eo.ti.c.j.& de iura.ca lum.c.vlti.lib.vj.[*Proceſſit.*]ergo iure proceſſit ſimilis argumentatio,de depoſito,bona fides. [*Filiumfami.*]etiam
2 conſtitutum abſque patris aſſenſu,ſ̄.eod.ti.qui generaliter.§.j.lib.vj.Guil. Na.& Aegy.hic tenebant contrarium quia datus in ſolidum.[*Occupæuit.*]per litis conte.ſ̄.eo.tit.
3 ſi duo.li.vj.[*Potuit quoqueis.*]ſi,procurator † datus ad cauſam:ſecus,ſi datus eſſet ad ſententiam audiendam, qa vno conceſſo,vī aliud prohibitum.ff.de iudi. cum p̄tor. C.eo.l.maritus.ſm Gof.[*In eo.*] poteſt enim appellari in vno capitulo,& non in alio.ſ̄.de reſta.Rainutius.[*Licet.*]
4 pro† q̄uis.[*Proſequi*] nec obſtat,q̄ inchoauit appellādo, & ſic tenetur proſequi.ſ̄.de commo.c.vno, quia iſti actꝰ ſunt diuerſi,licet primum ſit ſecundi præparatoriū, ſm Accur.qui hoc no.in l.inuitus.quod patet, quia ad hoc
5 diuerſa tempora ſtatuuntur.[*Non tenetur.*] fertur† Inno. addidiſſe,q̄ argumento huius literę probatur procuratorem datum ad defendendum, contra quem actū fuit perſonali ex certa cauſa,non cogi poſtea ſuſcipere iudi-
a cium ad idem ex alia[a] cauſa, poſſet tamen recipere, ſi vellet,ſed ſufficiat,q̄ in paucis &c. C. de nego.geſ.tutori. vide Clemen.de procura.c.j. in cuius caſu hoc dictū nō
6 procedit.Item ſcias,q̄† Goff.hic reſpondet ad.l. vnam,ff. an per alium, q̄ loquitur in procuratore conſtituto ad appellandum,& proſequendum. ſic & lex qui proprio.
b §.item queritur.[b] ff.eo.quæ vult procuratorem cogi recipere iudicium reſtitutorium finito principali, log in
7 illo,qui ſpecialiter fuerat datus ad id.[*Inuitus.*] olim † erat opinio contraria, quæ adhuc ſaluari poteſt in generali procuratore,de quo.ſ̄.eod,dilectus. hic verò de ſpeciali ſm Hoſt.vnde dicebat Inno. hic loqui in procuratorib. actoribus,nego.geſ.& fideiuſſoribus. aliud in emptorib. & hæredibus vindicantibus necem defuncti. nam hi tenentur appłonem proſequi.ff.ad Sil.pp veneni. §.fi.ff.de cuic.Herennius,§.j.Idem in tutoribus,& curatoribus,ar ff.ſi tutor,vel curator ab.l.j.& C.de app.ſi actor. Idem in geſtore,qui acceſſit animo gerendi oīa. nam cum talis teneatur de aliis omiſſis,multo fortius, ſi omiſit appłonē proſequi.ff.de neg.geſtis,ſi pupilli.§.fi.& l.liberto.§.fi.
c & de his in ſpe.[c] de appel.§. j. in prin.¶ Quærit etiā Inn.

an

an appellationem à grauamine, vel interlocutoria pro curator teneat prosequi? Et dicit q̄ sic in eadē ciuitate, vel loco, vbi non oporteat eum sua negocia postponere, vel aliter p̄m Host. alle. ff. de iudi. si longius. dicit etiam Inno. quosdam dicere, q̄ procurator, qui vult dimittere prosecutionem appellationis, debet hoc facere de iudicis voluntate, maximè post li. contesta. ff. eo. post litem. & l. aut longa. dicit tamen, q̄ q̄uis hoc sit tutius, tamen & sua auctoritate hoc facere poterit, cum hoc sibi concedatur a iure. alle. Host. ff. de condi. insti. l. quæ sub condi. §. fi. & intelligit hoc Hostiē. nisi in sua fide suscepisset cām prosequendam vsque ad tn̄am diffinitiuam, etiā si appellaretur, quia tunc pactum seruabit, de pactis. c. j. & vide Clemen. eo. ti. c. j. Dicit demum Hosti. & hoc dictum posuit Archi. de testi. Romana, li. vj. q̄ curia specialiter hoc seruat, q̄ procuratorem appellantem in cā, quæ ibi vertitur, non audit dicentem, q̄ non vult, vel nō potest causam appellationis prosequi, sed vult denunciare domino, vel ipsum consulere, sed hoc ipso, q̄ procurator non vult, vel non potest prosequi, procedit cōtra dm̄ vt contra contumacem, ad hoc s̄. e auditis, & c. constitutis, & c. mandato. Si vero appellatur à diffinitiua in curia data, si dominus sit propinquus, ad arbitriū papæ datur breuis dilatio, si nimis remotus, præfigit, procuratori peremptorium ad prosequendam appel. per cuius lapsum confirmatur sententia, & hæc consuetudo, cui standum est, fundatur super æquitate breuiandarū litiū, & prouisione contra labores, & expensas, & maxime cum de beneficiorum prouisionibus agitur. de app. oblatę, in fi. vel cum vrget necessitas, vel pietas. de feriis. c. fi. in fi. quare sollicitant eos, qui ibi procuratores ꝓstituunt, q̄ caueant, ne propter defectum procuratorij,
d vel procuratoris lædantur, d ¶ Gl. iij. †quærit, arguit negatiue, soluit distinguendo. ¶ Glo. iiij. ponit casum exceptum, & inducit simile. ponit demum regulam, & vj. casus exceptos. ¶ Penult. glo. arguit, & remittit. ¶ Vltima glo. respondet per quæstionem, an domino scienti sententiam latam &c. ¶ In ij. †gl. [*ibi, mandato.*] sequitur, generali, & inducit hoc, non licet transigere. ¶ In glo. iiij. [*ibi, pluribus.*] vide. j̄. [*& ibi, decreto. §. primo.*] vide s̄. eo. petitio, super. j. gl. [*& ibi, duo.*] ex tribus delegatis duo soli nō iudicant. [*et ibi, pluribus.*] sequitur, procuratoribus insoli
dum simul datis, occupantis melior est conditio, vt posterior non sit in eo, quod prius petiit procura. [*et ibi, si pluribus, in fi.*] vide de test. Raynaldus, super gl. quæ quidē [*et ibi, decreto.*] vide hanc & sequen. supra, eo. petitio, sup j. gl. [*et ibi, si Titius.*] vide de rescript. c. capitulum, super. v. gl. [*et ibi, ex duobus.*] vnus de duobus reis potest esse pure obligatus, & alius sub conditione, nec impedit dies, vel conditio, quo minus à purè obligato petatur. [*et ibi, si ve.*] vide hanc & se. [*ibi si quis.*] s̄. de rescript. c. capitulum, in v. gl. [*et ibi, si plures.*] vide de pur. can. quoties in j. gl. [*et ibi, decreto.*] vide, s̄. hanc & se. ¶ In iiij. gl. [*ibi si pluribus.*] vide. s̄. gl. p. oxi. [*et ibi, ne plures.*] vide de decimis, cum non sit, super. j. gl. [*et ibi, §. si plures.*] hæredes emptoris in redhibendo consentire debent, & vnum procuratorem dare [*& ibi, licet, in fi.*] vide de elec. querelam. super gl. antepe. ¶ In gl. vl. [*ibi, liberto. §. ult. in fi.*] quod loquitur in gestore, cui condemnato imputatur, si potuit appellare, & nō appellauit. [*& ibi. si ignorantes.*] vide in fi. gl. [*et ibi. §. si cum debitor.*] vide de pur. ca. constitutus, super gl. ij. [*& ibi. l. j. in fi.*] loquitur in illo, qui sciebat rem, quam emebat seruitutem debere. ¶ In †j. gl. [*ibi, nisi esset minor.*] xxv. an. j̄. eo. qui generaliter, in fi. li. vj. sed Hos. dixit hic, q̄ in l. minor. & l. exigendi, volebat minor defendere sine mādato, &
e se, & suos fideiussores obligare. tenet e ergo, q̄ bene admittitur minor, dummodo non opponatur, vel dummodo is, qui eum constituit, sit soluendo, vel ꝑ ipso cauerit, quia tunc non restituitur, ff. de minori, cum mandato, non enim maioribus, sed minoribus subuenitur. ff. de mi. l. iij. §. sed vtrum, & se. probat idem per modū, quem no. j̄. e. qui generaliter, in gl. pe. & rationē diuersitatis ad iudicem, quam hic no. vide. s̄. de offi. deleg. cum vigesimum, super gl. ij. nec ob. q̄ procurator excōicatur vt lite non conte. c. j. in fine. nam per hoc non læditur, cum excōmunicatio sit medicinalis, de sen. exc. c. j. li. vj. sed & in spiritualibus minor est in iudicio nomine suo de iud. c. fi. li. vj. multo fortius alieno. in temporalibus. n. non habet personam standi i̊ iudicio nomine proprio, vt legitur & no. s̄. e. accedens, j̄. de resti. in inte. ꝓtitutus, de appel. ex parte. ij. nomine verò alieno habet, & si male se habuerit, sibi imputet, qui talem eligit. ff. de minori. cum mandato, in fine. Itē q̄d dicerent ꝺrium tenentes, si iuraret se non periturū restitutionē. Cessaret enim tunc illorū ratio, per auc. sacramenta. C. si aduersus ven.
f de iureiurando, f cū contingat. & p̄m hoc dicit intelligē dum, quod no. in summa. e. ti. §. qui dari, ver. Itē minor, & vide in Spe. e. ti. §. j. ver. Itē q̄ est minor, & procedere possent ista, q̄s non excipitur, sed si excipiatur, repelletur minor. xxv. per capitulum præal. qui generaliter. in fi. & vide, quod ibi dixi super gl. pe. & facit quod no. s̄. e. in no
11 stra, in gl. q̄s. ¶ In gl. ij. [*ibi, & futuras.*] & hac ratione generaliter datus ad omnes causas, procurabit etiam futuras, de hoc in Spe. eo. ti. §. iij. ver. quid si procuratorium. [*et ibi, in diem.*] hinc est, q̄ bene valet procuratorium hoc expressō q̄ non duret vltra annum, de hoc in Spe. e. ti. p̄. §. ver. quid si mandatum. [*et ibi, ad omnes.*] j̄. e. ti. is qui. ij.
12 rū. li. vj. [*et ibi, inuitus.*] videtur hodie, qui † sciens sine prætatione recipit instr̄m, vel literas suæ procurationis, qui bus constituens pro ipso cauebit super inclusis in procuratorio, dm̄ defendere cogitur, vt in Cle. e. ti. instro., & vide quod ibi no. in vlt. gl. [*et ibi. §. j.*] & j̄. e. ti. c. j. respō. li. vj. [*et in fi.*] q̄ dic vt j̄. e. c. j. j. respon. libro vj. ¶ In glo. iij. [*ibi, sine altero.*] de hoc s̄. eo. petitio, in glo. i. [*ibi, sint admit-*
13 *tendi.*] & quid ꝺiuris, si vnus confitetur, quod alter negat, no. j̄. eo. si duo, in iij. gl. lib. vj. & ꝓut ibi in fi. no. corrigit ibi de hoc dictū gl. quod sequitur, & apertius posuerat Gof. dicens reum talibus procuratoribus datis non insolidum non teneri respōdere, ne in plures aduersarios distinguatur. ff. de exercito. l. ij. de pecul. l. & ancillarum. §. fi. de transact. cum hi. §. in cā. [*et ibi, cum ratio illius. l.*] no.
14 quia non dicit gl. simpliciter, q̄ sit eadem † rō ibi dantis insolidum, & non insolidum. constat enim ex clausula intentio constituentis, qui voluit alterum solum agere, secus, vbi non est clausula. Sed dicit G. q̄ rō de cōtrarietate respōsi vrget pariter in vtroq;, si ambo prosequan
g tur. g [*et in fi.*] de hoc. ij. q. vj. §. forma, dic vt j̄. si duo, li. vi.
15 ¶ In gl. ponit tenorem, [*ibi, dando † secundum.*] etiam si ille procuratorium non recipiat, vt no. j̄. eo. si duo, in gl. ii. & intelligitur gl. q̄s datur secundus ante litē cōte. cum primo. j̄. e. c. ij. li. vj. p̄m Hos. qui remittit ad summam. e. ti. §. qs dari. [*et ibi, cæterū.*] imò est ꝺriū in iudicibus, qa scām rescriptum non tollit primum, si de illo non faciat mētionē, vt ibi, & de offō dele. ex literis. Sed in scdo ꝓcu. nō est necesse, q̄ fiat mentio primi. & hæc sit rō p̄m Hostiē. quare in rescriptis non est melior conditio occupantis. est & alia rō. nō fit tale ꝓiudicium in procuratore, sicut in iudice. iudex enim iudicat, & cōmunis ꝑsona est, &
grauare pōt, q̄ oīa cessant in ꝓcuratore p̄m eum, licet verū dicat Host. bonū intellectū habuit gl. [*& ibi, hæredes.*]
h sup. h rei. ¶ In glo. vlti. ibi, ab excommunicato, & j̄. de regu. iur. eum qui, lib. vj. [*& ibi, Non appellauit.*] & hoc tenet etiam Hostien. allegans de offi. dele. cū olim abbas, ad fin. [*et ibi, dominus sciat.*] Idē Guil. in Spec. de appel. §. j.
16 in princip. [*& ibi, inopia.*] vel † infirmitas. qui matrimonium accusa. possunt, cum in tua, Goff. sed cū sufficiat dicere, appello, quo modo excusare potest inopia? Dicit Goffre. & Abbas hoc locum habere, quando statim non appellauit. tunc enim, quia necesse habet appellare in scriptis, excusabit eum paupertas, si non habet, qđ soluat aduocatis, & scriptoribus. [*et in fi.*] & huius
i dicti est efficax ꝛ ratio, quia licet dominus sciat contra se sententiatum, probabiliter credere potuit, q̄ procurator solicitus appellaret.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶ Alia. Quia sufficit semel fieri, vt de præben. non potest. §. j. lib. vj. & ff. de condi. & de. hęc conditio. & ff. de leg. iij. fideicom. §. si quis. x. & ibi vide concor.

b ¶ Queritur. Ibi vide gl. & Bar. quia ibi ponit rationem differentiæ in restitutione, & app. & in l. si procuratorio. ff. quando ap. sit. & Doc. in l. si actor. C. de ap. & in l. inuitus. C. de proc. per Saly.

c ¶ Spe. Et plenius per Saly. in l. inuitus. C. de procu. & ibi ponit de omnibus, quæ sequuntur.

d ¶ Lędantur. Et per s̄. dictam videtur posse dici, q̄ procur. appellando non fit dominus litis, quia dominus appellatio. prosequitur. vide tex. C. de ap. dominus. & ibi Bal.

e ¶ Tenet. Hoc idem tenet Ia. de Are. & Oldra. vt refert Bar. in l. minor. ff. eodem titu. tex. hic est contra in c. qui generaliter. prędalle.

f ¶ Iure. Et ista habent locum in procuratore ad iudicia, a quibus minor excluditur, secus in negotijs, vt in c. qui generaliter. sed in interpositione decreti impetrandæ an admittatur minor, quasi fit extraiudiciale, vel repellatur, quasi fit iudiciale, vide in Spe. eo. ti. §. j. versi. quid ergo si.

g ¶ Prosequantur. Scias, quòd actor potest constituere plures procuratores, vt in iuribus prędallega. reum autem plures non possunt simul defendere, vide Bar. in l. iam tamen. §. si tamen. ff. iudica. fol. & no. in glo. proxi.

h ¶ Sup. Vide Bar. in §. si tamen. alle. in gl. & in l. licet. §. fi. alle. in fi. glo. & ff. de auct. tut. l. accipientis.

i Efficax. Facit quod no. Io. An. de emptio. & vendi. c. fi. & Bar. in l. denunciasse. §. j. ff. de adul.

SVMMARIVM.

1 *Procurator vniuersitatis, cuius maior, & iurati sunt excommunicati, admittitur ad impetrandum, nisi in duobus casibus, & quibus, & nu. 3. & procuratoris eius, qui sit excommunicatus, vi. nu. 4. 5. & 6.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Maior pro potestate, vel rectore.*
Iurati pro consiliarijs, ibid.
3 *Data procuratorij, & rescripti considerantur ad eorum validitatem.*
4 *Excommunicatorum constitutio procuratoris in quibus casibus teneat. & num. 5. 6. 7. 11. & 12. & consequenter acta cum eo, ibid.*
Exceptione quando opus sit contra procuratorem excommunicati, eisdem nu.
Excommunicati ab homine, & per sententiā inter se differunt ibi.
5 *Procurator constitutus ab excommunicato quare non tenetur, post absolutionem domini exequi mandatum, quod non potest exequi, nec inchoare excōmunicato constituente, qū. & nu. 12.*
6 *Mandati procuratorij vniuersitatis formula in casu decretalis, quando valet mandatum.*
7 *Ciuitas excommunicata agere non potest, et ab excommunicatis regi potest, etiam ab vno, & ratio.*
Vniuersitatis ius recidit in vnū alijs excōicatis, ibi. ver. recidit. n.
An constituat actorem, vel sindicum, nu. 11. ver. sed opponit.
8 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 9.*
Communitatis iurator, & maioris officium, & potestas ex alleg. legibus utile per inutile an utietur. §. j. & nu. 11. §. j.
10 *Supletio glossarum. nu. 11. & seq.*
Excommunicatio impetratoris domino nocet, pro quo fuit impetratum rescriptum, & quo casu, eo. nu. 10. ver. & si dicat.
11 *In actoris constitutione non sindici necessarium est decretum, versed opponit, & ratio, ibid. & a quo constituantur, ibi.*
12 *Vicedominus, œconomus, visitator, sindicus, & actor, an possint aliorum excommunicatione reijci, & quorum ver. sed si talis.*
13 *Ad impetrandum, & ad contradicendum impetrandis qui admittantur absque mandato.*
Curiæ cōsuetudo quæ in admissione ꝑpetantiū, et cōtradicētiū, ibi.
Cap. nonnulli. de rescri. intellectus, eo. nu. ver. dicit demum.

CAP. XV.

1 a Consulti. Casus. Procurator † vniuersitatis, a cuius maior, & iurati sunt excommunicati, ad impetrandum admittitur, nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate sit, factum, vel ad id scienter admissi, cōmunis diuisio. secunda ibi, taliter. [*Quod*
2 *maior.*] puta potestas, vel rector. [*Iurati,*] puta consiliarij. [*Regebatur.*] ante excōmunicationem quasi post excō
municationem regere non debeāt, cū ipsorum actus, vel sn̄iæ non tenerent. de re iudi. ad probandum. de immu. ec. aduersus. de sen. excom. nouerit. fallit in casu de
3 hæret. præsidentis. lib. vj. [*Tempore.*] sic ꝺergo considerat data procuratorij, sic & data rescripti, s̄. de rescrip. cum te. ¶ Quid ergo si tpe, quo constituerunt, erant excommunicati, sed modo non sunt tpe impetrati rescripti? Dicit Host. q̄ non valet rescriptum. ¶ Sed quid q̄s, q̄n non erant ligati tpe constōnis, sed nunc sunt tpe dati rescripti? Dicit Host. q̄ valet rescriptū impetratū noīe vniuersitatis, dummodo non exprimantur excommunicatorum nomina in rescrip. ar. j̄. prox. ver. & quia cā vniuersitatis non est singulorum. xij. q. j. qui manumit
4 titur. [*Sn̄ia.*] Inn. formans ꝺhic satis non magnam gl. dicit se intelligere de sn̄ia lata ab hoīe. nam si a canone forent excōicati, ēt si notoria esset excōicatio, teneret tn̄ procuratoris constō ab eis facta, nec posset procu. repelli, q̄diu excōicati tolerantur in offō, cuius auctoritate constituerunt procuratorem, ar. vj. q. ij. si tn̄. viii. q. iiij. nōne, quod verum puto, q̄n ab vniuersitate constituit procu. nam si a priuato, bene repelletur, ēt si ꝓstituens esset excōicatus a canone, q̄uis occultus, si tamen non excipietur, teneret, quod faceret procu. de exce. pia. lib. vj. & non plus ponens Host. de gl. Inn. dicit, q̄ subtilitates, quibus hic vtitur, sibi non placent, nec pōt negari p̄m eum, quin ista verba, excōicationis sn̄ia innodati, conueniant ēt sn̄iæ canonis, alle. de sen. excō. non du-
b bium. & c. vniuersitatis, b & c. quod de his, quare dicit, q̄ sic loquitur indistinctè, sic intelligenda est de vtroq;. intelligit tn̄ de publico, vt dicam sup̄er. j. gl. & tn̄ desit. gl. Inn. scias, q̄ pro diuersitatis rōne dicebat ideo aliud in cōstituto ab vniuersitate, q̄ a priuato, quia in primo casu subest publica vtilitas, & publicum offn̄, quorū rōne tolerantur, quæ agunt. Sed in secundo non expedit exceptionem non admitti, sed satis est valere quod agitur, si non excipitur, per decre. pia. Dicit demum ali-
c quos dicere forte melius, q̄ hi consensus c sunt persona lia iura, non publica. & ideo si ꝑsonæ cōsentientes sunt
2 excōicate, vel proc. faciētes sunt excōicate nō ꝑ sn̄iam, & si noīe vniuersitatis faciant, tn̄ pōt elidi per exceptionem hæc procuratio, vel dic, q̄ ēr circa illos, qui sunt in publicis officijs, & in his, quæ sunt in publicis officijs, vt in ꝯctibus, qui celebrantur cum aliquo alio, vel alijs, vel negotijs, quæ tangunt alios, vt sunt ista, sn̄iæ, testimonia, instr̄a, & exercitium cuiuslibet iurisdictionis voluntariæ, vel contentiosæ, vbi propter publicā ignorātiam, vel publicum offn̄ aliqua valent, & effectum habent, quem alś non haberent, vt ff. de offi. præto. Barbarius. C. de testa. l. j. sed tn̄ faciunt aliqui cōiter cum alijs non præstando auctoritatem, licet publicum officiū habeant, sicut sunt procurationes, electiones, statuta, & his sīlia, quæ potius respiciunt honorem facientium, q̄ vtilitatem aliorum, elidi pōt per exceptionem excōicationis facientium, & ad cassationem posset ēt agi of-
ficio iudicis. vbi tn̄ non excuperetur, vr̄ acta per procuratores excommunicatorum tenere, si non sunt excōicati per hominis sn̄iam, & sit rō, cōis ignorantia, & publicum officium, & etiam quæ cum talibus excōicatis non per sententiam fiunt, non cassantur ex ipsorū præsentia, licet voces ipsorum non afferant suffragium. Et dicit Inn. q̄ hic posset distingui, sicut in ele. distinguit. s̄. de elect. illam. & q̄ necessarium sit per exceptionem elidi procuratoris dationem factam ab excōicato, probat, quia excōicatus reus constituit procuratorem. Itē in causa appellationis, de iud. intelleximus. de excep. significauerunt. & commendatur, q̄ per procuratorem fit in iudicio, ne cōioni hominum se immisceant, de
excess. præla. illud. quare vr̄ ipsum procuratorem constituum eo casu, quo potuit, si minus bene agat, teneri ei
5 actione mandati, & † si dicis, si tenet ꝓstō procur. quare saltē post absolutionē nō tenet mandatū exequi? r̄ndet, q̄ excōicat? exercitiū litis, qđ n̄ hēt, mādare nō p̄t. j. q. vij.

Daibertum, sed quod habet, mandat. ſ. ꝙ teneat proceſ
ſus habitus cum eo, ſicut teneret habitus cum ipſo cō
ſtituente pp̄ communem ignorantiam, & vtilitatem
p̄hentium, & ſemper intelligit in excommunicato nō
per ſn̄iam hominis. nam tunc ēt ſi non excideretur,
non valerent facta in iudicio, vel in ſpūalibus. de re iu.
ad probandum. fatetur tū, ꝙ alios p̄ctus ēt excom
municatus per ſn̄iam facere poſſit. remittit de dolo, & cō
tu. veritatis. [*Illi.*] Ji. excommunicati, & ſoli, p̄m Inno. vt
quia dr̄, Maior, & iurati fecerunt talem procuratorem.
p̄m quem ſi diceretur tale, commune. ſ. A. B. C. omni-
bus alijs nominatis, & ēt ipſis maioribus excommuni
catis, valeret procuratoris conſtō, ſi ignoranter eſſent
admiſſi, cum cōmune, mortuis vel impotentibus ſuis
d maioribus, ꝓſtituere p̄nt procuratorē. ff. quod cuiuſq;
7 vni. l. j. Dicit † ēt, ꝙ dato, ꝙ illi eſſent inſcripti vt teſtes,
2 proſequitur ibi, In primo. ſm ibi. In ſecunda. & qa† diuini & humani iuris ſocia dña Mylantia decre. iſtam au diuit ſub repetitione illuſtris viri dñi Gebardi comitis de Friburch nunc Argentini p̄poſiti, qui cū hanc in ſcholis meis repeteret, hoc ī illuſtri Theutonico nouū æſtimans, prout erat, nouo nouū adiūgere volui per ip ſius p̄ſentiam, quæ tunc mihi ēt noua. i. ſ. anni circulū exiſtebat. xxxv. q. viii. c. i. ipſius fauore decre. hanc proſe quar commentando, vt per id ſacra ſit eo amplius, & fa moſa. [*& ſ.*] hinc deciſum hr̄ in parte in præ. decre. ſa cris. de ſepul. ſed nō quo ad propoſitum, quo quærebaī, an excommunicationem incurrat, qui inuitus excōica
3 to communicat [*Communicat*] in† oratione, conuiuio, &c.
a ſimilib. per quæ ꝯhitur minor, [a] vel aliter, vt ſ. [*Excommunicatis.*] maiori, de ſen. excom. ſi quem. communicās, n. excommunicato in minori nullam excommunicationem incurrit. xj. q. j. quoniam. & dic vt dicam de ſen ten. excom. cum deſideres. j. rñ. in fi. [*Coactionē.*] abſolutam, vt in glo. [*Metum.*] ibi. ſ. conditionalem. [*in primo.*] ſ. cum fuerit abſolute coactus. [*Non credimus.*] nec nos credamus, & habes hoc verbū. ſ. repetitum, & alibi cō. duplicatum. ſ. de deci. paſtoralis. [*Excommunicatione.*] ēt minori. [*Pati.*] in vi, quæ infertur, vel communionem illorū. [*agere.*] i. cōicare. [*in ſecundo.*] ſ. qū per metū inducātus. [*Licet.*] pro† q̄uis. [*Attenuet.*] de pœ. diſt. j. pōt [*Eam.*]
4 culpam. [*Nullo.*] ēt mortis, vel alio, qui ēt poſſit cadere
5 in conſtantem. [*Mortale.*] ergo † cōio excommunicati eſt mortale, de quo dicā. ſ. [*Excommunicationis.*] minoris, vel maioris. [*Labe.*] ſic forte dictū, quia multi labuntur,
6 vt ēt dicā de ſi. tanta. in prin. & ex decre. poſt ſummam principaſr. v. notabimus. v. ad gl. apoſtillabimus. v. oppo
7 nemus, & de v. quæremus. primo no. † ꝙ interdum ſoluenti incumbit diſtinguendi neceſſitas, nec aliter diſcrete ſoluere poſſet, p̄p quod interdum diſtinctio vocatur diſcretio. de reſcri. ſuper literis. cōcor. de or. ab epi. c. j. de reſti. ſpo. literas. de ſen. excō. cū illorū. cū ſi. multis. ſecundo ꝙ abſoluta coactio excuſat a culpa, & pœna. tertio ꝙ conditionalis attenuat culpam, ſed non libe-
8 rat a pœna. quarto † ꝙ minus fauetur metum paſſo, q̄ ignoranti, vel neceſſitatem habenti. de primo hic. de ſe cundo, de ſen. excō. cum deſideres. in fi. j. rñ. de tertio. e. ri. inter alia. & c. ſi vero. quinto, ꝙ excōicato cōicare ſit mortale, apoſtilla glo. ij. & iij. glo. recitentur per duas obiectiōes, vt ſ. ¶ In j. gl. [*ibi, de iudæis.*] & ſ. de bap. maio res. §. vl. [*& ibi, conſtat.*] de hoc. v. di. ad eius vero. ¶ In gl. ij. [*ibi, in primis.*] vbi de hoc. & xv. q. vj. c. j. in gl. pe. [*& ibi,*
9 *eos.*] aſs hos, quos ibi† parificat rebaptizatos ſponte, vel per metum. [*& in fi.*] ibi parificat in teſte tacere veritatem ſponte, vel per metum. Ad q̄ria. & primo declarā do gloſſas obſtant. c. eos. & c. quiſquis. quæ all. gl. ij. ſo. in c. eos. coactio fuit p̄dōnalis, quæ tñ attenuat culpam, vt
10 ibi no. & ſic concord. Idem dico de c. quiſquis. per † quę concludo, ꝙ metus p̄dōnalis nō excuſat ab excōicatio ne cōmunionis, vt hic, nec ab irregularitate rebaptiza tionis, vt in c. eos. nec a periurio, vt in c. quiſquis. ſed oī caſu dico, ꝙ ſi iuſtus eſt. i. qui potuit cadere in conſtan-
11 tem, culpa attenuat, vt hic. ¶ Secundo † op. de cap. quod prædeceſſor, & anteceſſor. quæ alleg. penulti. gl. ipſa glo. dicit illud indultū a canone, & in aīarum ſalutem. dicebāt Hoſt. dici poſſe ꝙ participanti per metū, ſi iniqui
b tati non conſentiat, nullum corā [b] Deo eſt detrimentū, vt ibi. tñ quātum ad eccleſiam eſt excōicatus minori, vt hic, & ſic diſcordant iudiciū Dei, & eccleſiæ, de ſen. excom. a nobis. ij. eo. ti. inquiſitioni. de ſpon. tua. cum ſi.
12 iij. opponitur forti mō. Et circa † tertium notabile certū eſt viator, vel peregrinus ſine pœna excōicationis p̄p neceſſitatē victus communicat excōicatis per quotū terram tranſit. Idem in creditore ipſius excōicati, ne ſi bi pereat, quod ille dēt. hæc patent xj. q. iij. qñ. de ſentē. excō. inter. & c. ſi vere. de iudic. intelleximus. ſicut ergo ibi neceſſitas vitæ, vel rerū conſeruandarū excuſat, ſic & hic, cum metus infertur ad priuationem vitæ, vel re rum, excuſare dēt. imo mirum vr̄, ꝙ neceſſitas vitæ ſer uandę ꝯ famem excuſat, & non neceſſitas vitæ ſeruan dę cōtra gladiū. Item ꝙ excuſat neceſſitas recuperandi qd̄ meum eſt, vel mihi debetur, & non excuſat neceſſi tas conſeruandi. ſo. ſi intelligeremus hanc decre. de cō-
c munione, quæ inducit excōicationem maiorem, [c] vt ſ. dicā, ceſſarent hæc ꝯria. & ſ. proxi. vel dicamus, quod tangit gl. ꝙ illud ſpāle indultum ꝯ rām nō eſt habilitandū ēt ad caſus eiuſdē, vel ſimilis æquitatis niſi p prin
d cipē. ff. ſo. ma. l. ſi vero. [d] §. de viro. de priui. ſane. de reg. iu. q̄ a iure. lib. vj. de reg. ꝙſtōnē. e. lib. quod dr̄ de repe. debi
13 ti, reſpicit odiū excōicati. ¶ Quarto † op. Hoſ. de decre. ſi gnificauit. ſ. de ſent. exc. ibi, metus excuſat ab excōicationis pœna. ſoluit ipſe, ꝙ licet excuſet a ſnīa, & a pęna vt ibi, non tamen a culpa, vt hic. licet enim papa quem libet poſſit a ſententia ſua eximere. xj. q. iij. quoniā. non tamen licentiam peccandi dare, vt no. de concef. præb. propoſuit. inobedientia vero ſecundum omnem legē eſt peccatum, alleg. no. de transla. c. ij. §. ſed neque. ſed ſo. non videtur ſufficiens, cum ſoluat ſolum partem illam, qua hic dicitur, quòd metus non excuſat culpam. Vnde dic, quod decre. illa inducit ſpecialem caſum excommunicationis, cuius abſolutionem ſibi papa reſeruat. In quo v. requiruntur, & inter alia ſpontanea communio, vt ibi dicam. hic loquitur de generali ſententia

ſententia iuris, qua ligatur maiori vel minori cōicans in crimine, vel extra crimen, & tali ſentētia bene ligaretur is, de quo loquitur prædicta decr. licet per metū cō-
c municaret, vt hic. [c] ¶ Quīto † opponebat Vin. de quadā
14 decre. de immuni. eccle. quoniam. §. ſi vero, quam hodie non habemus, & erat in compilatione ſecunda. vbi dicebatur, ꝙ ſi a domino, vel aliquo potente vis fuit illata hoſpitii in hoſpitando excommunicato, ipſe hoſpes reus no erit. So. ſupplebat ipſe Laur. & antiquo, Hoſpes,
f tantum, [f] vel intelligebatur de coactione abſoluta ſecun
15 dum eos, & ſic concor. huic. ¶ Ad † quæſtiones veniens primo quæro, quæ ſit abſoluta coactio, & quæ conditionalis, & ipſarū exempla. Solutio. abſoluta coactio proprie cadit ſub illa denominatione deciſa de antiquo edicto prætoris, vt no. ſ. c. proximo, & eſt maioris rei impetus, cui reſiſti nō poteſt. vnde habet in ſe attractionem, vt dicit textus. & ſic fit per manuum attractionem, vel detentionem, exemplum, vt dicit hic Boa. inuitus trahor in eccleſiam ad andiendam miſſam excommunicati, vel cum excommunicatis ibi audiētibus, vel ibi exiſtēs de ineor inuitus, nec per mittor exire. vide ī bap. Iudęum, vel paganum inuitum Chriſtiani veſtibus exuunt, ad fontes portant, & illum baptizant, vel hæretici per eundem modum rebaptizant Chriſtianum, vel cogunt illum idola thurificare aperiendo manum, ipſius imponendo thus, & demum ipſam manum reſoluendo ſuper prunas, quæ ſunt ante idolum. l. diſtin. presbiteros, j. quęſtio. prima. conſtat, de bapti. maiores. §. vltimo. detinetur acolytus inuitus coram epiſcopo, per quem fit ſubdiaconus, veſtitur quis inuitus veſte religioſa, vel veſte profeſſorum, & his ſimilia. Coactio conditionalis proprie cadit in metum, quando propter inſtans, vel futurum periculum aliquid ago, quod ſponte non agerē, vt ſi timens mortem, vel membrorum truncationem, rerum cōfiſcationem, vel aliquid ſimile, ago aliquid de ſupradictis, vel ſimilibus ſine attractione abſoluta, & hoc caſu procedit, quod dicit canon, coacta volūtas, vo luntas eſt, xv. quæſtio. prima, merito. certum eſt enim, ꝙ hoc caſu volui cōmunicare, baptizari, rebaptizari, thuri ficare, vel ordinari, vt periculum illud euaderem. Primo igitur caſu in abſoluta nec mereor, nec demereor, vnde nec recipio ſacramentorum characterem. Secūdo caſu, ſ. in conditonali circa illicita demereor, circa ſacrame talia, & licita non mereor, tamen recipio characterem, in præallega. decre. maiores, vbi etiam no. an conditionaliter coactus ad ſacrum ordinem, continere cogatur.
16 Secundo † quæro, an vbi cadit abſoluta coactio, cadat cō ditionalis, & e contrario? So. dico, ꝙ vbi cadit vel interue nire poteſt abſoluta, & conditionalis, ſed non conuerti tur. hinc eſt, ꝙ in emiſſione verbi non poſſet interuenire coactio abſoluta. vnde ad iuramentum verbale non poſſet abſolute quis cogi, ad actuale ſic. puta, ponere ma num ſuper librum iuramento mihi delato, vt dicam. ſ. de iureiuran. verum. Inde eſt, & ꝙ in verbali deſpōſatione non poſſet interuenire abſoluta coactio, ſed in actua li per annulū bene. poſſet enim minus attrahi, ſed non verbum. item videtur abſoluta coactio coniunctionis ſexuum, vel oppreſſio ad copulam cadere in mulierem & non in virum, vt dicam. ſ. de ſpon. is qui. non nego, quin vir per ſodomiam poſſet abſoluta coactione ſtuprari. ſ. de rap. in archiepiſcopatu. horū rationes patent.
17 ¶ Tertio † quæro, de quo metu intelligatur, quod hic dicitur. So. Dicit Inn. quoſdam intelligere de metu vano, alias omnino excuſaretur participans. ipſe, & Hoſtien. contra, vt intelligatur etiam de illo, qui cadere potuit in conſtantem. & ſatis videtur quæſtio ſolui per textum, qui dicit, pro nullo metu. metus ergo iuſtus attenuat cul
18 pam. ſed incidenter † quæro, an vanus attenuet, & apud Deum nō dubito, ꝙ etiam vanus attenuat, licet non tā tum, vt iuſtus. certū eſt enim, ꝙ meticuloſus, qui timore, licet vano, ductus agit, quod diſplicet, minus cōtemnit, quam ſponte agens, ergo minus peccat, iuxta no. xl. diſtin. homo Chriſtianus, & ſ. de iureiuran. cum quidā-
19 ¶ Quarto † quæro de qua communione hoc intelligatur, an de illa, quæ inducit minorem tantum, quæ fit in oīone, conuiuio, & ſimilibus, an de illa quæ inducit maiorem, quæ. ſ. fit in crimine, vel cum excommunicato cū participib. Dicit Inno. quoſdam intelligere de ſecunda. vnde Tan. & Aegy. intellexerunt de communione in crimine, ſed ipſe Inno. & Hoſtien. tenēt contrarium, ꝙ intelligatur de prima, & ſic communiter ſolet legi. licet fortiter obſtet, quod dixi in tertia oppoſitione, & facit quod dicam in proxi. quæſtione. ¶ Quinto & vlti-
20 mo † quæro, an ſcienter communicare excommunicato in caſibus non permiſſis ſit peccatū mortale, & hic videt expreſſum, ꝙ ſic, ad idem. xj. q. iij. rogo. vbi dicitur talis communio eſſe contra animam communicantis. ad idem de exceptio. exceptionem, & c. pia, li. vj. & ſ. de homi. ſicut dignum, §. illi præterea. ad idem tripliciter de cler. excom. mi. c. fi. primo in eo, ꝙ ibi dicit, ꝙ grauiter peccet celebrando, & ſic in mortali, de celebratione miſ. de homine. ſecundo colligitur ex eo, ꝙ ibi dicitur, eum ineligibilem, quod non inducit veniale. Tertio ga per hoc excommunicatur maiori, ſed maior non inſtigitur niſi pro mortali. xj. q. iij. nemo epiſcoporum, & c. ſequen. concluditur ergo, quod eſt mortale per eundē modum inducitur, de ſenten. excommunicationis, ſtatuimus, lib. vj. Item talis communio prohibita per excō municationis pœnam, quæ priuat participatione ſacramentorum. xj. q. iij. ſicut apoſtoli, & tribus c. ſequentibus de ſen. excommuni. cum deſideres, ergo ex contemptu prohibitionis. lxxxj. diſtin. ſi qui ſunt, in fi. & qualitate pœnæ, quæ pro venialibus non inſligitur, de conſe. diſtin. ij. ſi non ſint, iudicabitur mortale, ad hoc. xxiij. quæſtio j. non afferamus, in fi. Item hęc communio deſcribitur ſub nomine criminis. xj. q. iij. qui merito. Sed cri-
g men eſt graue peccatum. [g] lxxxj. diſtin. c. j. ergo mortale. Item ipſum ſe ingerere communioni, videtur in communicato mortale, de cleri. excom. mi. illud, in fi. ergo excommunicati. Item inducitur auctoritas Apoſtoli. j. ad Chorint. v. vbi, auferte malum de vobis ipſis. xlv. diſtin. ſed illud. ij. q. j. multi. ſed illud, auferte, eſt imperatiuum, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri. xiiij. q. j. quod præcipitur, de verb. ſigni. in his, ergo obligat ad mortale. vltimo videtur expediēs, ne hac opinione fruſtretur cē ſura eccleſiaſtica, quæ maxime in hac pœna conſiſtit, propter quod licet interpretari in duriorem partem, de ſenten. excommuni. ſi quem. in contrarium, quia certis perſonis etiam non aſtrictis, vt peregrinis permittitur iſta communio, xj. q. iij. quoniam, de ſenten. excommuni. inter, & c. ſi vere, ergo de ſe non eſt mortalis. Item ſi omnis communio induceret mortale, fruſtra diſtingue retur inter communionem criminis, & extra crimen, de ſenten. exc. nuper. So. diuerſa inuenio circa hoc ſcripta. Gof. in ſumma, de ſenten. excom. §. vlti. verſi. quæritur, an peccet, tenet ꝙ ſic per hanc decre. & per rationē
h illam excommunicari poteſt maiori. quod dicit [h] ſe intelligere cum determinatione decr. ſi celebrat, in fi. Ray. in ſumma ipſius ti. ad finem, verſi. quid ſi aliquis communicat, tenet, ꝙ peccat mortaliter, maxime ſi ius nouit, vel ſi eſt clericus, per c. xj. q. iij. excellentiſſimus, & c. vlti. & per hanc decre. & dicit, contrarium tenentes blādiri peccatoribus in ſtragem, & periculum animarum & pro hac opinione facit, quod, narratiue tamen, no. In
i nocen. de dolo, veritatis, in vlti. [i] gl. de excep. c. ij. & facit quod no. in c. ſi celebrat, in iij. glo. & per Inn. & Hoſtien. ibi in ſuis primis gloſſis. Hoſtien. in ſumma eiuſdem tit. §. vlti. ver. Sed nunquid participans, tenet, ꝙ participans contra prohibitionem canoni s, niſi hoc faciat nimis frequenter, vel in contemptum canonis, veniaIiter pec cat, communicans vero contra prohibitionem homi-
k nis ſpiritualem, [k] vel generaIem, mortaliter peccat, & ꝙ bat, quia ante prohibitionem hominis non poteſt excō municari, poſtea poteſt, ergo prius non eſt mortale, po-

ſtea ſic ꝑ decre. ſtatuimus, co. tit. li. vj. ſic dicit intelligēdā hāc decre. ſi celebrat, & c. excellētiſſimus. ipſe ēt hic, & in p̄dicta decre. ſtatuimus. tenet idē, Pe. in decre. ſi celebrat, quam Abb. hic ſequitur, dicit meliorem eſſe opinionē theologorum, qui dicūt, ꝙ talis nō peccat mortaliter. ad hanc decre. reſpondet, quod loquitur de excommunicatis cum participibus, quod patet per decret. ſacris, de ſen. excommu. quæ eſt pars huius, & c. ſi nō ſint, de conſe. di. ij. & ſimilibus reſpondet, ꝙ ſæpe excluditur a ſacramentorum participatione, qui non eſt in mortali, alle. de pœn. omnis. facit quod no. de ſenten. exc. ſi quē. ad rationem Goffre. ꝙ propter hoc excommunicatur, id verum ſecuta cōtumacia, aliter non. Archid. in præ. c. rogo. xj. q. iij. recitat fratrem Tho. ſuper iiij. ſententiarū hoc tenere, ꝙ communicans nō peccet mortaliter, niſi communicet in crimine, vel in contemptum, vel in diuinis. Sed dicit Archid. ꝙ in duobus vltimis caſibus requirit admonitionem[l] mihi videtur, ſalua pace Ray. ꝙ communicare excommunicato regulariter ſit veniale, niſi in caſibus hic poſitis. Primus, quando id facit in cōtemptum clauium. Secundus, quando id facit in contēptum ſuperioris, & contra ipſius monitionem. Tertius, quando in crimine. Quartus, quando ille excommunicatus erat cum participibus per eū, qui hodie poteſt. ſ. per papam, & iſte poſſet in cludi ſub ſecundo. Quintus, quando in diuinis communicat, & præcipue in caſu de cre. ſignificauit, de ſen. exc. poſſet addi ſextus, quando nimis frequēter, argu. xxv. di. §. criminis, & iſte etiam poſſet includi ſub primo. & facit quod no. in Spe. de ſen. prola. §. vt autem, verſicu. quandoque etiam, in fi. alias non credo communicantem in oratione, conuiuio, & ſimilibus peccare mortaliter. alias, vt ſæpius dixi, magnus eſſet rigor iſte dicere, ꝙ ſi excommunicatum, cui in via occurro, ſaluto, vel reſaluto, vel per cōmunem forſan amicum inuitatum in conuiuio non euito, ꝙ per hoc ſim dignus gehenna infernali, quam inducit mortale. cum ergo potius ſe obiiciat hæc cōio ad feruorem
21 charitatis, quam ad charitatem, ergo dicatur† veniale quaſi cito veniens, vt ſcripſi in ſalutatione Sexti in gl. ſiue igitur ſummatur veniale, quaſi cito veniens, vel ſine quo præſens vita non ducitur, ſiue ſummatur vt veniæ cauſam habens annexam, vel vt dignum venia, de quo no. de pœni. diſtin. j. ſerpens, ſatis huic competit, vt dica-
m tur veniale. ad contraria[m] reſpondetur, ꝙ locum habēt
22 in prædictis caſibus exceptis. vnde decreta. iſta † intelligitur in iiij. caſuum prædictorum per decre. ſacris, quæ eſt pars huius, & ſic legendo ceſſabunt etiam aliqua ex contrariis ſ. ſignatis ad hanc decre. quæ alias plene non ſoluuntur. capitulū rogo, & duo conjuncta loquantur in caſibus exceptis. ſ. & ſaltem in vltimo. ad capitulum, ſi celebrat, in primo, & ſecundo inducendi modo dic, ꝙ id non inducit culpa communionis, ſed pœna. ad vltimum eſt reſponſum de maiori excommunicatione, & de ſacramentorum priuatione, per id quod. ſ. dixi ſecūdum Pe. quod dicitur deſcribi ſub criminis nomine, fateor in exceptis decreta. Sed illud, non probat, ad quod inducitur auctoritas Apoſto. vel intelligitur ſuaſiue, vel in caſibus exceptis, quod dicitur expedire, ne fruſtretur cenſura, verum in caſibus prædictis. in aliis non expedit propter periculum animarum. & in decr. ſi quem, non fit diuer. interpretatio culpę, ſed pœnæ.

ADDITIONES.

a ¶ Minor. Vide in c. cum deſideres, de ſen. excom. per Io. An. ſuper ver. communicare, vbi ponit verſus.

b ¶ Coram. contra hoc facit iſte tex. ibi, cum pro nullo metu. &c. & c. faciat xxij. q. ij.

c ¶ Maiorem. Vt cum quis in crimine damnato participat, de quo. j. q. iiij. & eſt ratio, quia non fertur niſi pro mortali, ad quod committendum nullus metus excuſat, xxij. q. j. faciat homo.

d ¶ Vero. Ibi vide Bar. & in l. ſi conſtante, in primo membro, verſic. ix. quæro. & per glo. & Bal. in l. fi. C. de pa. qui. fi. diſtra.

e ¶ Vt hic. Vide ibi latius Ioan. An. in c. ſignificante.

f ¶ Tanū. Quaſi velit hoſpitem & alios ligari tali os, qui ſunt in hoſpitio.

g ¶ Peccatum. Crimen eſt graue peccatum, quod no.

h ¶ Quod dicit. Scilicet ꝙ poſſit communicans excommunicato excommunicari maiori.

i ¶ In vltima. Vbi vide Io. An. in gl. ſua mag. verſi. ſcripſit hic Inno.

K ¶ Specialem. Facit, ꝙ mitius agitur cum l. quam cum miniſtro legis, ff. de arbi. l. Celſus.

l ¶ Admonitionem. Vide de ſenten. excom. c. ſtatuimus, lib. vj.

m ¶ Contraria. Cum conſtitutio continens præceptum, vel prohibitionē inducat, ſi contrauenitur, mortale, vt plenius no. de treu. & pac. c. j. ſuper glo. ij. & ius expreſſe prohibeat hanc communionem, non video quod illud non ſit mortale, & huic non reſpondetur.

SVMMARIVM.

1 *Metum paßo non ſubuenitur, ſi metus fuit talis, qui non debuit cadere in conſtantem. & quis excuſet, nu. 6. & 9.*
Diuiſio decretalis, ibid.
2 *Fatuitas quid, & quæ non excuſet, & quando cum dolo eſt compenſanda. & quæ pertineat ad ipſam, & nu. 3.*
3 *Promiſſio dolo extorta aliquando poteſt infringi.*
Iuramentum tamen non poteſt, niſi in caſu, & quo, ibid.
Deceptis quibus ſubueniendum, ibid. nu. 2.
Dolus quis excuſet, & omnis puniendus in pœnam doloſi, non tamen in lucrum fatui, ibid.
4 *Reſtitutio in priſtinum ſtatum multis modis petitur.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
Recuperatio, vel repetitio uenditi per impreſſionem, uel potentiā iudicis, vel dolo alterius, qualiter intentanda, ad uer. non eſt ueriſimile. cum ſeq.
7 *Suppletio gloſſarum.*
Ad regulam, uel ordinem qui poſſint, & qualiter ſe transferre, eodem nume. 7.
8 *Ad conſenſum præſtandum etiam ſuperior cogi poteſt, & quādo.*
9 *Excommunicationis metus, quo excuſet caſu, & eius effectus, in fi. & quando dicatur medicina, & bonum obedientiæ.*
Metus regulariter non excuſat, cum culpa præcedit, eod. nu. uerſi. nam regulariter.
Et an ſit iuſtus, arbitrio iudicis diuimendum, num. 10.
Commertio hominum carere grauis eſt pœna, eo. nu. & ver.
10 *Arbitrio iudicis committitur, an ſit iuſtus metus.*

CAP. VI.

1 VM dilectus. Caſus, Metū† paſſi metus fuit talis, qui nō debuit cadere in ꝙ ſtantem. Primo præmittit diffinitionis cauſam, ſoluit obſtantia, & diffinit. ſecundum ibi, non obſtante. tertium ibi, ſuper. [*Conſtitit*] per illorum confeſſionem, Pe. & Abb. [*Vtrunque*] ſcilicet ꝙ regulam ſeruent, & Ciſtercienſibus ſupponantur. [*Seductos*] a Ciſtercienſibus. [*Fatuitatem*] ff. † de iur. & facti igno. nec ſupina. ff. de ędi. edi. quæritur. §. fi. Hoſt. exponit fatuitatem, ideſt ſimplicitatem, animorum puritatem, & ſalutis conſequendæ facilitatem. ad hanc fatuitatem pertinet ſecundum Innoc. omnis promiſſio, inductio, & iuramentum, quę ſunt contra curſum inferiorum cauſarum, puta ſi promittatur, ꝙ a iuuene amouebūtur ſtimuli carnis, vel q̄ ſunt contra ius naturale, vel poſitiuum, vel regulam ſecundum conſtitutiones alicuius ordinis approbatā, vt patet hic. & j. de conuer. coniu. dudum, de reli. do. c. fi. &
3 quamuis† talis promiſſio per talem dolum extorta aliquando poſſit infringi, iuramentum tamen ſuper hoc præſtitum ſemper tenetur. ſi autem dolus talis eſſet, qui
a peritiſſimos falleret, ſicut in facto alieno, quod de facili cognoſci non poteſt, tunc ſuperior decepto remitteret iuramentum, quia fraus, & dolus & c. ſ. de reſcriptis, ex tenore. in fi. & c. plerunque. ff. de iur. & facti igno. regula. nec obſtat. xxij. q. iiij. §. ſed cum is. vbi habes, ꝙ Gabaonitæ deceperunt Ioſue in facto alieno, & tamen cogitur iuramentum ſeruare, quia ad fatuitatem Ioſue pertinuit ille dolus, quia Ioſue, & ſui de facili crediderunt, quod nō debuerunt, nā ſicut metus nō excuſat, niſi ſit talis, qui caderet in conſtatem virum, ita dolus non excuſat, niſi ſit talis, qui caderet in prudentiſſimum, & q̄nis etiam omnis dolus puniendus ſit regulariter in pœnam doloſi, non tamen in lucrum fatui. quod eſſet, ſi indiſtincte remitteretur ſibi iuramentum, immo ſicut iuſtum eſt, quod dolus cum dolo compenſetur. ff. de dolo, ſi duo, & culpa cum culpa, ff. de compenſatio. ſi ambo, ff. de eo, per quem factum eſt. l. fin. ſic fatuitas latæ
b culpæ cum dolo eſt compenſanda. nam & talis dolo cō paratur ff. depoſiti. quod Nerua. [b] ff. de ver. ſigni. latæ culpæ. alij dicunt, ꝙ nunquam remittendum eſt iuramentum, etiam ſi per dolum extortum ſit, ſecundum Inno. & de hoc no. ſ. c. ad audientiam, & duobus capitulis prece. ſecundum Hoſtien. [*Reſtitutionem*] quia petebant reſtitui in ſtatum, in quo erant ante votum emiſſum, Pe. &
4 Abb. [*Petita*] per† act quod metus cauſa, reſciſſoriā, vel de dolo, vt in priſtinum ſtatum reſtituatur, vt ff. de dolo, arbitrio. § j. ff. eo. ti. l. purat. § ex hoc, ſecundum Inno. Di-
c cit Hoſt. vel iudicis officium implorando, [c] vel ſimpliciter proponendo, de iudiciis, dilecte. [*Eis*] canonicis, luſu larū. [*Imponendum*] triplici de cauſa, quia iurauerant, quia metus allegarus non fuit probabilis, & quia dolus bo-
5 nus, & eis vtilis. ¶ Prima † gl. reſpondet per quæſtionem, & incidentem opinionem. quarta gl. rñ. per quæſtionē, & incidentem opinionem. ¶ Pe. glo. tractat multiplicem ſpeciem metus, & diuerſa circa ipſum auxilia. ¶ Vlt. glo. elicit tria notabilia, & cuique ſignat vnum cō-
6 trarium. ¶ Int iij. gl. [*ibi. l. iij. in fi.*] vide de reſti. ſpolia. ex parte, ſuper. iij. glo. [*& ibi. l. i.*] vide in c. ſi vero, ſuper. iiij. glo. ¶ In gl. pe. [*ibi. §. vlt.*] ibi, æquiparat adeuntem hæreditatem per metum verborum, vel mortis. [*& ibi, l. pe.*] incipit, ſi per impreſſionem, vide de renūcia. ſuper hoc, ſuper glo. C. quod metus cauſa. [*& ibi, l. vlt.*] vide de officio delega. c. i. ſuper j. glo. [*& ibi. §. vlti.*] vide de electio. bonæ. j. ſuper glo. ſi citati. [*& ibi, ſi quis firmo. §. vlt.*] vide. ſ. de vſu pal. niſi, ſuper vlti. glo. [*non eſt veriſimile*] vide de p̄ſum. quanto, ſuper. j. gl. [*& ibi pe. & vlt.*] vide ſ. [*& ibi, illicitas*] ſequitur, exactiones, & violentias factas, & extortas metu venditiones, vel conditiones ſine pretij numeratione prohibeat præſes prouinciæ. item no. quis iniquū lucrum, aut damnum ſentiat [*& ibi, medicus*] vide, de ęta. & quali. ad aures, ſuper glo. pen. [*& ibi. inferre*] vtendo iure licito, & honoris iur [*& ibi. §. magiſtratus*] vide de app. ſolicitudinem, ſuper glo. antepe. [*& ibi, eum qui. j. reſpon.*] filius proponens querelam, qui fraude ſcripti hæredis deſtitit, repetit, & proſequitur inchoatam. ¶ In vlt. gl. [*ibi, & eleganter*] vide, de empt. & vendi. cum dilecti, ſuper vlti. glo. [*& ibi, item Mela. in prin.*] vide de teſti. ſicut, ſuper. iij.
7 glo. ¶ In † glo. j. [*ibi, ſeruare regulam*] Dicit Inno. ꝙ profiteri poterunt hunc Ciſtercienſem ordinem arctiorem, de regula. licet. dicit etiam Hoſtien. ꝙ, vt ſinguli bene potuerūt tranſire ad arctiorē religionem, ſed remanentes in loco non poterant arctiorem regulam profiteri, nec ſe & locū ad illam transferre ſine diœceſani conſenſu, de eccl ędi. ad audiētiā. ij. de re. ec. nō ali. poſſeſſiones, de relig. do. inter quatuor, & eo. ti. c. vno, in fi. li, vj. requiritur etiam tunc omnium conſenſus, & vide quod dicā. de regu. ſuper eo, in glo. quamuis, verſi. aliqui tamen. [*& in fi.*] idem Gof. alle. j. de exceſſibus prelatorū, ſicut vnire. lxx. di. ſanctorum, & dicebat talem conſenſum hic
8 interueniſſe, dicebat † etiam, ꝙ ſi epiſcopus conſentire nollet, vbi hoc ageretur, ꝙ nullum ſibi prędudicium fie-
d ret, cogi poſſet per ſuperiorem. j. de iure pa. nullus. [d] viij.
e q. iij. Artaldus. [e] ix. q. iij. nunc vero. ¶ In gl. quæ ſiunt, [*ibi, non excuſat*] hoc dictum Ioan. cuius fuit hanc glo. ad li-
9 teram † poſuerunt Vinc. Tan. & Phi. & Gof. tenet idem, dicēs, ꝙ aut excommunicatio eſt iuſta, & ſibi imputet, qui talem ſe reddidit. aut iniuſtā, & ſic non timenda, ga non ligat. hoc etiam tenet Archidia. de ſen. excommuni. c. j. lib. vj. Sed ipſe idem gloſſator notat contrarium. j. de reſtitu, ſpolia. olim. iij. quod eſt verius, ſecundum Hoſtien. quia continet nedum corporis, ſed etiam animæ detrimentum. ij. q. j. de manifeſta. xj. q. iij. audi. nec ob. ſecūdum eum, ꝙ eſt medicina, quia illud, cum ſubeſt cā, vel propter bonum obedientiæ. alias quandoque plus aufert. vnde ſi pauperem presbyterum, de cuius promotione ſpes eſt, epiſcopus comminetur ſe excommunicaturum, niſi det x. certe iuſte timebit. xj. q. iij. ſententia. Bonaguida de hoc tractat nil approbans. ſ. c. proxi. tu di cas, ꝙ gl. iſta vera eſt in primo membro diuiſionis Gof. ſ. quando ſententia eſt iuſta, & tunc ſibi imputet, qui ſe talem reddidit. nam regulariter non excuſat metus, cū culpa præcedit. ff. quod metus cauſa, ſi mulier. ii. in ſecun-
f do membro, ſ. quando eſt iuſta, ſit vera gl. contraria [f] ad quod bene facit. C. de apoſta hi, qui ſanctam. ibi dicitur, ꝙ grauis eſt pœna eſſe inter homines, & hominum carere commertio. Sed hoc inducit excommunicatio. ergo timor excommunicationis eſt timor grauis pœnæ, ad id. ſ. de ſen. ex. ſacro, circa medium ibi, cum non leuis ſit culpa tantam infligere pœnam inſonti. ¶ In glo-
g pe. [*ibi, metus rerum*] vel impediendæ promotionis, [g] de iſti. cum veniſſent, ver. ipſe vero. [*& ibi, ſuſpicio metus*] imo ſuſpicabitur ibi periculum [*& ibi, interpoſitas*] & xv, q. vj c. j. vbi de hoc in j. glo. & Hoſt. remittit ad ſummam. c. ti. §. qualiter metus, ver. inueniō tamē. [*& ibi, Arbitrio*] Idem
10 Inno. & Hoſtien. qui †tenent, ꝙ ſi dubitetur, an ſit iuſtus
h metus, arbitrio [h] iudicis ponderantis circunſtantias erit hoc diſcernendum [*& ibi. i reſpon.*] hucuſque glo. lo. quam poſuerat, ſ. eo. ad audientiam, & quod ſequitur, fuit ad-
i ditio. ¶ In glo. vlt. [*ibi, conſtituit*] dic vt ibi no. & j. de conuer. cōiu. dudum, ad finem. [*& in fi.*] Io. ibi nō ſuper matrimonio, ſed ſuper abſentia reſtituitur, qui per alterius fraudem abfuit.

ADDITIONES.

a ¶ Tenet. Quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis &c, & in ipſius præſtatione non fuit dolus ſufficiens ad exhib, vel reſcindendum.

b ¶ Nerua. Ibi vide Bar. in repeti. & in l. j. §. non autem, ff. ſi quis te. li. iuſ. eſſe fuę. & per do. Bar. de Sal. in l. ſi iure ſuccurſum, C. depoſi.

c ¶ Implorando. Vide Ioan. An. de offi. iu. c. ij. ſuper fi. ij. glo. & Cy. Bar. Bal. & Saly. in l. fi. C. ex qui. cau. ma.

d ¶ Nullus. Vbi vide Io. An. in ſua glo. mag. alias autem, quando quis habet conſentire alicui actui, & ſi vult conſentire ſuperior, apud quem de hoc ſit querela cognita de minus iuſta recuſatione conſenſus, dat licentiam, vt ff. ſo. ma. ſi cum dotem. §. eo tempore, & ibi per Bar. & vide gl. & doc. maxime Bal. in l. cum non ſolum. §. neceſſitate, C. de bo. quę lib.

e ¶ Artaldus. Vel poteſt dici, ꝙ perſonas tuas poſſunt obligare ad obſeruantiam illius regulę, licet non ſciret locum, vel licet illi non potuerūt hoc ſcire, tunc ſibi etiam præiudicat propter talem ſubiectionem, vt in c. cum dilectus, & ibi hoc no. glo. in ver. adiudicatur. Bal.

f ¶ Contraria. Pro hoc, quia excommunicatio, quamuis iniuſta, timenda eſt, & in dubio ſeruanda per excommunicatum, & alios. xj. q. iij. quid ergo, cum ſi. facit. c. j. de ſen. exc. li. vj.

g ¶ Promotionis. Facit ad id, quod no. Cy. in l. interpoſitas, C. de tranſa. ꝙ excuſat metus amiſſionis magni lucri.

h ¶ Arbitrio. Idem no. gl. in præal. l. interpoſitas, & ibi Bal. & vide ad materiam gl. & quod ibi no. Bar. & Bal. & per Sal. in l. metum, C. quod me. cau. vbi allegat hoc dictum Inno.

i ¶ Conſtituit. An dolus in ſpiritualibus habeat vitiare, no. hoc in c. in noſtra, in glo. in ver. dolo, in c. in noſtra, de ſepul. & in c. ex parte, el. ij. in glo. in ver. cauſa falſa. ad hæc tex. optimus in c. veniens, & in c. dudum, in fi. de conuer. coniu. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Amiſſæ res probantur per iuramentum, probata uiolentia per teſtes. & num. 19.*
2 *Depoſita pecunia in ſacculo ſignato, ſi depoſitarius reſignauit, & neget ibi pecuniam fuiſſe, ſed lapides, uel tantum non fuiſſe, quid iuris. & quid ſi negat ſe ſoluiſſe ſaccum, nu. 3.*
Apertura rei alienę quem facit reum, ibid.
Dolo facere, uel renuere contumaciter pro eodem eſt, eod. num. 2. ver. pro eodem.
4 *De uiolentiæ cunctis ſpeciebus hic conſtitutum intelligitur.*
5 *Damni, vel amiſſionis occaſionem qui dedit ex iniuſtitia, damnum videtur dediſſe, etiam rex, uel dominus, & quando teneatur actione, quod metus cauſa, uel alia, & num. 6. 7. 8. & 10. vel ex furto, num. 9.*
6 *Leg. metum. ij. primi reſponſi intellectus.*
7 *Interdictum, unde ui, requirit uim factam.*
9 *Probationibus ſubueniendum, uer. idem placet.*
Probabilia argumenta ſufficiunt ob difficultatem, & impoſſibilitatem

tem probationis,ibid.
Quod potest,faciat homo in probando,ibid.
11 *Suppletio ad contextum fit per dictionem, maxime , & dictio. & debuit,num.12.*
Confessio tantundem valet,quanti testes,eod.nu.11.
12 *Appellatio simpliciter interponenda,si quis in nullo teneri se dicat, sed si imò aliquo , exprimendum grauamen.*
Appellatio a definitiua si fiat,vtrum omnia grauamina ueniant in appellationis cognitione,ibid.uer.tamen si.
A iuramenti,cuius meminit decretalis , delatione & præstatione tutius & uerius est appellare, si ex eo quis grauetur , quam a sententia definitiua,& ratio,ibid.uer.alij dicunt.contra quos et quibus præstandum,num.21.& 22.
A iuramento eiusmodi oritur actio & exceptio,ibid.
Ex iuramento si quis grauetur,quibus ei modis prouideatur , ibid. uer nam etsi postea,& quod sententiæ,& quod probationi comparetur,eodem in loco,& quod reuocari possit a deferente iudice,num.13.& tribus sequen.
13 *Taxationem suam ex iuramenti factam quo casu queat reuocare iudex,& nu.14.15.& 16.& quando facienda,nu.22.*
14 *Auctẽ.de iudicibus.§.oportet.intellectus.*
15 *Sententiam suam quando iudex reuocare possit, & supra num.13. & a reuocatione eius potest appellari,nu.15.*
17 *Manus,bonum est refrenare,& ratio.*
Violenti variis puniuntur iuris partibus,& quibus, ibid.
18 *Epilogus,& suffragium glossarum,nu.19.*
Interesse ex maleficio per iuramentum, ex contractu uero per testes,& nume.20.
20 *Additio glossarum.*
Interesse mea difficile probatur, & loco eius,quod interesse possit certam pœnam stipulari,consiliatur,ibid.
Patrimonij secreta cuilibet non reuelantur,quod dominus non præsumitur ignorare,ibid.uer.quia nec secreta.
Dies quandoque creditur,qui est pauper.
Pauper è contrario,ibid.
22 *Ex personarum qualitate negotium credendum.*

CAP. VII.

a SVper eo, Casus. Probata † violentia per testes,res amissæ probãtur p iuramentũ.Et in prima,partis cõque stio.In secunda, papæ responsio ibi, verum.

1 [*Violentiam*]quid si † p dólũ, vt si saccus cum pecunia de positus est penes aliquem signatus,lit.conte.a depositario, cum esset conuentus actione depositi, reddit saccũ designatum,& confitetur seipsum aperuisse,& resignasse,sed dicit,q̃ plenus erat lapidibus,non pecunia,vel negat tantam pecuniam ibi fuisse,quãta petitur. probationes deficiunt , quid erit? Dicunt quidam,q̃ cum in act. depositi veniat dolus,& perfidia,vt legitur & no.ff.depo. c.j.probanda est veritas per iuramentũ petentis, taxatione præhabita,vt hic dicit,ar.ii.q.j.in patris.ff.depositi.l.j. §.si cista signata,secus, si ex contractu conueniretur,ar. ff.de ædil.edic l.ædiles,ibi. §.ij,& iij. Alij dicunt, q̃ furti agendum est,& cõdemnabitur ad restitutionem sacci signati.q̃ si non restituatur,iurabitur in litem cõtra depositarium.ff.de in litem iurã.l. ij.& iij. ff.de rei ven.qui restituere,pro eodem enim habendum est contumaciter renuere facere restitutionem,cum possit,vel dolo facere, quominus possit.ff. quod vi, aut clam, semper. §. eum.quia verum est,nisi cõstaret,q̃ saccus esset resignatus,tunc enim non condẽnaretur ad restitutionem sacci signati,Sed statim contra ipsum deferetur iusiurandũ in litem.ff.de dolo,arbitrio.j. respon.& §. non tamen,ff. depositi.l.j.§.item Pompo.& §,si pecuniam in facco signato.ff.de peti.hæredi. qui se liti obtulit,ff.de condi.furtiua,in re furtiua, & est hoc verum,quando apparet depositarium furtum commisisse.tunc enim iuratur in litem,quantum saccus signatus valebat,quando furtum factum est,& saccus apertus, ff. depositi, si sacculum. ff. de in litem iuran.cum furti.nec mirum,quia etiam nonne hominis mortui,in cuius restitutione mora interuenit,iuratur in litem. ff.de in litem iurã.in actionibus. §.fi.quia hæc vera sunt, nisi in apertione dolus interuenit, vt in eadem l.in actionibus . Sed & si dicat non interuenisse dolum, non creditur ei, cum præsumptio sit contra ipsum ex eo, q̃ contra probationem.l.facit, nisi hoc probauerit,ar.ff.de præsump. c.j.& de hoc no. 3. de
3 elec. cum in iure.¶ Quid si † constat , q̃ saccus fuit sibi datus signatus, negat tamen se soluisse saccum? Respon. non creditur ei,nisi præsumptionibus verisimilibus,vel aliis probationibus probet se innocentem,ar.ff.depositi, quod Nerua, & in l.j.superius alle. potest & illud dici,q̃ contra hunc depositarium agi potest ad exhibendum, & si signatum nõ exhibeat, vt recipit,iurabitur in litem contra ipsum. ff.ad exhibẽdum,Iul.scripsit. j.respon.§.j.
4 &.§.sed & quis,& l.iij.§.j.sed & quod hic† dicitur de violentia,locum habet, siue sit expulsiua, siue ablatiua, siue compulsiua, vt ex hac decr.colligi potest,& ex.l.C.vnde vi, si quando. frustra enim poneretur sub hoc ti. nisi & vim comprehẽderet compulsiuam. & idem videtur de inquietatiua,ff.quod vi,aut clam,semper.§.pe.& de turbatiua.generaliter enim hæc decre.loquitur,& dicta.l.si quando.ergo & generaliter debent intelligi,ar.ff.de test.
5 relatum. ij.respon.cum suis concor¶. Quid† si aliquis rex,vel dominus terræ iniuste banniuerit, vel diffidauerit aliquem subditum, vel aliũ,propter quod omnia bona mobilia,& immobilia bãniti , vel diffidati sunt non solum per dõm,sed etiam per alios occupata, & multa alia damna passus est, nonne tenetur dominus de omnibus his† lta videtur, quia eius metus fuit occasio amissorum. vnde & actione, quod metus causa, tenet. ff.e.ti.si cum excep.§. Pedius, & §.in hac actione,& §.hæc autẽ actio,& §.quadruplicabitur,& §. Iul. ff.de incẽ.rui.nauf. l.ne quid ex naufragiis, alle. Abb.decre.olim.ff.de iniur.
6 Nec† ob.q̃ si quis audiuit armatos venire,& fugit,& occupatur fundus,cessat quod metus causa.ff.e.ti.metum. ij.respon. j. quia ibi loquitur de vano timore.vecors enĩ est,qui audito,q̃ armati veniunt,statim fugit.põt enim esse,q̃ non veniunt contra ipsum. ff.de vi & vi arma. l. iii.§.qui autem visis armatis. sed si armati præmitterent ei,q̃ contra eum irent,quod raro fit,quia esset cõtra cõsuetudinem, si quem præmunirent, hoc dico,quãdo ea intentione irent, q̃ aliquem spoliare vellent,vel alio pbabili modo suspicari posset,tunc bene haberet locum actio quod metus cau.& tenerẽtur armati de omni dãno,quod eorum occasione vim passus sibi contigisse iu
7 raret,ar.hic,& in dictis legibus,& ij.q.j.in primis.nõ† tamen propter hoc tenerentur venientes interdicto, vnde vi,nisi res occuparent,quia interdictum vim factam requirit. ff. de vi & vi arm.l. iij. §. qui armati venerunt,& seq.ff.de incen.rui.nau. l.iij.§.non solum, secundum. Innocen. cuius est glo. quam etiam posuit Hosti. [*Spoliatum*]rebus† mobilibus,vt si mercator spoliatus fuit ĩ ne
8 more.probauit enim res,quæ erant in mantica,& valorem ipsarũ suo sacro taxatione præmissa,& hoc innuit lex,si quando,dum dicit,Abreptis, respectu mobilium, vel inuasis,respectu immobilium,ad hoc Insti.de vsucapio.§.furtiuę,& §.quod autem.ij.secundum Hostien.qd
9 † si non spoliauit , sed furtiue subtraxit? Dixit Innocen. quosdam dicere ibi non habere locum, quod hic dicit, sed ipse dicit,q̃ non videt diuersi.rationem. Idem placet Hostien.cum subueniendum sit probationibus,& malicia punienda.Item & propter difficultatem & impossibilitatem probationis, etiam vbi non est cõmissa violentia, sufficiunt probabilia argumenta, de cleri.pe.c.ij.
b & fit alias probatio solo iuramento.C.de ali.pu.ᵇ præstã. l.ij.ff.vbi pu.edu.debe.l.officio.& faciat homo,quod potest.xxij.q.ij.facit ad id.ff. de testibus,carent,& C.de hæ-
10 reti.quoniam,in fi.putãt† idem prædicti in domino rerræ, qui iniuste banniuit, vel diffidauit, vt prędixi in glo. proxi.[*Arbitramini*] secundum Goff. vel appellauerant, vel restitui petebant contra sententiam.ff.de iudi.si prætor[*Contra vos*]interdicto,vnde vi,vel actione,quod metus

tus causa conuentos,secundum Innocenti.[*Processum*] per iudicem, qui vos condemnauit[*per testes*]maxime.
11 nam † idem, si per confessionem. vnde lex non distinguit , quomodo fuerit patefacta , Hostien. [*Ipsius*] spo-
12 liati, vel violentiam passi.[*Potuit.*] & † debuit, Hostien. [*Ab ipso.*] scilicet iudice , & si ex taxatione quis putat se grauatum, appellet, simpliciter , si in nullo putat se teneri, vel expresso grauamine excessus , cum in aliquo tenetur.tamen si non appellet a taxatione, vel iuramento,sed a sententia tãtum, hæc omnia venient in cognitione ipsius appella.quem interponit a diffinitiua iecũdum quosdam,de iureiurãdo.l.generaliter, §.finautem. & secundum hoc sufficit appellare a sententia,quæ cassata perditur omne ius quærendum a iureiur.ex quo procedit sententia , cum totum sit vnum constructum, ad hoc in Auth.de iudicibus.§.oportet,col.iij.C.de duobus reis.l.pe.ff.de mi.l.iij.§.pe. Alij dicunt,quod si reus credit actorem plus iurasse, quam debeat, a delatione,& præstatione talis iuramenti est.ff.decendium appellãdum : nec sufficeret appellare a sententia,quæ forte nunquam feretur ff.x.dies . sed si forte ff.x.dies feratur,nec prodest, nec sufficit a sententia appellare, quia ex iuramẽto iam præstito orta est actio in factum.ff.de iureiuran.sed & si seruus.C.de rebus creditis. Actori,quæ non perdetur,ẽt si contingat cassari sententiam, vel ap. ab eo factam p-
c nunciari† iniustam. hoc tutius, & verius est, vt patet in eo,quod legi.& no.ff. de re iudi.quod ad consul.nam & si postea non sequeretur sententia, nõ prouideretur grauato ex iureiuran.nisi in casibus,ff.de iureiur.admonẽdi,& C.de rebus credi.l. j.& fi.hoc autem intelligas verũ esse,quando quis iurat id quod petit, suum esse,vel non esse,sibi deberi , vel non deberi. nam ex tali iuramento oritur actio, & exceptio, vt dicunt prædicta iura, secus autem est vbi dicit se tantum expẽdisse, vel tantum sibi datum fuisse.hoc enim iuramentum non comparatur
d sententiæ,sed succedit loco probationis.vnde nec ex eo solo oritur actio, vel exceptio.quare & in hoc casu[d] sufficit,q̃ a sentẽtia appelletur.de tali loquitur hic & auth. de iudicibus.§.oportet.vnde & potest saluari prima opi-
13 nio in hoc casu.¶ Quid† si iudex post iuramentum præstitum cognoscit se in taxatione errasse,nunquid poterit hoc reuocare, & errorem suum corrigere? Aliqui dicunt q̃ non,vt in Authẽ. de iudi. §. oportet,col.vj. Inno.contra,arg.ff. de iudi. quod iussit. ff. de acc.qualiter.j. ff.de pur.vul.c.ij. ff. de senten.excommuni.sacro.§.fina.l. respon.& facit, quod no.in Specu.de expen.§.fina. versi-
14 cu.porro.nec† ob.dictus.§.oportet.quia loquitur,quando taxatio est legitima , nec reuocata ante condemnationem ex causa.Nos autem loquimur,quando ante condemnationem ex causa vera , & rationabili reuocatur.
15 Sed† & sicut in delatione, seu taxatione,sic & a reuocatione,nedum a sententia appellari potest.in quo casu & correctioni locus est,ad hoc.ff.de appel.cum cessante,ar. ff.de sen.excõ.sacro,§.si vero iudex. & hoc locum habet in iuramentis, ex quibus non oritur actio, vel exceptio.
16 in aliis† autem sicut nec liceret iudici reuocare sententiam,ex quo ipsam tulit,§.de off.deleg.in literis , sic nec iam præstitum iuramentum, nisi in casibus. ff.de iureiur.admonendi,& §.no. secundum Inno. cuius est hæc quasi tota glo.quod delegato iudice verum est indistincte,secundum Hostien. Ordinarius autem potest suam
* sentẽtiam reuocare,quod dic,vt legi,& no.ff.de ac. qna-
e liter.c.j.i. respon.[*Negotij*]& loci,an sit verisimile,q̃ in eo
17 loco talia tenuisset.[*Condemnare*] bonum † est ergo refrenare manus.puniuntur enim violenti per edicta, interdicta, responsa prudentum,constitutiones principum , de quibus no. §.c. proxi. remittit Hostien. ad summam eo.ti.§. qualiter retractetur. j.respon.& sub j.§.¶ Prima
18 † glo.ponit differentiam circa interesse &c. secundo cui parti rubricæ adaptetur capitulum.tertio quærit oppo-
19 nendo,& dupliciter respõdet, ¶ In† gl.j. [*ibi,§.non solum*] vide de foro compe.dilecti, in vlt.glo. [*& ibi,si in empt.*]

probat minor ipsius interesse rem ab eo emptam, vt quæ fuit maior suorum[*& ibi,Argentarius.§.fi.*]quod subtracto,vel corrupto instrumẽto probare non potui,& ideo causam perdidit. quandoque nunc aliis instrumentis, aut testibus,quibus tunc vti non potui,probare possum. [*& ibi,In bonæ*] vide in præal.c.vlti. super.j.glo. ¶ In vlti. glo.[*ibi,legitimos*] vide, de iureiu.c.fi.super glo.pe.[*& ibi,*
20 *nonnunquam*]vide de dila.c.i.& iij.& super glo.ii. ¶ In† gl. j.[*ibi,probandum est*] ff.ti.proxi.c.i.& quia id est difficile,solet dari consilium,q̃ loco interesse certam pœnam contrahens stipuletur, per l.ii.ff.alle.& per.l.fi.ff.de præto.stipu.Host.vide in Spe.de fruc.& inter.§.fi.ver.pe.[*& ibi,non possent*] quia nec secreta patrimonij cuilibet reuelantur, imo quandoque creditur diues,qui pauper est,& econtra,insti. qui & ex quibus causis ma. non pot.§.in fraudem,in Auth.de nup. §.quia vero hactenus, col. iiij.sed dominus hoc non præsumitur ignorare . C. de rescin.
21 ven.quisquis.[*& ibi.*]idem in casibus† in Auth.de col. §.super eo,& §.de col.ix.ponunt casus de præside prouinciæ,qui post depositum officium non manet per dies, & in iudice ad aliam administrationem; vel prouinciã vocato, qui non dimisit procu. contra istos enim iuratur per damnum passos ab eis,secundum Gof ¶ In glo.
22 vlt.[*ibi, vel diues*] vnde † si muliercula diceret se habuisse scyphos argẽteos , vilis mercator pciosas margaritas, grammaticus libros iuris & sacræ paginæ, non crederetur. dicit etiam Hosti. considerandas personas reorum, an talia facere consueuerint,nec ne.

ADDITIONES.

a ¶Probant.Et hoc insurgit ex eo,quia ista non sunt probabilia.protestetur per iuramentum,q̃ non est necesse ea singulariter in libello exprimi,vt not.Inno.in c.cũ dilectus,de ordi.cogni. & ad ista,quæ hic dicit Inno.ſ.quando arguitur dolus aduersarij, vide Bar.in l.in actionibus, C.de in li.iur.dum dicit de validia, qui contrariatur,vt in l.fi.ff.fur.aduer.mali.cau.c.j.l.fi quando,C.vnde vi.Bal.
b ¶De ali.pu.Casus autem fortuitus an probetur iuramento,vide Io.An. in c.cupiẽte .§.quod si,& per Bar.in l.ij.§.quod diximus, ff.si quis cau. & per D.Bar.de Saly.in l.fina.C.de fide instru.& vide Io.An.in Spe.de ap.§.nunc breuiter,ver. quid ergo,& vide Bar.in l.scire oportet.§.fusticit.ff.de excu.tut.
c ¶Pronunciari.Pro hoc facit, quod no. gl.in l.fi cum excep.§.hoc autẽ, & ibi Bar.ff.quod me. ca. & vide Bal. in l.lancimus, C.de iudi.& Par. in repeti.c.fi.de dolo & contu.vide Bar. ff.de in lit.iur. l.in actionibus.
d ¶Hoc casu. Et hoc tenet Bal. in auth.sed hodie, C.de iudi. facit quod ipse no.in l. quæstionem, C. de fideicom. & in tali iuramento,de quo hic in isto c. non habet locum l.admonendi,ff.de iureiur. vt possit retractari, vide ibi Bar.
e ¶Qualiter. Ibi vide latius Io. An. super gl.j.& ibi vide distin. Io.Calde. & vide Bar.in l.quod iussit,& l.iudex,ff.de re iudi.

¶De in integrum restitutione, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio,siue dispositio tituli.*
Titulus hic quos casus comprehendat,ibid.
2 *De restitutione eiusmodi in decretis , Sexto , & Clemen. & alibi agitur .*

1 ¶Viso† de quadam speciali restitutione,quæ datur ratione metus,videnda est materia restitutionis in integrum in genere, sub quo comprehendit de restitutione ecclesiarum,& hoc vt plurimum.Item minorum,ff. eo.con-
2 stitutus,& c.pe.& maiorum.ff.c. ex literis.de† materia.ij. q.iij.in fi.& xxxv.q.ix.per totum. repetitur autem rubrica.in vj. & in clemen. cui conuenit, de officio iu.c.ij.de priuil.cum olim.iij.ver. nos igitur,de rescri.quãuis,li.vj.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia restituitur contra contractum aliàs legitimè celebratum, & quando .*
2 *Interest quod nostra,& prouenit ex contractu probandum per testes,secus si ex maleficio.*
3 *Facere & omittere differunt in iure .*

Expensa-

Expensarum, & laborum colonorum habenda ratio in restitutione possessionum, ibid. & nu, 4.

4 *Innocentius confusionis arguitur.*

5 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 6.*

Restitutio quibus non detur casibus. in prin. & num. 1. quando non præiudicet, §. in glo. antepen. ex ea nec damnum, neque lucrum quis consequi debet, §. in glo. ult. expensæ restituendæ, & quæ, ibid. nu. 3. & 4. necessaria quibus. nu. 8. 9. 10.

Verba restitutionis generalia edicti, nu. 10.

7 *Additio glossarum.*

Læsio an dolo aduersarij, an sui facilitate contigerit, non tenetur exprimere ecclesia, & an plures eius causas possit exprimere, vel vna expressa alteram prosequi, remiss. eo. nu. 7.

8 *Inter minorem, ecclesiam, rempublicam, & ciuitatem sint ne quædam differentiæ, & quæ, & quæ aduersus eum, eas ij currant præscriptiones, & an usucapio. & nu. 9. & 10.*

9 *Auct. quas actiones, & auct. constitu. hec innouat, intellectus.*

11 *Alienatio rei ecclesiasticæ etiam in illicito casu facta, dummodo forma seruetur, & quæ, tenet.*

CAP. PRIMVM.

a 1 REquisiuit. [a] Ecclesia † restituitur ꝺ cõtractũ alias legitime celebratum, si enormiter ex illo sit læsa. communis diuisio. secunda ibi, Noueris. [*Possessionibus*] ecclesiarum [*laycis*] vel clericis [*concessis*] ab episcopo, vel ecclesia [*manifeste*] ergo† interesse proueniens ex contractu probãdum est per testes, secus in eo, quod prouenit ex male-
2 ficio. ꝺ. tit. proxi. c. vlt. [*Facere*] & sic in† faciendo loqui
3 tur, non omittendo. [*Ac labore*] ergo horum duorum. s. expensarum, & laborum habenda est ratio, ne doleant coloni se agriculturis curam dedisse, & facit. C. de alu. l. fi. §. vno, de consti. cum M. de rebus eccl. non alie. ad aures, & c. ad audientiam, de pecu. clericorum. c. fi. & de re
4 gu. iur. locupetari, cum suis concor. li. vj. dicit † Inno. & confuse, ꝙ mens literæ est, ꝙ illi non coguntur res red-
b dere, nisi eis refundãtur expensæ [b] necessariæ, & vtiles, quas pro eis, & in eis fecerũt, sed si illas expensas restitue re nolint, non recuperabunt rem locatam, nisi in con tractu decepta fuerit ecclesia, quia & sine huius meliora
5 tione poterat plus locari. ¶ Prima † gl. ponit duas lecturas. ¶ Quarta glo. respon. per quæstionem, an post quadriennium restituatur ecclesiæ, & ponit opinionẽ, quã approbat, ponit opi. etiam contrariam. ¶ Penult. gl. cir-
r ¶Impoſita.Vide Io. And.in c.ad aures,prælle. & per ipſum de iu.om. iu.in Spec.§.fi.ver.vltimo,& ibi bonę remiſsiones,& Bal.in l.liberti,C. de ope.liber.Bal.

s ¶Hic.Materiam glo.vide in l.ſi procu. allegata in glo. & in §.ſi dolo,& in l.cum mandato,& in l.etiam,C.ſi tu.vel cur.interue.

t ¶Compromiſſarius.Et de hoc per Io.An.in c.j.vt lit. non conteſt.& per Bar.in l.j.§.ſi procur.ff.ſi quis ius di.non obtemper.

u ¶Intelligunt.Illa.l.habet plures intellectus,vt ibi patet ſ̃ gl. & de ipſius intellectu vide Bar.in l.j.§.j.ff.de iti.actuq; priua.

x ¶Dixi.In gl.no.q;,& vide quod ipſe no.in c.quoniam,de iure patro.in gl.de quaſi poſſeſ.

y ¶Poſſeſsionis.Vide ſupra in glo.& tamen,ver. vbi verò nihil.hanc opi. ſoluit. ꝑ.ver.dicit autem.

z ¶Præiudicium.Vide Io.An.de ſi.inſtru.inter dilectos,in glo.ſed nonne.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia etiam contra eccleſiã reſtituitur,quæ grauiter læſa fuit propter probationes omiſſas,uel exceptionem & articulum omiſſum,nu.9.10.& 16.*

2 *Diœceſana lex hic large ponitur,ut comprendat etiam legem iuriſdictionis.*

Euidens cognitio ſit etiam per inſpectionem priuilegiorum,ibid.

3 *Libertas per priuilegia non probatur.*

4 *Epiſcopalia iura præſcribit abbas in capellis.*

Legitimè,ideſt canonicè,eod.nu.

5 *In reſtitutione concedenda nunquid læſio probari debeat,remittit.*

Probare quæ pars vtraque hic omiſerat,eod.nu.

6 *In omittendo,vel faciendo delictum prælati quando noceat eccleſiæ,& ideo detur reſtitutio.*

Aequitas ſeruanda ſemper,ibid.

7 *Reſtitutio minoris quibus caſibus etiam maiori aduerſario proſit, & in quibus minori verò aduerſario æquè utilis,vide etiã.n.11.*

8 *Minor quando reſtituatur contra confeſsionem ſuam.*

9 *Ratio accipitur hic pro allegatione.*

Reſtitutio ſit eccleſię & ex qua cauſa,ſi læſaſit,eo.n.& an ad producendos teſtes poſt publicationem atteſtationum aliorum, & ad proponendum crimina,& defectus,& quæ,quousq; nu.16.& 17.& aduerſus negligentiam ſuam in non vtendo reſcripto tempore ſuo,eod.nu.17.

10 *Quid ſi poſt publicationem apparet, quòd omnes teſtes repelluntur uel propter excommunicationem, uel propter aliud, fiet reſtitutio ad alios,uel eoſdem producendos.*

Reſtitutionem non impedit culpa,uel negligentia producentis, niſi in caſu,& quo,ibid.ver.ueruntamen,& nu.17.

11 *Non datur promodico,ad dictio.Graui.*

12 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.13.*

Eccleſia quorum iure utatur, & in quibus caſibus minori competat.§ j.& nu.15.

Minor contra minorem reſtituitur.§.ij.in prin.& nu.18.§.j.

Reſtituere quid ibid.iuncta glo.

14 *Additio gloſſarum.*

Libertatis priuilegia etiam reges eccleſiis dare poſſunt in temporalibus,eod.nu.14.

Ius patronatus etiam remittere,& donare poſſunt,ibid.in fine.

15 *Reſpublicæ ulterius ciuitatis,quam Romanæ,reſtituatur.*

An caſtrum,an villa etiam reſtituantur,ibid.remiſſ.

17 *Eccleſia non reſtituitur in delictis,quãdo tota eccleſia deliquit; per. dicit etiam hic.*

18 *Reſtitutio quibus detur,& non detur,multa exempla habentur in loco citato.*

CAP. III.

1 AVditis. Caſus.Etiam †contra eccleſiã reſtituitur eccleſia, quæ grauiter læſa fuit propter probationes omiſſas.Et primo recitat factum.Secundo interloquitur ibi,licet autem.& pars huius de præſcrip. auditis. & ſm Hoſt.terminatur quæſtio.ſ.de priuile.ex ore. [*Eſm.*]

2 ex parte vna,& contra Abbatem. [*Diœceſana.*]largè †ponitur,vt comprehendat.l.iuriſdictionis,vt.ſ.pater.de his

a ſ.de offi.or-dilectus.ª [*Prorſus.*]quaſi quo ad vtranq; legẽ Pe.& Abb.[*Euidenter.*]forte per inſpectionem priuilegiorum.alle.Hoſt.de vſu pal.c.fi.[*Iuriſdictionem.*]hic patet,q; large ſumitur.ſ. lex diœceſana. [*Offa.*] nomina ſunt regum,[*& quem.*]locum libertati donatum per illos reges.[*Verum.*]ac ſi†dicatur, licet per priuilegia non probetur libertas, tamen probatur per præſcriptionem, vt

4 ſequitur.[*ius epiſcopale.*] ergo †iura epiſcopalia præſcribit

b Abbas in capellis,de hoc in decre.auditis,ᵇ de præſcri.q̃ eſt pars huius.[*Poſſeſſæ.*]ipſæ eccleſiæ. [*Videatur.*] Abb.ſ. [*Legitimè.*]i.canonice, quod verum interueniente titulo,quod dic,vt de præſcrip.cap.j.li.vj.[*Concluſum.*]ſic.ſ.de

5 procu.auditis.[*Vt aſſerit.*] ſed nonne †probari debuit læ-

c ſio.ſ.c.proximo.ᶜ quod de hoc no. hic Pe.& Abb. vide plenius in ſpe.ij.parte.eo.ti.§.ij.ver.illud quoque,vbi etiã remiſi.ſ.c.prox.[*Probationẽ.*]pars.ſ.mon. omiſit probare, quod vall. eſſet ille locus, pars epi vacationem eccleſiæ omiſit,& ſic reprobatur diſtinctio,qua dr, delictũ aliud

6 in omittendo &c.ſed dic†q̃ delictum in omittendo nocet eccleſiæ non q̃cunque, ſed p̃ſcriptione completa. vel dic q̃ delictum in faciendo non p̃iudicat eccleſię ip-

d ſo iure,in omittendo præiudicat, ſed datur reſtitutio.ᵈ Goff.[*Aequitate.*]quæ ſemꝑ ſeruanda eſt, quod dic,vt.ſ. de trãſac.c.fi.[*Vtranque.*]eccleſiam tam epalem, quam

7 monaſterium,& bene dicit,vtranque,quia,ſi vna †rãtũ fungeretur iure minoris,ſecus eſſet,quia ſi minor litigat cum maiore,& vterque per ſuam cõfeſſionem læditur, licet minor ꝑ ſuam confeſſionem reſtituatur, non tamen maior ꝑ ſuam propriam, ſed ad ea rãtum reſtituitur,quæ cohærent confeſſioni minoris.ff.de mi. ex cã, & l.cum minor,ff.de confeſ.certum.§.fi.ſecus, vbi reſtituitur minor in his,quę fiunt extra iudicium,tunc.n.ſicut minor reſtituitur,ſic & maior.C.ſi aduerſus tranſac.

e l.j.& ij.ᵉ Innocen. alle.ll.quas alle.glo.vlr.Intelligit†autẽ

8 Inno.tunc minorem ꝑ confeſſionem reſtituendum,qñ eo tempore,quo confeſ. eſt confiteri non tenebatur,ga tunc non eſt vſus iure cõi, vel reſtituitur ad probandũ id falſum,quod dixit verũ,aliàs,ſi vitium in confeſſione

f non eſt,non reſtituitur,cum circũſcriptus† non ſit.ff.de iureiu.nam poſtea.§.ſi minor,& l.tutor, C.eod.ti l.fi.vbi

9 de hoc ſm Irn.& remittit ſup gl.pe.[*Rationem.*]pro†eodem ſumitur hic ratio,quod allegatio. ſic & in l.minor. xxv.an.ff.de mino. ſiue enim ſit omiſſa exceptio,ſiue alius articulus,cuius probatio eſſet vtilis,ſemper fiet reſtitutio.ex quo ſequitur, q̃ ſi aliqua eccleſia obtulit ſe ad

g probandum p̃ſcriptionem,& omiſit probare titulum,ᵍ quia euidens eſt,q̃ in hoc læſa eſt, vt patet in eo,qđ legitur & no.ſ.de deci.dudum, reſtituenda eſt, quia ex quacunque cã lędatur,fiet reſtitutio. ff. de mi. ait p̃tor.§.hodie,& l.non oĩa,ſi enim iure cõi vſa eſſet, ad probandũ ti.admiſſa fuiſſet.eſt ergo læſa,& reſtituenda in eo,quòd non eſt vſa iure communi,vt probatur à contrario ſenſu,C.eod.ti.l.fi. ſed an de iure communi hoc caſu poſſit

h admitti,ſatis dicam ſ̃ de teſti. fraternitatis.ʰ ſed huic ſic opponitur.nam ſecundum iſtud ſequitur,quòd ſi ſuper vno articulo produxit teſtes,& non probauit, iterum poteſt probare per meliores teſtes etiã poſt publicationem.nam ad hoc & de iure cõi ante publicationem admiſſa fuiſſet,& vtile eſſet ei,q̃ hoc probaſſet, ſed contra

in eo,

in eo, quod legi. & no. infra,de teſti. fraternitatis, ſed hoc cuiuis etiam diligenti patrifa. contingere potuiſſet, ergo non eſt reſtituenda,vt ff. de mino. verum.§.ſi locupletioris,& C.e.ti.l.non vr.ſol.aliud in primo articulo aliud in ſecundo. in primo enim arti. vbi.ſ. nullas probationes induxit,euidens eſt læſio,& de fraude non ita probabiliter timetur.in ſecũdo vero vbi iam aliquas probationes induxit,& iam publicatæ ſunt, non ſic. nã præſumi poteſt,quod meliores teſtes,quos habebat, induxit,& probabiliter timetur de ſubornatione teſtium, ex quo ſuper eodem vult producere alios teſtes, primis iam publicatis,vt in auc.de teſti.§.quia vero,col.vii.Di-

i cendum ⁱ eſt igitur, quod in hoc ſecundo arti.non reſtituetur,niſi forte iudex præmiſſa diligẽti examinatione, & inquiſitione perpendat,quod læſa eccleſia eſt ſua vel prælati ſui facilitate.tunc enim etiam & in ſecundo ar-

k ti.debetᵏ ipſam iudex reſtituere æquitate penſata,ar. ſ. de tranſac.c.fi.& quia,ex quo conſtat ipſam eſſe læſam, ſemper eſt reſtituenda,vt ſ.no.nec ob.quod oppoſitum

l eſt de ſubornatione, quia ex qualitate perſonarũ ˡ hęc præſumptio tolli poteſt,vt patet in eo, quod legit. & no. ſ.de procu.in noſtra.§.nos vero.ſed nec ob.lex in cõtrarium alleg.ff.de mino.verum.§.ſi locupletioris, qa nec iſtud diligentiſſimo patrifa.de quo ibi loquitur,cõtigiſſet,& per conſequens non ob.C.eo.ti.l.fi. quia ibi exponitur,Non videtur,i.non præſumitur. ſed hoc præmiſſa examinatione & inquiſitione de contrario liquet, vt ſ. no.per quod etiam timoris ſubornationis præſumptio

10 decętero non vendicat ſibi locum.¶Quid†ergo,ſi poſt publicationem apparet,quod omnes teſtes repelluntur vel propter excommunicationem,vel propter aliud,puta graue crimen occultum,nunquid reſtituet iudex eccleſiam in hoc caſu,vt per alios teſtes,vel per eoſdem,ſi ceſſat impedimẽtum, poſſit probare intentionem ſuã? poteſt dici,quod ſic,ſi producens in nulla culpa inueniatur.& idem eſt in ſimilibus obſeruandum ſecũdum Inno.cuius eſt quaſi tota hæc glo.arg.in eo,quod legitur & no.ſ.in ſuperioribus.& ſ.de reſcri.inter cæteras,de cõſti.tranſlato.veruntamen non videtur,quod culpa producẽtis impediat reſtitutionem, ar.xvj.q.vj. ſi epiſcopũ. nec etiam negligentia,vt patet hic, & ſ.c. proxi. quamuis negligentia obſit,ſi reſtitutio non petatur, vt patet

12 in eo,quod no.ſ.eo.c. j. ſecundũ Hoſt. & de materia.G. vide in Spe.ſecunda parte,eo.ti. §. vlti. verſi. ſed quid in

11 cauſa.an†autem tunc aduerſarius poſſit etiam producere teſtes,vide de dila.§.videndum.ver. in ſumma. [*Graui.*]quia pro modico non daretur reſtitutio,de hoc. ſ. c.

12 c.j.¶Prima †glo.arguit,alle.vnum cañ.¶Quarta gl.ponit tria,quibus fungitur eccleſia,& quartum, quo non fungitur.demum quærit,ponit duas opi. ſoluit, & ſubdit alias duas.¶Penul.glo.ponit. ix. exempla, in quibus

13 reſtituitur eccleſia.¶In †iij.glo.[*ibi.§.ſi quis.*] vide vt lite non conte.accedens.ij.ſuper gl.pe.¶In gl.iiij.[*ibi,ut inter diuinum.*]ſequitur,publicumque ius,& priuata commoda competens ſit diſcretio,&c.[*et ibi,etiam ei.*]ſequitur,q̃ priuſquam naſceretur,vſucaptum amiſit,reſtituendam actionem Labeo ſcribit.[*et ibi.C.ſi tutor.l.minorib.*] etiam in his,q̃ tutoribus,vel curatoribus præſentibus minores agunt in iudicio,vel extra, reſtituũtur. [*et ibi,Minoribus.*] reſtituitur minor læſus facilitate,& ſi non dolo aduerſarij.[*et ibi.§.minoribus pupillis.*] ſequitur, & in minoribus ætate nihil noſtra præiudicat lex. [*et ibi.§.ult.*]non ſolũ minoribus,ſed etiam omnis ętatis hominibus inſtaura tio eremodicij præſtari debet,ſi ſe doceãt ex iuſta cauſa abfuiſſe.[*et ibi.§.illud.*]excuſatur appellans, q̃ probat ſe omni ope niſum,vt appellationem exerceret,ſed per iudicem ſtetiſſe, vel aliam inexorabilem cauſam.¶In gl. pe.[*ibi,minor,& ſi.*]ſequitur, condemnatus quaſi contumax ſit,in integ.reſti.auxilium implorabit.[*et ibi,ſed & in iudicis.*] ſequitur,ſubuenitur,ſiue dum agit,ſiue dum quenit,captus ſit.& ibi ẽt ſume ats ſub.l.ait ꝑtor. [*& ibi,§.item ſi non prouocauit.*]ſequitur.ſ.diem ſubuenitur ei, vt

puocet.[*et ibi,minor.*]xxv.an.ſequitur,omiſſam allegationem per beneficium reſtitu.in integ.repetere poteſt.[*& ibi.§.ult.*]hoc iure vtimur,vt etiam in lucro minoribus conſulatur.¶In gl.vlt.[*ibi,amiſit.*]ipſe minor, qui illam receperat ab alio minore.[*& ibi.l.ult.*] abſens cã reipublicæ etiam aduerſus pariter abſentem reſtituitur,ſi dãnificatus eſt.[*et ibi.l.una.*]hanc,& §.reſtitutio,vide ſ. c. j. ſuper vlt.gl.[*et ibi.C.in inte.reſt. poſtulata.l.una.*]petita reſtitutione in integ.omnia ſunt in ſuo ſtatu, donec cauſa

14 finiatur.¶In†glo.j.[*ibi,libertatis.*]etiam eccleſijs,vt hic,ramen ſecundum Inn.non dicitur hic, quod tenuerit illa libertas,ſed libertas data per papam de illa faciens mentionem.tamen verum eſt ſm Hoſt.quo ad temporalia. viij.diſtin.quo iure,non quo ad ſpiritualia.ſ.de decimis. tua.ſ.dicebat Goff.quod reges has non donauerunt eccleſias,ſed vallem, in qua potuerũt remittere regalia,po tuiſſent etiam ius patronatus remittere,vel donare, de

m iure patr.c.vno,ᵐ li.vj.¶In glo.ij.[*ibi,recurrendum.*]vide quod ad huius declarationem,& nouitiorum aduocatorum inſtructionem dixi de præſcrip. auditis,ſuper gl. Celeſtinus,quod & hic dici poſſet.¶In glo.eccleſia. [*ibi, reipublicæ.*]an†autem reſpublica alterius ciuitatis, q̃ Ro.

15 reſtituatur,no.C.de of.eius,qui vi.al.ap.l.j. & de iure rei publicæ.li.xj.in rubrica, & l. rempub. & C. ex qui. cau. ma.l.reſpublica,& ff.ex qui.ca.ma. ſed ſi per prætorem. §.item nequit,&vide in Spe.ſecunda parte,eo.ti.§.ij.ver. idem quoque iuris.vbi etiam dicitur, quid de villa, vel

n caſtro.ⁿ [*et ibi,Comparantur.*]non per omnia,vt no.v.q.iij. c.vlt.in fi.j.gl.[*et ibi.Quidam.*] ſcilicet Ioan. & Vin. [*et ibi, ſed reſtituitur.*]vide circa hoc,quod plene no.in Spec.ſecũda parte.eo.ti.§.ij. ver.autem,& aliquid de hoc no.C. de ſa.ſan.ecc.auc.quas actiones.[*et ibi.§.illico.*]& eſt ex-

16 preſſum.ſ.e.c.j.li.vj. ¶In gl.pe.[*ibi,allegationem.*]dixit †G. obtinuiſſe,quod eccleſia excluſa per peremptorium datum ad proponendas exceptiones,reſtituitur ad proponendum crimina,vel defectus contra eum,cum quo litigat ſuper beneficio.hoc no.in Spe.ſecunda parte, eo. ti.§.ij.ver.ſed pone,eccleſia,& no.hoc Compo.de elec.ꝑ ſicut.& ibi ſcripſi in glo.fi.ad fi.verſ.ſed quid dices.[*et ibi,*

17 *In lucro.*]& eſt †arg. q̃ ſi eccleſia nõ eſt vſa reſcripto ſuo infra ann.per negligentiam,quod reſtituitur, ſecus ſi ꝑ

o dolum.C.ſi aduerſus delictum.ol.prima, loã.Phi. Idem Vin.infra capitulo ſecundo, & Guil. in Specu. ſecunda parte,eodem titulo.§.qualiter, in fi.dicit etiã hic Hoſt. quod in delictis non reſtituitur eccleſia.C.ſi aduer.delictum.l.prima.ff.de mino. auxilium, quod intelligitur, quando tota eccleſia deliquit.C.de ſacroſan.eccle.iubemus,aliàs delictum &c.de regulis iuris,delictum, libro

p ſexto.ᵖ & facit quod dicam infra titulo primo, capitulo ſecundo.[*et ibi.§.penultimo.*] & infra eodem titulo, capitulo ſecundo,libro ſexto,& quod no.hic Hoſt.ibi vide in glo.ſecunda,& in Spe.ſecunda parte,eo.tit. §.ij.verſi.

18 ſed nunquid eccleſia.[*et in fi.*]multa † exempla, quibus reſtitutio datur,& quibus non datur,vide in Spe.eo. tit. §.ij.in prin.¶In glo.vlt.[*ibi,amiſit.*]ipſe minor, qui eam

q receperat ab alio minore.q

D I T I O N E S.

a ¶Dilectus.Ibi vide Io.An.poſt Inno.in gl.vel parendo,in fi.gl.

b ¶Auditis.Vbi vide Io.An.in gl.replicationem.

c ¶Proximo.Ibi vide Io.And.in gl.vt dicunt, & vide l. minor autem,& ibi per Bar.ff.de minori.& gl.& doc.in Lnam & ſi poſtea.§. ſi minor, ff.de iureiu.

d ¶Reſtitutio.Vide Io.An.in c.delictum,de regu.iur.lib. 6. & Cy.& Bal. & Sali.in l.iubemus.C.de ſacroſan.ecc.

e ¶j.& ij.Ibi vide Cy.& Bar.Bal.& Sali.plenius.

f ¶Circunſcriptus.Vide tex.in c.fina.& ibi per Io.An. de conſeſſi.6.

g ¶Titulum.Et ſic volens probare præſcriptionem, debet probare, de quo vide,quod ſcripſi in c.cum cauſam,de teſti.per Inn.Archi.

h ¶Fraternitatis.Ibi vide per ipſum in 4.q.

i ¶Dicendum.Vide Bar.in l.minor.25.annis,ſi omiſſam, ff. de mino. & pleniꝰ in l.j.§.nunciatio,ff.de no.ope.nunc.

K ¶Debet.An ſit neceſſe in libello minoris concludere ſe læſum ſui facilitate,vel dolo aduerſarij,uel ſufficiat ſolum dicere ſe læſum,vide in l.ſi.max.per Sali.C.de reſti.in inte.& Io.An.ſ.c.j.ſuper gl.prima.

1 ¶Personarum. Vt est in minore, qui non præsumitur ita malicios⁹, sicut maior, vide Bal. C. de proba. auc. at qui semel.
m ¶Vno. Ibi vide per glo. & Io. And. & in c. illud. j. eo. ti.
n ¶Castro. Et vide plenius doc. maxi. Sali. in l. respublica, C. ex q. cau. ma.
o ¶Delictum. Ibi vide Bar. Bal. & Sali. & Bar. in l. minor etiam, ff. de mino. & in l. j. §. nunciatio, ff. de no. o. p. nun. an minor eo casu restituetur.
p ¶ Li. vj. Intellige, vt no. Io. An. §. super ver. omisit.
q ¶Minore. Et vide Bar. in l. verum. §. fi. ff. de mino.

SVMMARIVM.

1 *Contra sententiam in causa matrimoniali latam beneficio supplicationis ex iusta causa restituitur etiam maior.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *In matrimoniali causa, etiam sine appellatione mulier auditur, & procedendum ordine iudiciario nu. 10.*
3 *In totum uel tur simpliciter si committa causa, idem est.*
4 *Delegat appellationis iudex secundum canones.*
5 *Minor & filiusfamilias in iudicio potest esse sine consensu patris in hac causa.*
6 *Contumax non dicitur qui fuit absens, si intra decendium a die latæ sententiæ appellauit.*
Appellatio hic non tenuit, & quare, eod. nu. & quandoque nocet, vt hic, expressio causæ in appellatione, ibid.
7 *Per iuramentum hic cur non constabat ad plenum, & supra nu. 4.*
De matrimonio iterum atque iterum inquiri potest, & ratio, ibid.
Supplicationis admittendæ, vel restitutionis concedendæ tres causæ, & quæ, ibid. & in quibus admittendæ causis, nu. 8.
8 *Sententia lata per matrimonio non transit in rem iudicatam quo ad veritatem, secus quo ad instantiam. nu. 16.*
Supplicatio in quibus causis admittenda, & a nullo, præterquam principe, quia contra ius, eod. nu. est ex gratia, nu. 9. uide nu. 12. 14. & 15.
9 *Matrimonio in quo sit hic gratia.*
Gratia fieri dicitur, si quid conceditur aduersus ius commune, ibid.
10 *Restitutioni non obstat lata sententia, aduersus quã fit, uer. a primis*
11 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 12.*
Deceptis contra quos actio detur, seu restitutio cõcedatur, & n. 13.
Supplicationi quando sit locus, & quid sit large, vel strictè sumpta æquipollet appellationi ex qua causa admittatur, & a principe, tantum. Quid intereſt, si fiat ante decendium, uel post, nu. 14. 15. vide supra nu. 8.
13 *Additio glossarum.*
15 *Auctenti. quæ supplicati. auctẽ. vt sponsa. largitas. §. illud quoque legis vnicæ. C. de senten. præf. præto.*
16 *Restitutio cur fuit hic necessaria intellectus, ibid. in fine.*

CAP. IIII.

2 EX literis. Casus. Contra † sententiam lata in causa matrimoniali beneficio supplicationis ex iusta causa restituitur etiam maior, & sic patet, ꝙ de restitutione maioris loquitur hæc decre. Et prima pars ponit mulieris supplicationem, & iudicis delegationem. secunda dat iudicem ibi, licet autem. [*Delegatione.*] quia suo iure nõ potuissent, de consan. & affi. c. j. [*Protulissent.*] ad petitionem viri propter aliquod impedimentum ꝓpetuum consanguinitatis, vel simile, Pe. [*interpositæ.*] per
2 mulierem. & dicit † Host. ꝙ ad cautelam, & sine app. fuisset audita, de re iudi. lator, tamen facilius per app. vt. ff. dicetur. Abb. [*Olim.*] hoc verbum erat glo. [*Committendam.*]
3 dicebat Host. ap. re. vt dicetur. j. [*Commiserat.*] in † totum, Goff. vel simpliciter, quod est idem. j. de offi. dele. venerabili, in fi. Host. non curo de hoc quo ad app. porrigendam, ex quo subdelegatus erat etiam collega. co. ti. super quæstionum. §. si vero, sed hoc dicunt, vt sciatur eum
4 sententiam ferre potuisse. Item † no. ſm can. iudex appel. delegat, hoc in supradicta decre. super quæstionum. §. intentionis. [*Protulisset.*] ipse Abb. [*Iuramento.*] per se, & si-
5 ne delatione, vt. j. dicetur. [*Eidem.*] f. filiæ. & † vides, ꝙ nil repetit de patre, vt per hoc detur intelligi, ꝙ causa talis erat, in qua minor, & filia fami. sine patris consensu poterat esse in iudicio, de resti. spolia. ex parte, de iud. c. vl. li. vj. [*Præsentaret*] ipsa filia, [*& etiam supplicauit*] binum re-
6 medium propter dubium † contumaciæ: quia non videbat audienda appellans. Dicunt tamen Tan. & Vinc. ꝙ si à tempore sententiæ decendium non erat elapsum bene tenuit appel. quia non erat contumax; & facit ad ea, quæ no. in Cle. de do. & contu. si ante, in mag. gl. dicit Inn. ꝙ appellatio non tenuit, quia de fraude non cõstabat, nec. j. Papa prosequitur appell. dicit Host. hoc fuisse, qa appellatio remota fuerat in rescripto, & cã, pp quã appellauit, non erat in iure expressa propter quod mero iure non tenuit appel. de app. pastoralis, & sic nocuit expressio causæ. (si. j. de re iudi. sicut. nam à sententia potest simpliciter appellare. ff. de appel. l. j. §. j. & l. 2. *[Ad plenum*] quia † non fuerat ei delatum, sed animose iurauerat, Gof. & sic soluitur ſm Host. contrarium de can. 35. q. 3. extraordinaria [*in fauorem matrimonij*] de quo iterum & iterum inquiri potest. j. de spon. sicut. [*de benigni.*] innuit, ꝙ secus de rigore iuris, ad hoc de iudi. dilecti, de do. & cõtu. c. j. Ho. [*Contra fraudem.*] quasi dicat secus in alio casu. & sic concurrunt hic tria, fauor matrimonij, benignitas canonica, & odium fraudulenti, Host. [*Supplicationem.*] no. quia nil dicit de appel. de hoc dixi. §. [*pro matri-*
8 *monio*] ar. Host. ꝙ sententia † lata pro matrimonio tranſeat in rem indicatam [a]; remittit ad summã, de testi. §. & vtrum, ver. verum ad saluandas. [*Postulantem.*] & idem fieri debet ſm quosdam in qualibet alia causa fauorabili, vbi per verisimilem præsumptionem moneretur princeps ad supplicationem admittendam, ar. j. de consan. tua, de re iudi. cum Bertoldus, verſi. post modum: sed cũ talis supplicatio sit contra ius, & in præiudiciũ alterius, nullus inferior principe admittere posset, ar. C. sen. rescĩ. non posſ. 2. & de precibus imper. of. auc. quæ supplica-
9 tio. si quæras, in quo † fit gratia matrimonio, rñ. ſm Inn. quia cum appareat contumacia, ad cuius excusationẽ non sufficiebat iuramentum, sicut nec per appellationem, ita nec per restitutionem, vel per supplicationẽ iure cõi videbatur audienda. fit ergo in hoc gratia, quia ꝓ modum supplicationis audit princeps mulierem, motus tantum sacro patris etiam in absentia partis præstito, secundum ipsum. [*Iudiciario*] ergo † in causa matrimo-
10 niali procedendũ est ordine iudiciario, de quo remittit
b Ho. qui fi. sint legi. per venerabilẽ [b], ver. præterea. [*A primis*] non obstante confirmatione secundi promulgatã. sequebat in antiqua, facientes, quæ decreuerius, per cẽ. ec. obseruari, & faciebat littera ſm Tan. contra id, quod
11 arguit finis vltimæ glo. ¶ Tertia † gl. rñ. per duo contra. ¶ Quarta glo. ponit duas differentias inter appel. & sup. ¶ Penul. gl. arguit, & opi. ponit. ¶ Vltima glo. arguit, &
12 remittit. ¶ In † gl. 3. [*ibi. l. vlti.*] vide hanc & sequentem, de cau. poſ. cum olim, super gl. ij. [*& ibi. l. i. §. i.*] Si messor falsum modum rettulit, propter quod emptor plus dedit venditori, vel minus, agit emptor contra venditorem, & è conuerso, non contra messorem, nisi cum ille soluendo nõ esset: sed si per iudicem messor adhibitus fuerit, ipse tenetur. ¶ In 3. glo. [*ibi. §. si quis aduersus*] suppliceans contra sententiam præfecti prętorio victus iterũ supplicare non poterit. ¶ In glo. antepe. [*ibi, contumacia*] vide, vt lite non conte. super. j. glo. [*& ibi diuus*] vide de
13 cri. fal. c. pe. super. j. glo. ¶ In † glo. 3. [*ibi audiretur*] adde quod no. 18. dist. quoniam quidem, in glo. pe. & j. de prę-
c scri. auditis, in glo. [c] vlti. ¶ In gl. supplicare [*ibi remota*]
14 hinc est, quòd a iudicibus † supplicatur, à quibus non appellatur. Item appellatur secundo, sed non supplicatur. [*& ibi, differt*] & de hoc in spec. de suppl. §. differt. dicebat Inno. hic, quòd supplicatio largo modo dicitur quælibet precum porrectio. vnde in curia dicitur quotidie, Supplicat talis sanctitati vestræ, sed strictè, prout hic accipitur, est quædam superioris benignitas, per quam inducitur ad reuocandum, quæ malè acta credit, quę æquipollet [d] appellationi, secundum ipsum, item secundum eum no. quod à iudice delegato suppli
d catur, quia mulier contumax per appell. iuuari non po-

terat

terat. aliàs à sententia inferioris iudicis nõ licet supplicare. sed & aliqua præsumptio debet haberi. vel fauor matrimonij subesse, vel alia probabilis ratio, vt admittatur supplicatio, arg. ff. de mino. l. minor autem, & l. præce. solus autem principis est hanc supplicationem admittere cum effectu, & non inferioris, secundum Inno. & facit, quod dixi in tex. super verbo, postulãtem. [*& in fi.*]
15 quo ad † potestatem supplicandi non est vis. an decendium, sed solum an biẽnium sit elapsum. sed de lapsu. x. dierum distinguitur quo ad exactionẽ cautionis, ſ. quia si. j. x. dies supplicatum est, non mandatur sententia executioni, nisi ab eo, qui obtinuit, caueatur idoneè de tanta quantitate restituenda, quantam per executionẽ sententię obtinebat, si fuerit sẽtẽtia retractata. si verò post x. dies supplicetur, sine aliqua cautione mandatur sẽtẽ
f tia executioni, ſeiusdem retractationis iure reseruando, & sic intelligitur auc. quæ supplicatio, & in auc. vt spõlar. §. illud quoque. col. ix. & l. vna. C. de sen. præf. præto.
g Hostien. & de hoc in Spe. de sup. §. j. ¶ In glo. hoc ideò, [*ibi, quisquis, in fi.*] vbi de hoc in vltima glo. & quod ibi
h no. facit pro Goff. [*& in fi.*] idem hic Innoc. ¶ In gl. [h] pe-
16 nultima, [*in fi.*] dicentes, quod si non transisset † in rem iudicatam, non fuisset data restitutio. sed hic de iudicũ deceptione, vel errore sententiæ nil dicebatur, sed solũ de absentia, quę quia minus bene probata fuit, necessaria erat restitutio. dicebat Hostien. quod sententia non
i transit in rem iudicatam quo ad veritatem, trãsit tamẽ quo ad instantiam [i], cõtra quam restituitur hæc mulier. ¶ In glo. vltima, [*ibi, Raina dux.*] Dicebat Gof. per illas decre. patere, quod etiam quandoque adiudicationes facit, alle. etiam. ff. iud. solui. cum apud.

ADDITIONES.

a ¶Iudicatam. Quod intellige, vt no. j. de re iud. c. lator. & c. consanguinei, in gl. & ibi per Io. An. & vide in gl. pe. & super illa.
b ¶Venerabilem. Et hoc vide in Cle. dispendiosam, de iudiciis, coniuncta cle. sępe. de ver. ſi.
c ¶In gl. Facit, quod no. in c. cum veniſſet. ſ. eo. in gl. pe. ibi vide.
d ¶Aequipollet. In quo differt appellatio, & restitutio inte. & supplicatio, vide Io. An. in Spec. de suppli. §. differt.
e ¶Autem. Illa. l. loquitur in restitutio. in integrum, & ibi vide Bar.
f ¶Executioni. Quare pendente appellatione, vel restitutione, sententia non mandatur executioni, sed bene pendente supplicatione, vide Io. An. in Spec. de suppli. §. differt, ad fi.
g ¶In Spec. Vide de materia ista Bal. & Sali. in auc. quę supplicatio, C. de preci. impe. offe. alleg. in gl.
h ¶In glo. Quare autem hic non sufficiebat iuramentum ad plene probandum iustam causam absentiæ, dic, vt dicit Goff. in versi. ad plenũ, & sic etiam no. ob. gl. 4. q. v. quisquis, in glo. fi. vt ibi etiam no. Gof. Bal.
i ¶Instantiam. Vide quod scripsi in c. lator. in ix. q. in fi. de re iud. & in c. tutor, eo. ti. & ibi Inno. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Contra sententiam etiam papæ restitui potest ecclesia, & restitutionis in integrum causa partibus præsentibus est tractanda, ibi. non datur nisi enormiter lædatur, nu. 2.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Lapsus temporis non imputandus est ei per quem non stetit.*
3 *Iurisdictio perpetuatur per inceptam cognitionem.*
Dictio, Denuò, utri duarũ uocum attribuenda, ibid. ad dictio. denuò.
4 *Legatus habet ordinariam iurisdictionem, quæ per concedentis obitum non expirat.*
An reuocari possit à collegio Cardinalium uacante sede, ibid.
5 *An eius expirauerit officium, duabus legationibus ei commissis, papa mortuo, cum altera earum uti non ceperat, nec de ea literas habebat. & refert continentiam facti.*
Mandatum, seu literas principis non habere legatum, non obstat in duobus casibus, & quibus, eod. nu.
6 *In restitutione concedenda requiritur ordo iuris, & causæ cognitio. vide latius nu. 18. & 19.*
Mandatum uiua voce factum extra iudicium & sine causæ cognitione non habet vim sententiæ, ibid.
7 *Contra sententiam inferiorum principe non datur restitutio, nisi pro ecclesia.*
Item non datur, si tutus quis sit ipso iure, vel fuerit aliàs denegata, ibid.
Leg. in causæ. ff. de mino. & leg. primæ, C. si sæpius restitu. intellectus ibid.
8 *Reformatio sententiæ potest fieri cum meliori forma facti, et iuris.*
Restitutio duplex hic petebatur & audientiæ, & rerum, ibid.
9 *Sententia rescissa per beneficium restitutionis, consequenter reuocabuntur omnia occasione sententiæ attentata.*
Restitutorius libellus quo modo prudenter sit formandus, ibid. & peti potest in eo etiam adiudicatio, & quarum rerum. uide nume. 18. & 19.
Litis contestatio non super omnibus petitis facienda, in negocio restitutionis in integrum, ibid. in fine, uide nu. 20. circa finem.
10 *Sententia non est præcipitanda, sed deliberatione cum peritis habita, & cum libris, & non per iudicum capitaneas opiniones.*
11 *Restitutio maiori qualiter à prætore concedatur.*
12 *Contra sententiam principis venire non licet nisi per supplicationẽ.*
Circunstantiarum loci, temporis, & cęterarum habetur ratio, ibid.
13 *Data ponenda in sententia. rescripto, & libello.*
14 *Causam exprimere in sententia est incautum. & ratio.*
Subiectum falsitati dicitur, quod reputatur falsum, cũ non sit, ibid.
15 *Regestum, siue registrum quid.*
Audire partem æquum etiam in his, de quibus iudex pronunciare posset, ibid.
16 *De citandi forma ad diem festum, & feriatum, remittit.*
Ledituꝛ quis quinque modis.
18 *Restitutionis in integrum negocium prius definiendum, quam in principali negocio procedatur, & an hoc sit perpetuum, & qualiter procedendum in causa restitutionis in integrum atque rei tam ex læsione iudiciaria, quam contractuum & temporaria, quid probandum, libellusque quo modo concipiendus, quando simul etiam vtrunque restitutionis in integrum, & rei negocium peti, & tractari, ac diffiniri possit, & contra quem petenda, pulchre docet, & nu. 19. per eam duo remedia competunt & quæ, quando alterutro eorum sit opus, & quibus probationibus & ordine cum forma petitionis, nu. 20. vide supra. num. 9. uide alia de ea nu. 22. & 24.*
19 *Legis fin. C. ex quibus causis maio. leg. primæ, leg. ait prætor, et leg. ab hostibus, ac totius tituli eiusdem ff. & legis, ab hostibus, ff. de capti. & postlimi. re. intellectus.*
20 *Rescissorium remedium in restitutione in integrum quando intentandum, & quæ probanda, & quis libellus, & ordo iudicij seruandus. uide supra nu. 9.*
Officio iudicis quibus casibus in ea vtendum &c. ibid. quid conducat, an contestatio tunc fiat litis, nu. 26. vide de eo & nu. 25.
21 *Comminari potest iudex in peremptorio.*
Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 22.
Restitutio quo iure postuletur, & nu. 26. & cui contra res bis iudicatas contendatur. §. j. addita glo.
Ad peremptorium quando ueniatur, ibid. in fine, & nu. 29. et quot in eo termini dantur, ibid.
23 *Supplementum glossarum.*
Restitutio temporis non sępe concedenda.
24 *Temporis cursus malè iudicantis de præscriptione subducendum.*
Restitutio quare hic concessa maxime post quadriennium, & quo iure, minorisne, an maioris, eod. nu. ubi casus eliciuntur, quando non obstat quadriennij lapsus, & a quo pendeat restitutio minoris & maioris, & ꝙ inter se differant, nu. 25.
De falsitate, & surreptione semper quæri potest, ibid.
25 *Officium merum iudicis tempore non præscribitur, uer. nam puriꝛ.*
27 *Discẽdum multo tempore quod doceas, nisi tẽpus suppleat ingeniũ*
Ingenium etiam sine doctore laudabile est, ibid.
Negatiua iuris per instrumenta probabitur, & per testes, eod. nu. §. in glo. sed quare, & nu. 28.
28 *Debeo, uerbum ius potius notat, quam factum.*
Priuilegium per posterius reuocatur, si de priori fiat mentio, ibid.

CAP. V.

1 IVm ex literis. Casus. Etiam ꝓtra † sniam papæ restitui potest ecclesia, & cã resti. in inte. partibus ꝑsentibus est tractanda. Et pars prima, ponit petitionẽ ecclesiæ illerden. secunda ponit examinationem, deliberationẽ, & interlocutionẽ papalẽ, ibi, nos igitur. tertio citationes partis aduerſe cum cõmina-

tione processus, ibi, quocirca. [*Enormiter.*] aliàs † non daretur restitutio, vt ℨ. c. i. [*Et olim, & nunc.*] ergo non debet imputari ecclesiæ, per quam non stetit, lapsus quadriennii. & maximè si dicis, ꝙ etiam coram Eugenio inchoauit hæc petere. [*Anastasii.*] qui sedit anno vno, Vin. [*Cepit.*] & sic ferat perpetuata iurisdictio de controuersia. s. an ecclesia Illerden. esset læsa. & in inte. restituenda, vel non, ℘m Inn. [*Successor.*] mediatus, quia post Anastasiũ successit Adrianus, qui vixit annis. vi. & post illum Ale. ℘m Tan. & Vin. [*Denuo.*] si determinat verbum, Fungẽti, vī ex hoc colligi, ꝙ per mortem concedentis expirauerat legatio, nisi dicas cum Tanc. ꝙ post longa tpa, iterum illuc missus fuerat legatus. si determinat verbum, commisit, est sensus, ꝙ iterata fuit delegatio[a] causæ non legationis cõmissio, & tunc cessat illud ar. & † verum est, ꝙ legatus habet ordinariam, q̃ per decedentis obitum nõ expirat, de offi. leg. c. ij. li. vi. & vide, quod ibi no. de illo, ꝙ nondum ingressus erat prouinciam. & de collegio cardinalium, vacante se. an possit illum reuocare, hic quod no. Host. & ꝙ reuocare non possit, vī hodie per constitutionem Cle. ne Romani, de ele. sed q̃rebat hic de qtione facti, quæ ponitur etiam in spec. tit. ij. §. finitur, ver. sed pone de facto, qua † dicebat Clementem, requisitis fratrum consiliis, fecisse legatum in partibus trãsmarinis, & Franciæ. d. Al. signo crucis pp hoc sibi dato, de legatione tamen transmarina nulla litera facta fuit, intrauit Franciam, vsus est officio suo p̃dicando, cruce signãdo, & modis aliis, mortuo demum Clemente, & se. va. q̃rebatur, an ipsius officium expirasset, saltem quo ad transmarinam, & dicit, ꝙ aliquibus videbatur, ꝙ sic, quia res integra quo ad illam, & quia de illa literas nõ habebat, ar. C. de man. prin. l. j. C. de iure fisci. l. prohibitum est, li. x. aliis videbatur[b] contra, quia crucem recipiendo, & legatione Franciæ quasi præparatoria ad illam vtendo iã res non erat integra, & potissimè legatio fratris. i. cardinalis, ar. C. de inoff. test. si mater, & l. scimus, ad fi. Nõ ob. ꝙ de legatione transmarina non fuit facta litera, sine qua non probatur legatio, quia dici potest illud locum hr̃e in extraneis, secus in fratribus, qui de latere[c] mittuntur, & sic potest intelligi. xcvij. di. nobilissimus, arg. in eo, quod legi. & no. C. fami. er. l. fi. C. de test. hac consultissima. §. ex imperfecto, & auc. hoc inter liberos. ff. de lib. & post l. in suis, ff. de le. ii. vnum ex fa. & quod no. de offi. le. c. j. ad fi. li. vj. Item fallit illa regula in leg. sic solenniter data per principem, ar. C. de testa. l. omnium. sed & cardinales super hoc possunt literas testimoniales dare, de sent. excom. c. j. de proba. post cessionem. & dicit addenda, quæ no. de præben. cum non ignores. de off. dele. qm̃ Abbas, ante finem, & vide, quod dicã in prooemio Sexti, super ver. transmittimus. [*Non obstante.*] ꝙ de hoc non constabat, nec in absentia partium constare poterat, vt sequitur, vnde non obstat litera. j. dicens. an data, vel dãda, vel dic, ꝙ cum † in restitutione concedenda requiritur ordo iuris, & causæ cognitio, vt patet de of iudi. c. ij.[d] etiam si de tali mandato constaret, non sequeretur, ꝙ restitutio data esset, quia tales literæ, vel mandatum viua voce factum extra iudicium & sine causæ cognitione non habet vim sententiæ, ar. C. commi. vel epist. l ij. & iij.[e] & per totum, ℘m Inno. alle. Host. C. de sent. & interlocu. cum sentẽtia, & l. ex stipulatione. [*Legatum.*] sancti Angeli diaconum cardinalem. [*Tenore.*] s. ꝙ inspectis Illerden. ecclesiæ priuilegiis &c. [*Sententiam.*] ꝙ vtra † sententiam non detur restitutio, opponit Goff. de. l. in causę. ff. de mino. qa cum competat ordinarium auxilium app. ergo &c. rñ. in sententiis papæ locum id nõ habere, cum non sit superior, ad quẽ appelletur, de electio. licet, in fi. fi dicas, Potest supplicari, rñ. vtrunq; extraordinarium, & sic vnum non excludit reliquum saltem in origine. ff. quod me. cau. si cum excep. §. cum qui, & vide[f] quod ibi no.[g] Sed quid de sentẽtiis inferioru mẽ Quo ad illas obstat rario prius dicta d. l. in causę. & l. j. C. si ꝛepius resti. respondet ecclesiam contra illas restitui, & l. in causę, locum habet, quando minor est tutus ipso iure. l. i. loquitur quando petita fuit restitutio, & denegata. & ob hoc no. etiam hic, quod dicã. j. c. fi. in vij. q. [*Reformari.*] quasi sententia † Eugenij retractata aliam cum meliori forma facti & iuris. i. magis iustitiæ consonam forma ri, siue proferri. [*Restitui.*] no. ℘m Innoc. libellum istum continere duo capita, siue capitula, primum per quod petitur restitutio ad audientiam, quo ad reformatio. sententiæ, secundum, quod petitur ecclesiarum restitutio. vel potest dici secundum † eum, ꝙ rescissa sententia per beneficium restitutionis, consequenter reuocabuntur omnia occasione sententiæ attentata, ar. de procu. ex insinuatione. §. j. & ij. & c. in nostra, de elec. qualiter. ad fi. Prudens igitur aduocatus videat, qualiter sit sibi formãdus libellus. nam secundum ipsum formanda est sentẽtia, de ordi. cogni. c. ij. posset etiam competere in libello ecclesias sibi adiudicari, si forsan ratione sententiæ reuocatæ[h] sibi restituendæ non essent, puta quia prius non possidebat illas, sed in eis solum modo ius habebat. & si hæc omnia petat, non semper est super omnibus faciẽda litis conte. à prin. vt. j. dicam post ipsum Inno. super ver. principali. [*Deliberauimus.*] non † enim est sententia præcipitanda, ad hoc. j. ver. perspeximus. & vj. q. j. quęro. ij. q. j. Deus. xj. q. iij. summopere. & c. graue. xxxij. q. ij. quod non formatum, sed proferenda est deliberatione cum peritis habita, vt hic. & C. de inge. ma. l. iij. & etiam cum libris deliberandum est, C. de acqui. post. cum libris, quia multa latent. xxxiij. di. pre. ff. de off. assel. liberti. & est contra iudices, qui suas capitaneas opiniones sequuntur. de hoc de consti. c. j. & c. ne innitaris, Host. [*Committendum.*] sicut † & maior restituitur, cum data rescissoria à prætore potestas agendi ei conceditur, prælcriptione non obstante. C. ex quęsa. ma. l. pe. sed forte hoc non sufficit, nisi forte retractetur sententia. j. eod. ver. quo circa. Vin. [*Supplicationem.*] hoc † dicit, quia contra sententiam principis venire non licet nisi per supplicationem, ℘m Inn. de hoc. ℨ. capit. proxi. [*Præsertim.*] secunda ratio motiua. [*Aetatum.*] lxxxvj. di. tanta. [*Temporum.*] necnon personarum, & locorum. ℨ. de transac. c. fi. [*Necessitatum.*] vj. di. priscis. ℨ. de ele. cũm in cunctis. [*Et secundum.*] tertia ratio. [*Perspexim̃us.*] iiij. ratio. [*Ex data.*] no. ꝙ data † in sententia est ponenda, sicut in rescripto, de rescrip. eam te, & in libello, in auc. de exhi. & intro. reis. §. sancimus. ver. suscepto, Hostien. [*Illa inniten-*] v. ratio. & dicit Hostien. non solum motiua, sed etiam diffinitiua. [*Præcipuè ratione.*] ex quo no. ꝙ † incautum est exprimere causam in sentẽtia, reprobata enim causa retractatur sententia. xxi. di. in tãtum. C. de iudi. properandum. §. illo, de re iudi. sicut. ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. vlti. Io. ff. de excu. tu. qui te stãmento. Phi. [*Falsitati.*] i. fuit reputatum falsum, cum non esset, Phi. [*regestò.*] Host. verò dicit, quòd vera † litera est, Registro, & dicitur liber, in quo ponitur res gesta, & de hoc dixi de procu. ca. j. & facit de proba. c. j. de præscri. ad audientiam. [*Tandem.*] q. d. secundum Host. propter surreptionem, de qua constabat, pronũciare possemus, de re iudi. cum olim,[i] tamen, quia æquum est, & forte & in hoc casu visum partem audire, ideo in hoc deliberatio nostra &c. [*Data.*] per literas Cœlestini, Innocen. [*Danda.*] propter læsionem ecclesiæ, Innocẽ. [*Sententiam.*] Eugenij papæ. [*Vsque.*] de hac † forma citandi ad diem festum remis. dabo. de dolo, & contu. cum dilecti, & de citatione ad diem feriatam. j. de feriis. c. vlti. [*Idoneum.*] remittit in hoc Host. de procu. q̃relam. & ca. accedens. [*Si poteritis.*] & volueritis, quia restitutionem petentibus incumbit probatio læsionis, vī † autem lędi. v. modis. ff. de mino. l. quod si minor. §. non semper. & §. si quis iuueni li. & l. non omnia, ℘m Inno. [*Principali negocio.*] no. ergo, † prius diffiniendum negotium restitutionis in integrũ, q̃ in principali negocio procedatur, ar. hic, & ff. de procu. qui proprio. §. item quæritur, ff. de iureiur. nam postea. §. si minor. sed contra, quia circuitus est tollendus, ff. de condi. inde.[k] dominus. vnica autem probatio ad vtrunque

a commisit
b x. aliis videbatur
c hr̃e in extraneis
d etiam si de tali mandato
e & iij.
f quod ibi no.
g quasi sententia
h caræ
i de re iudi. cum olim,
k ff. de condi. inde. dominus.

vtrũque sufficit. s. ad resti. in inte. obtinendam, & ad rei resti. faciendam. ergo vtroque simul agendum est, ar. ff. de mino. l. fi. ff. de condi. ca. da. si quis accepto tulerit. & l. si mulier, ff. de his, quæ in fraudem cre. ait prætor. §. si creditor, vt lites citius decidantur, j. de do. & contu. finẽ & vt occurratur laboribus paruum, & expensis. j. de appel. vt debitus. sol. Tan. dixit, quòd si is, qui petit restitutionem, probet se dominum rei, non solum ipsum in ĩte. restituet, sed & rem. si verò non probet se dominum sed solam lęsionem, tunc iudex beneficium tantum restitutionis in integrũ dabit ei, vt ℨ non ob. vendi. vel alio contractu possit rem vendicare, & ℘m hoc soluit predictã contrarietatẽ. Inn. dixit, quòd in contractibus petẽs restitutionẽ debet agere contra eum, cum quo ꝙtraxit, non contra illum, ad quem res peruenit, nisi & ille sciret rem ita gestam, vel nisi contrahens non esset soluẽdo, q̃n verò agitur contra illum, cum quo contraxit, & qui possidet rem, tunc etiam si petens restitutionem dominus non sit, tñ probata lęsione, nõ solum restituetur in integrũ, sed restituetur ei res, sed caueat sibi in concęptione libelli. i, vt si est dominus dicat, cum sim lęsus ĩ tali venditione, peto ĩ integrum restitui, & rem mihi reddi, cum sim dominus, vel si non est dominus dicat, peto ex officio vestro me reduci in eo statu, in quo eram ante lęsionem, & sic intellexit. ff. de mino. in causæ. §. fi. interdum, & §. fi. & l. fe. & quamuis lex illa. ff. de procu. qui proprio. §. item quæritur, fortiter cõtradicere videatur, rñ. quòd lex illa diuersos casus habet, ℘m quorũ positionem nõ contradicit. sed & casui, ℘m quem occurrit contrarietas, adhuc rñ. quòd nõ obstat, quia ibi minor vendidit iura, quæ in aliqua re habeat, sed rem non tradidit, quia non ipse, imò venditor possidebat eam, & iõ iudex non poterat ex officio suo restituere rem ei, cũ tẽ-

1 pore contractus possideret[l] eam. vbi vero in iudicio petitur restitutio in integrum contra sententiam. vel qa omissæ sunt allegationes, vel aliæ probationes, tunc sic est procedendum, actor petet restitutionem, & iudex q̃ret de causa restitutionis. s. de læsione, & de causa læsionis, scilicet quare non dixit hoc antea suo loco, & tẽpore. & si dixerit iustam, & notam causam, quę moueat iudicem sine litis conte. & magnis probationibus, audita tamen parte aduersa, & breui ac summaria cognitione præmissa, dabit restitutionem petitam, ad hoc scilicet, vt audiatur, vt patet in eo, qd legi. & no. ℨ. eo. c. auditis. §. fi. & c. ii. §. nos igitur, & de offi. iudi. c. j. & ij. & sic data restitutione probationes audiet. ff. de iureiu. nam & postea. §. si minor. ff. de mi. minor autem magistratus. Si verò

m incoloratèm petat, denegabit ei restitutionem petitã, & ℘m hoc, quãdo petitur restitutio in iudiciis, non est necessaria litis conte. sed præsentia partium tantum per quas falsitas reprimatur, vt innuitur ℨ. §. proxi. in fi. sed quando petitur in contractibus, tunc necessaria est litis conte. arg. ad vtrunque. ℨ. de offi. iudi. c. ij. sed hoc notandum, quod vbi maior petit restitui contra præscriptionem, quæ fortan currit ei, dum causa reipub. erat absens vel aliis similibus, tunc primo contestatur lis, & fertur sententia super restitutione. qua obtenta, & non ante ĩ

19 causa proceditur principali, & sic ĩtellige. C. ex qui. cau. ma. l. fina. ff. ex quibus caus. ma. l. i. & l. ab hostibus, & l. ait prætor, & per totum, & ff. de capti. & postli. re. ab hostibus, & idem est, si à maiore petatur restitutio contra sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam, vel alias super processu iudiciorum, vt hic, & ℨ. c. auditis, & c. venissent. In cõtractibus autem secus, vt dictum est. ratio

n diuersitatis[n] est, quia quando restitutionem rei non impedit, nisi contractus, vel ius tradium ex contractu, rescisso ipso contractu, patet quòd reus nullum ius habet in re, vnde, ex quo actor restituitur est ad contractum, ꝙ rescissus est, per consequens restituenda est ei res, quæ ex ipso contractu pendebat, vnde, & posset dici, ꝙ in hoc casu non esset necesse rem petere, cum sit quasi accessoria ad contractum, quamuis sit tutius in libello vtrũque peti. s. & restitutionem in integrum, & restitutionem rei sit. super ambobus lit. conte. vt ℨ. no. Vbi autem petitur restitutio contra sententiam super iuribus, vel alijs rebus latam, vel ℨ prælcriptionẽ, vel similibus, tũc licet rescindatur sñia, vel p̃criptio, per quæ impediebatur agere, non sequitur, qd ipsa iura, vel restint restituendæ cũ sñia nõ dederit ei ius, sed derexerit tñ eũ posse agere. ff. si seruitus vẽdi sicuti §. sed si q̃ritur. ff. de ædil. edic. bouẽ. §. pe. ff. de testa. hæredes. §. sed qd post testm̃. Idẽ est in vsucapione, quia nec sequitur, qd ipsa recissa restituẽda sit petenti, nisi & aliter constet de iure suo. Idem est, si ꝓtra contractum petatur restitutio, nec constet de iure perẽtis, nec quid de iure translatum sit in eum, contra quẽ restitutio est petita, quantum cunque constet de iure petentis, quamuis hoc raro cõtingere posset. ideo tutum est, quod vtrunque petatur, eodem etiam modo videt dicendum, quod in eodem libello possit quis petere rescissionem sententiæ, siue præscrip. & rem sibi restitui, secundũ Inn. ℘m quẽ principale vocat hic ecclesias, super quibus à prin. agebatur. Retractabitur enim primo sententia, si de iure fuerit, per beneficium restitutionis. sed hanc retractationem præcedere debet aliqua summaria cognitio, s. vtrum coloratè petat, necne. & in sup aliquam probationem recipiet, siue probabilem coniectu

o rem. sufficit enim, si videat priuilegium, vel instrumentum, quod animum suum mouere debeat, etiam non audita disputatione super. eo. ℨ. eo. c. ij. ver. nos igit. vel quod iuramentum partis recipiat. ℨ. c. proxi. nam & qñ que solus aspectus sufficit. ff. de mino. minor. xxv. annis

o addito[o] præside, per restitutionem † autem in integrum

20 duo remedia competunt, vnũ est cognitionis prætoris s. officium iudicis, & aliud est rescissoriæ. ff. de mino. in causæ. §. interdum. primo auxilio. i. officio iudicis prudenter agitur, quando res, super qua petitur restitutio, est apud actorem, puta sententia contra ipsum lata est, sed non executioni mandata, vel rẽ vendidit, sed nõ tradidit. hic enim sufficit, quod officium iudicis imploret ad retractandam sententiam, vel cõtractum. hoc enim facto possessor remanet tutus, & idem dicendum est, vbi ab actore in reum translata est possessio ꝓtractu, vel sententia, & post translationem imploratum officium iu ĩ cis contra sententiam, vel contractum. Nam in hoc iudicio restitutionis si probet se læsum fuisse in cõtract i venditionis, puta quia res satis plus valebat, quam vẽdidit, restituetur ei res, nec oporrebit eũ probare domini ĩ rei. vel si probet se læsum ex sententia, puta quia cũ primo actum est, & contra eum rei ven. & condemnatus fuisset, modo in causa restitutionis probet ex actis primi iudicij sententiam fuisse iniustam. j. de ordi. cogn. cũ dilectus. § nos tamen, vel per varias probationes. j. desi. instru. cum Io. Heremita. §. fi. j. e. c. fi. in fi. vel cum agere-

p tur commodati contra eum, & cõdemnatus esset, mõ in causa restitutio. probat rem non fuisse sibi commodatam, vel aliàs se non teneri, in his enim casibus, & similibus sufficit iudicis officium implorare, ꝙ quod nõ solum contractus, vel sententia retractabitur, sed res ipsa sibi restituetur. ff. de ad mi. tu. sine hærede. §. interposito. ff. de minori. ꝙ l. fi. quinimò & in hoc casu, ẽr si actor non probet sufficienter læsionem, sed summariè tantũ tamen, vt quidam dicunt, dabitur ei restitutio non ad hoc, vt res sibi statim restituatur, sed vt tollatur contractus, vel sententia. quo sublato postea à capite agetur eã, ar. ff. de procur. qui proprio. §. item quare. C. si aduer. rẽ judi. l. i. sufficit enim. quod aliquem colorem, vel similitudinem habeat ad hoc, vt sẽtẽtia rescindatur, vt ℨ. no. Alij tamen aliter sentiunt, qui & plenam probationem exigunt ad hoc, vt restitutio detur, & contractus, vel sen-

q tentia rescindatur, arg. ff. de iureiu. nã postea. §. minor. q Inno. dixit, quod in prædictis casibus non sufficit semiplena probatio. nec videbat, quod aliquę probationes sufficiant ad dandam restitutionem in integrum, quin & eidem sufficere debeat ad condemnationem & restitutionem

